

HARVARD COLLEGE LIBRARY




THE ESSEX INSTITUTE
TEXT-BOOK COLLECTION

GIFT OF

GEORGE ARTHUR PLIMPTON

OF NEW YORK

JANUARY 25, 1924



XENOPHON

DE

CYRI EXPEDITIONE.





ODRY-
-SÆ
THRANIPSÆ
Salmydessus
Delta
MELINOPHAGI
THRACIA EUROPÆA
THYNI
MELANDEPTÆ
Byzantium
Calpe
Heraclea
Mons Sacer
Chrysopolis
Propontis
MARIAN-
-DYNI
Chersonesus Thracia
BITHYNIA
Lampsacus
Ophrynium
TROAS
PHRYGIA
Apollonia
INFERIOR
Ida M.
Adramyttium
Cortonium
Thebe
Caicus flu.
Antandros
Lesbos
PHRYGIA
Pergamus
Parthenium
MARE ÆGEUM
ÆOLIA
MYSIA
LYDIA
Sardis
Celænæ
Ceranæ
Chios
IONIA
Peltæ
Tralles
Ephesus
Colossæ
Meandros fl.
PISIDIA
Samos
Miletus
CARIA
PAMPHYL
LYCIA
Aspendus
Rhodus
MARE
CRETA
CYRI EXPEDITIO.
Anno ante Christum CD.
A. Vallum. B. Canales a Tigride ad Euphraten. C. Murus Mediæ magnus D. Locus ubi pugnatum est.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΕΠΤΑ.

XENOPHONTIS

DE CYRI EXPEDITIONE

LIBRI SEPTEM.

EX RECENSIONE, ET CUM NOTIS,

THOMÆ HUTCHINSON, A. M.

GLASGUÆ:

Excudebat Andreas Duncan, Academiæ Typographus.

VENEUNT APUD LONGMAN & SOC., C. LAW, J. MAWMAN, ET
T. HAMILTON, LONDINI;
BELL & BRADFUTE, ET DOIG & STIRLING, EDINBURGI;
ET ANDREAM DUNCAN, GLASGUÆ.

1813.

PRÆFATIO.



Cum Hutchinsoniana Cyropædiæ Editio minori formâ recusa fuerit, ut, decrescente mole et pretio Tironibus commodior et parabilior esset, idem quoque in 'Αναβάσει præstare visum est. Prodit igitur liber, alteri penè gemellus, ornamentis plerisque spoliatus. Id eo factum est consilio, ut suum pretium etiamnum constaret editioni in 4to, quam vir clariss. et de Republicâ literariâ optimè meritus, non parvo acumine, et summo labore ac industriâ, impensisque sat magnis, accuratissimam et elegantissimam concinnavit; reliqua Xenophontis Opera mox editurus, modò non desint fautores, quos illum, in iis quæ jam edidit, non adeò multos invenisse comperimus. Sed hæc obiter. Hoc verò Bibliopolæ institutum eò gratius fore verisimile est, quòd vix, ac ne vix *quidem*, prostet venalis ille liber in 8vo, si Oxoniensem excipias editionem per Wells, cujus tamen raro tomus aliquis, seorsim, absque reliquis, emi potest. Utilitatem verò summoperè augent curæ, quas vir in Literis Græcis versatissimus textui impendit, et notæ magnâ ex parte Criticæ, cum parallelorum in eodem vel in aliis scriptoribus, præsertim sacris, occurrentium locorum observationibus conjunctæ: quæ quidem, licèt doctioribus valdè grata et utilia, adolescentium tamen usui maximè accommodata sunt. De ipsius incepti utilitate, id monere non erit forsan à proposito alienum, quòd cùm Xenophontis scripta, propter styli puritatem, 'Αφέλειαν et elegantiam, adolescentium, qui ultra prima Græcæ Linguæ Rudimenta progredi cupiunt, manibus terenda esse constet, vix tamen ullum aliud huic sit anteferendum. Ipsa Κύρου Παιδεία, quantumvis laudabilis et laudata, huic fini non tam benè inservire videtur, quàm 'Ανάβασις; non pauca enim illìc contineri fatendum est, quæ

juveni linguam Græcam ediscenti, necdum rebus moralibus, politicis et similibus assueto, [a] tædium pariant. Hic verò tractatus, cùm totus fermè sit historicus, et eventuum inusitatorum varietate spectabilis, adolescentium animos suaviter allicit et detinet, dum ex præcedentibus sequentia cognoscendi desiderium excitet, non nisi totius historiæ lectione explendum.

Ut occasio Ἀναβάσεως, totaque narratio meliùs intelligatur, quædam præmittere operæ pretium erit. Cyrus, cum non ampliùs sexdecim annis natus esset, à patre Dario Notho in Asiam minorem missus erat, ut maritimis omnibus cum Imperio præesset. Hìc in quibusdam juveniliter et petulanter, ut usu venire solet, se gessit. Consobrinos suos, Autobœsacem et Mitræum, sororis patris sui filios, interemit, quòd honorem apud Persas regi soli debitum non exhibuissent, scilicet manus intra manicam continendo obvolutas, ad occursum ejus. Darius, hoc audito, Cyrum arcessivit, valetudinem adversam prætexens. Hìc mater Cyri Parysatis, cui carior erat, quàm natu major Arsicas seu Artaxerxes, omnem lapidem movit, omnes artes, quibus valdè pollebat, adhibuit, ut regni hæres designaretur. Pater, etiamnum privatus, Artaxerxem genuerat; Cyrus verò in purpurâ, quod dicunt, natus erat. Hinc sperabat Parysatis, regem exemplum Darii Hystaspis secuturum, qui eâ de causâ Xerxem Artabano fratri ætate majori prætulerat. Sed falsa fuit spes illa, et rex moriens Cyro tantùm confirmavit Satrapiam quam jam obtinebat. Mox, in ipsâ novi regis inauguratione, accusatus tanquam illi vitam eripere per insidias conaretur, vix matris lachrymis et precibus capitale supplicium effugit. Quæ deinceps evenerunt, Xenophon satis fusè persequitur. Manifestum est autem, quòd præsertim Lacedæmoniorum, qui ejus auxilio Athenienses vicerant et debellarant, gratiâ confisus, et Græcorum mercenariorum, quos undique conquirebat, virtute fretus, inceptum tam arduum aggressus est. Græcorum enim fama, ob eximiam in re militari peritiam et fortitudinem, tunc, et à multis retrò annis, apud Barbaros vigebat. Auxerant hanc

[a] Ea videtur fuisse causa, cur Lugd. Bat. anno 1647, primus, secundus et octavus Liber Cyropædiæ excerperentur et seorsim excuderentur, in usum scholarum.

multæ res in longo bello vixdum finito præclarissimè gestæ. Hinc in opinionem facilè inductus est, quòd si idoneum ex illâ gente sibi compararet exercitum, numerus Barbarorum virtute Græcorum haud ægrè superari posset. Atque equidem, quantum conjici potest, voti compos fuisset, ni temeritas, aut forsan ultrix Nemesis, illum inter pugnandum, in perniciem suam egisset.

Nomen loci in quo pugna commissa est, tacet Xenophon; at Plutarchus Cynaxa vocat, locum in Assyriâ, quem 500 stadiis à Babylone abesse dicit. Xenophon verò [a] ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα, στάδιοι ἑξήκοντα καὶ τρισχίλιοι. Cùm igitur tanta esset discrepantia, Jac. Cappellus hìc pro εἰς Βαβυλῶνα, legendum esse putavit εἰς Σοῦσα. [b] Certè propior vero est Plutarchus, quàm Xenophon, qualis hoc in loco ab exemplaribus exhibetur. Nisi fortè cum clariss. R. Forstero [c] supponatur, quòd Xenophon hìc tantùm refert sermonem quem à Barbaris acceperat, quorum intererat Græcos ab expeditionibus in Babylonem suscipiendis in futurum deterrere, longinquitatem et difficultates itineris hyperbolicè adaugendo. [d] Dubia alia, quæ ad Græcorum iter spectant, hìc recensere et perpendere non vacat; nonnulla satis feliciter, pro rei naturâ, expediit suprà laudatus Forsterus; reliqua verò forsan sunt deplorata.

Antequam ad aliud properem, pauca de Tissapherne et de Thimbrone dicenda sunt ex Xenoph. Hellen. hausta. Mortuo Cyro, Tissaphernes, qui strenuam, in illo bello navasse operam regi videbatur, Satrapiâ illius ornatus est. Cùm verò Græcis civitatibus Ioniæ jam immineret, hæ libertati suæ prospicientes, et veriti ne pœnas luerent, quòd Cyri partes amplexi essent, Lacedæmoniorum tum Græciæ Principum opem implorârunt. In Asiam igitur missus est adversus Tissaphernem Thimbro, quocum copias conjunxerunt Cyriani milites. Hic, partim propter militum licentiam, partim culpâ suâ, vix quidquam memoratu

a Pag. 102.

b Vide Spelmanni notam in locum; Spelmanni fidi, ni fallor, et elegantis interpretis, qui versioni suæ Anglicæ notas lectu dignissimas subjecit.

c Vide eruditissimam Dissertationem Geographicam, secundo tomo Anglicæ versionis nuperæ præfixam.

d Qui plura volet, præsertim Historica, consulat Xenophontis Hellenica (cujus pars quondam fuisse dicitur Ἀνάβασις) Plutarch. in Artox. Diodor. Sic. Diogen. Laërt. in Xenoph. Justinum &c.

dignum egit. Successor ejus Dercyllidas, solertior fuit et aliquantò felicior. Sed Agesilaus tandem in Asiam transiens, Xenophonte et Cyrianis militibus sub illo merentibus, Tissaphernem variis cladibus affecit, imò et prælio vicit. Idcircò apud Artaxerxem accusatus ob res malè gestas, capite truncatus est. Talem exitum benè meruit scelerata illius in Græcos duces perfidia.

Sed jam ad chronologiam Ἀναβάσεως properandum est. Atque hìc etiam multæ occurrunt difficultates, et variæ afferuntur sententiæ. Inter omnes quidem convenit, quòd Græci reduces fuerunt Olympiadis 95[tæ] anno primo, Archonte Athenis Lachete (anno ante Æram Christianam 400.) quo anno mortuus est Socrates. Id etiam Marmora Arundeliana confirmant. At de tempore ascensûs non ita constat.

[a] Probabile est quòd Diodor. Sic. cùm legisset in fine Ἀναβάσεως, Χρόνου πλῆθος τῆς Ἀναβάσεως καὶ Καταβάσεως, ἐνιαυτὸς καὶ τρεῖς μῆνες, exindè putavit quòd Ascensus necessariò fuit anno præcedente, nimirùm Olympiadis 94[tæ] anno 4[to], Archonte Athenis Exæneto, quem Xenænetum vocat Laërtius. Hunc sequuti sunt Usserius, Petavius et alii. Dodwellus verò, in chronologiâ Xenophonteâ, licèt in cæteris non dissentiat, intervallum tamen illud quindecim mensium nimis breve esse meritò existimans, 16 numerari debere existimat; et ut difficultates solvat, multas adhibet hypotheses, quas consulet lector, si vacat.

Clariss. verò et solertis ingenii vir antè dictus in Dissertatione suâ, supponit erroris causam fuisse jam allata Xenophontis verba, cùm malè intelligerentur; nam referenda esse censet ad Græcorum adventum ad Cotyora, quo ex loco navigare Græciam versùs cœperunt, et maximam reliqui itineris partem navibus absolverunt. Id autem sequentibus argumentis probat. Tempus itineris à Sardibus ad locum pugnæ notatum si quis numeret, sex (et non plures nec pauciores) menses inveniet. His si addas iter ab Epheso (à quâ calculum inchoat Xenophon) ad Sardes, et moram illìc in apparatu, cum temporis intervallis quibusdam in narratione non notatis, septimus procul dubio proveniet mensis. Jam [b] à loco pugnæ ad Cotyora, Xenophon 8 statuit

a Vide Forsteri Diss. suprà laudatam, quam κατὰ πόδα hìc sequimur.
b Pag. 324.

menses. Tota igitur temporis summa, ab Epheso ad Cotyora, 15 dabit menses.

Id etiam hoc modo confirmari potest. Ab Epheso ad locum pugnæ statuuntur [a] 1650 stadia. Et à loco pugnæ ad Cotyora sunt 18600 stadia, quemadmodum numerus parasangarum illìc [b] allatus requirit, et clariss. Hutchinsonus, in Dissertat. MSS. Eton. et Reg. Paris. secutus legit. Fiet igitur numerus 34650 stad. quod jure contendit Hutchinsonus legendum esse in fine operis, ubi latet mendum, et difficultates vix ullo alio modo conciliari possunt. Taceo hìc Navarchos Samium, Anaxibium et Polum, qui ante Græcorum conjunctionem cum Thimbrone, sibi invicem successerunt; cùm tamen Lacedæmoniorum Navarchia, si non biennis, saltem annua fuerit.

Posteà Græci substiterunt Cotyoris per 45 dies, [c] Seuthi militarunt per duos menses. [d] Et multa antè et pòst gesserunt, quæ omnia simul sumpta plus quàm 10 menses requirere videntur. Hinc expeditio, à discessu ab Epheso ad conjunctionem cum Thimbrone (quæ facta est anno 1mo Olympiadis 95tæ) viginti quinque circiter menses contineat.

Calculus autem ille sic ponatur.

	Menses
Ab Epheso ad Cynaxa, locum pugnæ - - - - - - - -	7.
A Cynaxis ad Cotyora - - - - - - - - - - - - -	8.
Ab adventu ad Cotyora ad conjunctionem cum Seuthe (æquabili computatione) - - - - - - - - - -	6.
Seuthi militant Græci - - - - - - - - - - - - - - -	2.
A discessu à Seuthe ad conjunctionem copiarum cum Thimbone, lapsos fuisse probabile est -	2.
	25.

Si probabilis hæc hypothesis admittatur; atque etiam consideretur quòd mediâ Hyeme, [a] ex. gr. Decembri et Januario, sub Seuthe merebant Græci, hinc retrò supputando, forsan

a Pag. 102. b Vide eandem pag. c Pag. 324. d Pag. 468.

Calculus sic rectè instituatur.

	Vere anni 3tii Olympiadis 94tæ Archonte Athenis Micione,
Xenophon Epheso proficiscitur, Cyrus copias Sardibus recenset, et iter auspicatur,	Circa initium Martii mensis.
Pugna ad Cynaxa commissa est,	Anno 4to Olympiadis 4tæ, [b] Archonte Xenæteto, Circa finem Septembris.
Iter per nives Armeniæ fecerunt Græci	Circa initium Januarii.
Trapezuntem pervenerunt - -	Circa finem Februarii.
Cotyora attigerunt - - - -	Circa initium Junii.
Cotyoris profecti sunt - - -	Anno primo Olymp. 94tæ, Archonte Lachete. Circa finem Julii.
A Seuthe conducti sunt - -	Circa initium Decembris.
Et tandem cum Thimbronis copiis aggregati sunt - - -	Circa Martium sequentem; eodem anno, scil. biennio circiter, ex quo Epheso profectus est Xenophon.

Hæc, acutissimi viri hypothesis (ad quam eruendam et confirmandam utilissimæ fuerunt clariss. Hutchinsoni curæ et felices conjecturæ) est, ni fallor, valdè verisimilis, et ad Xenophontis illustrationem multùm conducit. Idcircô illam huic editioni præmittere visum est, donec melior (si tamen melior excogitari possit) afferatur.

a Pag. 467 et seq.

b Annus Atticorum, ab Archontibus denominatus, incipiebat primo novilunio post solstitium æstivum, circa 15tum mensis Junii.

PRÆFATIO QUARTÆ

EDITIONIS.



Cum vir optimus Bibliopola enixe a me peteret, ut notas quasdam novæ huic Anabaseos editioni adjungerem, quamvis aliis eram cum maxime studiis occupatus, neque Xenophontem præ cæteris scriptoribus diligenter triveram, nolui tamen homini de me optime merito quicquam denegare. Itaque quæ mihi inter legendum memoria ex tempore subministravit, tumultuaria opera in chartam conjeci, et nunc censuræ tuæ exposui. Sunt fere minuta et quæ ad verborum constitutionem præcipue spectant; criticorum etiam qui post Hutchinsonum scripserunt, emendationes memoravi. Quod si quis manuscriptis codicibus et veteribus impressis probe instructus, sedulo se huic operi accingat, ausim ei polliceri uberrimam fore materiam, in qua et industriam suam et ingenium exerceat. Hutchinsonus enim unum solummodo MS. eumque non optimum habuit, neque totum quod ex eo percipi potuerat, bonum exhausit; deinde veteres editiones quærere adeo neglexit, ut Florentinam priorem ne nomine quidem cognoverit. Non gravatus essem, Lector benevole, hujus varias lectiones tecum communicare, quas ipse, cum Oxonii non ita pridem commorarer propria manu enotavi; nisi casu quodam collationem istam amisissem. In prioribus hujus libri, quæ octava forma excusæ erant, editionibus, pessimo exemplo omissa erant Addenda; quæ in hac quoque desiderarentur, nisi ego Bibliopolæ auctor fuissem, ut in sedem pristinam restituerentur. Quod si unquam erit, ut nova hujus libri editio procuretur, facile tum erit addenda ista locis suis in cæterarum notarum serie singula intexere. Notæ quibus litera W adscripta est, non mihi, sed viro cuidam doctissimo debentur, qui utinam hoc omne quicquid est oneris sibi imponi passus esset. Quando autem aliter evenit, his ut libet, utere, et vale.

NOTÆ BREVES

IN

XENOPHONTEM.



Quæcunque harum notarum literas B. C. subscriptas habent, desumptæ sunt ex Bibliotheca Critica Part. IV. p. 98. seqq. Amstelodami anno MDCCLXXIX. edita. Larcherianæ versionis, cujus ibi censura agitur, mihi copia, sedulo licet expetenti, nondum obtigit.

LIB. I.

Pag. 2. l. 1. Μετεπέμπετο. Mirum in modum genuinas lectiones passim negligunt editores. Futuro certe Xenophontis editori magnopere auctor sum, ut ex Aristide, Stephani et Leunclavii margine, MSSque Paris. Eton. veram lectionem μεταπέμπεται in textum recipiat. Recte etiam mox p. 6. l. 16. παραγγέλλει pro παρήγγειλε præbent iidem Codices Paris. Eton. sed bonis oblatis uti aut nescivit aut noluit Hutchinsonus. Rursus II. p. 126. l. 16. ex MS. Etonensi ἀφικνοῦνται libenter admiserim, cum Parisiensis adstipuletur. Forsan igitur rescribendum IV. p. 271. l. 5. et l. 6. ὀρῷ et παραθεῖ auctoritate Suidæ v. ἴτυς. et VI. p. 381. l. 12. ἐπιτίθενται ex MSto Etonensi.

P. 3. l. 8. Magis quidem Atticam formam, non tamen ideo Xenophonteam, εἶεν exhibet Aristides ab Hutchinsono in Addendis laudatus. Sed videor mihi de hac ipsa voce apud Grammaticum antiquum observationem legisse, unde didicerim vulgarem formam prætulisse Xenophontem. Certum autem est et doctis omnibus notum plurima verba eum, quæ κοινά vocant grammatici, libenter usurpasse, posthabitis iis, quæ Attici sibi vindicarent.

P. 8. l. 6. Κολόσσας præfert Wesselingius ad Herodot. VIII. 30. quomodo edi debuerat ex MStis Eton. Paris.

Ibid. l. antepenult. Dignus omnino est qui adscribatur elegantissimus locus Claudiani in Eutrop. II. 265.

> Icarium pelagus Mycalæaque litora juncti
> Marsya Mæanderque petunt; sed Marsya velox
> Dum suus est, flexuque carens, jam flumine misto
> Mollitur, Mæandre, tuo.

Paullo ante dixerat, 257.

> Hic et Apollinea victus testudine pastor
> Suspensa memores illustrat pelle Celænas.

P. 19. l. 11. Εἶναι habent omnes, quas inspexi, editiones; omnino tamen reponendum videtur, ἴναι.

Ibid. l. ult. Lege ex MSS. Eton. Paris. ὅπῃ ἂν ᾖ, sicut conjecerat Muretus. Quod enim Hutchinsonus post Stephanum dixit, vellem ex antiquioribus Hellenismi auctoribus probasset. Sed hoc labore sapienter supersedit, sex locis tantummodo ex Novo Fœdere laudatis. Haud igitur abs re erit Piersoni verba præf. ad Mœrin. p. xliv. apponere. *Nollem Viros eruditos — toties tam cupide Magistros Atticistas sibi sumsisse refellendos; et omnia adeo, quæ in S. literis occurrant, pro* Ἀττικωτάτους *venditasse.* Demosthenes Fals. Leg. p. 219. ed. Taylor. ex Hermogene et MSS. corrigendus est.

P. 31. l. 6. Quantocyus particula ἂν ex Stephani sententia deleatur: Quæ dixit Hutchinsonus de vi potentiali cum quadam indignatione conjuncta nihil ad rem sunt. Ἰόντων ἂν solœcismus est, qui nullis nisi æque mendosis exemplis defendi potest.

P. 37. l. ult. Legendum videtur, divisis literis, προδραμόντες ἂν εἱστήκεσαν. *præcurrere et deinde restitare solebant.* Ista vis est particulæ ejus, quam post alios nuper illustravit Brunckius ad Sophoclis Philoct. 290.

P. 40. l. ult. De ἂν pro ἐὰν adde Euripid. Ion. 1165. Valckenær, ad Herodot. V. 12.

P. 42. l. 9. Lege, νομίζων ἄν, ὅτῳ μὲν θᾶττον ἔλθοι — μάχεσθαι — cum Dawesio Misc. Crit. p. 79. seqq.

P. 46. l. 5. Σὺν τοῖς παροῦσι τῶν πλείστων ἧκεν ἐλαύνων. Codex B. habet τῶν πιστῶν ἧ. ἐ. quam recte veram judicat lectionem Larcherus et nos antea ita correxeramus. Est hæc solennis satraparum et amicorum Regis apud Persas appellatio. Vid Spanhem. ad Julian. Or. I. p. 174. *Bibl. Crit.* Πιστῶν etiam probat Abreschius Dilucid. Thucydid. Auctar. p. 363. Cæterum illud obiter moneo codicem, quem B. nominat Larcherus, eundem esse, cujus variæ lectiones in Hutchinsoni majori editione extant. Laudanda est tum industria tum sagacitas doctissimi Critici; industria, quod collationem hanc editionis suæ paginis accommodare neglexerit; sagacitas, quod cum passim speciosas lectiones Codex iste præbeat, ne unam quidem, quam vulgatæ præponeret, selegerit.

P. 47. l. 4. Mirum est adeo tritam locutionem κατὰ χώραν Hutchinsonum minus intellexisse. Vide Kusterum ad Aristoph. Plut. 367. Valckenær. ad Herodot. IV. 135. Recte vertit et exponit Spelmannus.

P. 50. l. 4. Μεταμεμέληταί σοι ἔφησθα. Wels. I. 6. 7. habet μεταμελῆσθαι σ. ἐ. Melior est lectio Codicis B. μεταμέλει τι σ. ἐ. *B. C.*

P. 51. l. ult. Ἐλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην. Codex B. habet ἔλαβον, quod tamen vulgato non est præferendum. *B. C.* Miror hominum doctorum sententiam. Nisi enim me omnia fallunt verum et necessarium est ἔλαβον; solœcum ἐλάβοντο.

P. 52. Latinæ interpretationis l. 3—5. In prima Hutchinsoni editione excidit operarum negligentia versus, qui error in sequentes propagatus est. Recte conjecit Spelmannus casui tantum hanc omissionem deberi. Sic enim scripsisse videtur utchinsonus.

> Cum autem introductus in Artapatæ de Cyri sceptuchis fidelissimi tabernaculum fuisset, nemo [neque vivum postea Orontem, neque mortuum cognovit; nemo] qui id cognorat, quo pacto interiisset, referebat.

Hinc facile est existimare quo modo verba uncinis inclusa exciderint.

P. 65. l. antepenult. Τὸ δ' Ἑλληνικὸν ἔτ' ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ μένον, συνετάττετο. Wels. I. 8. 10. habet, ἄτ' ἔτι ἐ. τ. α. μ. σ. Sed ἔτ' quod sensum impedit, abest a Codice B. *B. C.*

P. 68. l. 5. Dicitur de Græcis, qui impetum curruum falcatorum eludebant, οἱ δ',

ἐπεὶ προΐδοιεν, ἵσταντο. Pro varia lectione in margine Steph. est διΐσταντο, quod et verum est et confirmatur auctoritate Codicis B. *B. C.* Eandem lectionem diserte prætulit et in versione expressit Spelmannus.

P. 72. Respexit huc Ælianus Hist. Animal. VI. 25.

P. 73. l. penult. Multi Manuscripti et in his unus apud Ruhnkenium ad Memorab. III. 9. 6. *αἰδημονέστατος* pro *εὐμαθέστατος* habent. Sed qui primus *εὐμαθέστατος* in textum intulit, non *αἰδημονέστατος*, sed *δαημονέστατος* in suo codice invenit, cujus alterum est explicatio.

P. 74. l. penult. Φιλοκινδυνώτατος. Lege, quod recte exhibent edd. Ald. Junt. φιλοκινδυνότατος, ut Grammatici canones postulant. Altera licentia ut in poëtica oratione aliquando conceditur, in soluta tolerari non potest. Ne quis autem Alexidis locum apud Athenæum XIV. p. 655. F. arripiat, sciat mendosum esse, ita fortasse legendum:

Τριωβόλου κρίϊσκον ἀστεῖον πάνυ,
Ὕειον, ὀπτὸν, θερμὸν, εὔχυλον, τέρεν,
Ὅταν ᾖ τι, πρόσφερ'.

Similis error, quanquam levis, mirum quot loca insedit. Supra p. 25. l. 6 et seq. oblitus sum monere ἐπικινδυνότερα restituendum ex MS. Par. Edit. Junt. ἀκινδυνοτέρας ex MS. in Thucydide IV. 62. de quo ita Abreschius Diluc. Thucyd. p. 433. *Ἀκινδυνωτέρας legatur, sive ἀκινδυνοτέρας ut est in C. Reg. perinde est, quum media in κίνδυνος inveniatur quoque correpta.* Quæ profecto mira sunt. Idem mendum adhuc relictum est in Platonis Gorg. p. 477. ed. Steph. et in Stobæo XLI. ubi pro ἀνιαρώτατον legi debet ἀνιαρότατον. in Strabon. II. p. 152. XV. 713. mendosa sunt εὐκρατώτερον et ἐντιμωτάτους. Ἀκρατώτερον apud Mœrin p. 25. pro ἀκρατότερον, ut recte Pollux VI. 24. quem frustra ex Mœride corrigit Piersonus. Eodem tamen morbo laborat Suidas T. II. p. 15. Apud Athenæum hoc mendi genus passim occurrit. εὐχυλώτερα III. p. 80. F. εὐχυλωτέρας VII. p. 313. A. ἀχυλώτεραν 314. B. εὐχυλώτερον 320. C. εὐχυλωτέρους 321. A. In Plutarcho βαρυλυπώτατοι T. II. p. 114. E. ἀνιαρωτάτου p. 119. D. 121. E. in Photio CLXXII. p. 393, 55. ἀτιμώτερος. Sed hæc sunt infinita. Recte vulgatur ἀκινδυνότερον infra VI. p. 406.

P. 76. l. 5. Lege ex Suida, quicquid contradicat Hutchinsonus, τοσοῦτον ὑπερζῆν, nisi malis cum vulgatis χρόνον retinere.

P. 77. l. ult. Negligenter exscripsit Suidas v. περὶ πάντος.

P. 81. l. 2. Τοῦτο οὖν σοὶ ἔπεμψε. Codex B. habet τοῦτον, quod forte natum est ex τούτου. *B. C.*

P. 85. l. 10, 11. Rex cum ex aversa parte exercitum contra Græcos duceret, illi παρασκευάζονται ὡς ταύτῃ προσιόντος καὶ δεξόμενοι. Ita est in Codice A. vulgo male προσιόντες. *B. C.*

P. 86. l. 6. Verba in margine [post ἀπηλλάγη] adjecta, πάλιν μὲν οὐκ ἀνέστρεφον sunt etiam in Codicibus A. B. *B. C.*

P. 87. l. penult. Ἐπὶ πέλτης solummodo retinet et ἐπὶ ξύλου sive ξυστοῦ pro glossa ejicit Toupius in Suid. III. p. 26.

P. 4. l. 2. Κατάγειν, inquit Suidas, τὸ τοὺς πεφευγότας εἰς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ἀποκαθιστᾷν. Deinde locum hunc Xenophontis laudat. *W.*

P. 10. l. 7. *In Tauromenitana Inscriptione* ΕΠΙ ΕΥΔΟΞΟΥ ΤΟΥ ΣΩΣΙΟΣ, *a* ΣΩΣΙΣ, *quod nomen Siculis notum, ut in eadem Inscriptione Tauromenitana* ΣΩΣΙΣ ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ *etiam occurrit, sic* ΣΩΣΙΣ *in exergo nummi Syracusani, editi Museo Pembrok. P. II. Tab. 78. N. ult. et* Sosis *Leontinus, unus ex interfectoribus tyranni Hieronymi, memoratur Livio Lib. XXIV. cap. 21. 22. et Lib. XXV. 25. et alius*

Sosis *Syracusanus Lib. XXVI.* 21. *et forte id nomen restituendum Xenophonti Lib.* I. *de Exp. Cyr. p.* 246. *Σώσις ὁ Συρακούσιος. ubi in vulgatis Σωσίας. in margine pro diversa lectione Σωκράτης.* Burmannus Secundus ad Syllogen Inscript. Vet. post Dorvillii Sicula, p. 504. quem vide etiam p. 553. *W.*

P. 14. l. 10. Citatur hic locus ab Hesychio v. *φοινικιστὴς* sine ulla explicatione. Recte autem exponit Is. Vossius, *purpuræ tinctor. W.*

P. 32. l. penult. n. b. Locis allatis hæc etiam adde, lector erudite, quæ forsan magis sunt ad rem. Diod. Sic. I. 52. *Τὴν δ' ἐκ τῆς λίμνης ἀπὸ τῶν ἰχθύων γινομένην πρόσοδον ἔδωκε τῇ γυναικὶ πρὸς μύρα καὶ τὸν ἄλλον καλλωπισμόν.* Philostr. Vit. Apoll. II. 31. *Ἐν κώμαις ἑπτὰ εὐδαίμοσιν, ἃς ἐπέδωκε τῇ ἀδελφῇ ὁ βασιλεὺς εἰς ζώνην.* Qui locus imprimis huc facit. *W.*

P. 36. l. antepenult. De hoc loco consulendus Vir *πολυίστωρ*, Edvardus Gibbon, historiæ scriptorum, quotquot vernaculam linguam ornarunt, sive ad sententiarum gravitatem, sive ad styli suavitatem spectas, facile princeps, Vol. II. p. 430. *W.*

P. 44. l. 4. Citat Suidas v. *ἀμφιλεξάντων*, et mox p. 45. l. 3. v. *παραγγέλλοντος*. *W.*

P. 60. l. 6. MS. Eton. legit *ἀνακράτος*. Atque ita scilicet legitur apud Suidam v. *Ἀνασημαίνω*, et v. *Ἄγκρατος*. Vide cum. T. I. pp. 30. 180. *W.*

Ibid. l. penult. Hunc locum Xenophontis habet Suidas v. *παλτά*, et pro *εἰς τὰς χεῖρας* legit *ἐπὶ τὰς χεῖρας*. *W.*

P. 63. l. ult. Aliter representat hunc locum Suidas v. *δρεπανηφόρα*. *W.*

P. 64. l. antepenult. Viros doctos Leunclavium et Stephanum miror, Hutchinsonum non adeo. "Pro *ὡς ἂν εἰπὼν*" (inquit Stephanus) "si reponam *ὡς ἀνυτὸν*, viros acri judicio præditos mihi assensuros spero." Ignoravit vir cl. lectionem quæ in ed. Bas. 1540. invenitur. Ibi est *ὡς ἂν οἷόν τι*, quæ sine dubio vera et genuina lectio. *W.*

P. 80. l. ult. Laudat Suidas v. *βίκος*. *W.*

LIB. II.

P. 97. l. 3. 4. Legendum omnino ex duobus MS. Eton. sc. et Paris. *ὡς καὶ Κύρῳ πιστοὶ ἐγένοντο, καὶ βασιλεῖ γ' ἂν πολλοῦ ἄξιοι γένοιντο.* Ibid. l. penult. ex vestigiis MS. Eton. *τοιοῦτοί τι*, elicere possis, *τοιοῦτοί γε ὄντες*, quod malim.

P. 102. l. 6. Legitur hic locus apud Suidam v. *Ἑλόμενοι*, quod notare neglexit Kusterus. Exponit ille *βουλόμενοι*, alio, ut videtur, sensu, quam solent interpretes. Quasi dixisset, "*Non volentes* ducem habere *Clearchum*"—"eum potius præ necessitate quam amore sequentes"—Quod sane cum descriptione Clearchi infra data pulchre convenit p. 141 et seq. *W.* Melius, meo saltem judicio, est quod Suidas præbet, *ἤδη*, certe temporibus convenientius.

Ibid. l. penult. et seq. *Ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα στάδιοι ἑξήκοντα καὶ τρισχίλιοι.* Secutus est Larcherus Codicem B. in quo verisimilior est numerus *ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι*. *B. C.*

P. 103 l. 7. Negligenter hunc locum, respectu ad sensum potius quam ad verba habito, exscripsit Suidas v. *συνθήκη*.

P. 106. l. 2. Cl. Arnaud ex isto *ᾖσαν* non *suum ἤλασεν confecit*. Ita enim plane exstat in editt. Basill. 1540. 1555. *W.*

Ibid. l. 9. De voce *σκοταῖος* vide Toupium in Suid. I. p. 33. ubi hujus loci mentionem facit, Suidæque lectionem æque commodam ac nostram putat. Sed Suidæ Codex MS. quem ipse Oxonii inspexi, pro *σκοτιαῖοι* habet *σκοταῖοι*.

P. 107. l. 10. Callidum fuit commentum Clearchi ad sedandum Panicum terrorem, qui in Græco exercitu ortus erat, cum jussit præcones exclamare per castra, ὃς ἂν τὸν ἀφέντα τὸν ὄνον εἰς τὰ ὅπλα καταμηνύσῃ, ὅτι λήψεται μισθὸν τάλαντον ἀργυρίου, *eum qui indicaverit, a quo fuerit immissus in exercitum asinus, talentum argenti accepturum.* Interpretes plerique in voce ὄνον hæserunt: quæ tamen verissima est, et confirmatur codicum consensu. Hoc commentum Iphicrati tribuit Polyænus III. 9, 4. qui ex Xenophonte corrigendus est. Conferendi sunt Heringa Obs. p. 125. et Toupius Em. Suid. T. II. p. 174. *B. C.*

P. 110. l. antepenult. Laudavit Suidas v. ἐπιστάτου. *W.*

Ibid. l. 15 et seq. Καὶ εἴ τις αὐτῷ δοκοίη τῶν πρὸς τοῦτο τεταγμένων βλακεύειν, ἐκλεγόμενος τὸν ἐπιτήδειον ἔπαισεν ἄν. Ita est in Codice B. et ed. Steph. Alii habent ἔπαισεν. Larcherus ex conjectura ita legit ἐκλεγόμενος τόπον ἐπιτήδειον, ἔπαισεν αὐτόν: et vertit, *S' il voyoit quelq'un de ceux qu'il avoit chargés de la construction de ces ponts, se conduire avec nonchalance et choisir un lieu commode pour mettre le pied, il le frappoit de son bâton.* Quæ conjectura et acuta et verisimilis nobis videtur. *B. C.* Difficillimus locus, in quo me non expedio. Magis tamen in doctissimi Larcheri sententiam propendeo. Suidas ad Abreschio Dilucid. Thucyd. Auctar. p. 241. indicatus, ἔπαισεν ἂν habet v. ἐπιτήδειος. Sed ibidem Abreschius totius loci mirificam et contortissimam præbet explicationem, indignam sane quæ huc transferatur. Obiter monebo frustra ἂν a Larchero sollicitari, cujus vim supra explicui ad Lib. I. p. 37. l. ult.

P. 113. l. 4. Lege, fere cum Athenæo, ὅλος ἐξηυαίνετο. Tardus sit oportet, qui quantam vim addat præpositio, non sentiat. Aristophanes apud Suidam v. αὐαίνομαι. Ἐνταῦθα δὲ παιδάριον ΕΞΑΥΑΙΝΕΤΑΙ. Herodotus IV. 173. Ὁ Νότος σφι πνέων ἄνεμος τὰ ἔλυτρα τῶν ὑδάτων ΕΞΗΥΗΝΕ. Alterum istud ἐξηυαίνετο dubites glossane sit, an veræ lectionis depravatio. Huc respexit Plutarchus T. II. p. 133. C. ubi male κεφαλαλγὸν pro κεφαλαλγῆ vulgatur.

P. 114. l. 2. Recte in Suida v. εὕρημα restituit ἐμπεπτωκότας Oudendorpius ad Magistrum pp. 21. 394. sed quod κακὰ male omitti putat, falli eum existimo. Πολλὰ κἀμήχανα Atticis idem est quod simplex πολλὰ ἀμήχανα. Confer Brunckium ad Aristophanis Nub. 1332.

P. 120. l. 8. Ἦγε referri ad Orontam, non ad Tissaphernem recte monet Wesselingius ad Diodor. Sic. XIV. 26. *W.*

P. 124. l. 9. Ex conjectura non minus verisimili additur negatio, ἐννοοῦντες μὴ οἱ Ἕλληνες (οὐ) διελθόντες τὴν γέφυραν μένοιεν ἐν τῇ νήσῳ: *de crainte que les Grecs ne passassent point le pont, et qu'ils ne restassent dans l'isle. B. C.* Citatur hic locus a Suida v. ἐννοοῦντες, ubi pro διελθόντες legitur διαβάντες et pro μένοιεν μείνωσι. Qua de re Cl. noster editor Hutchinsonus ne verbum quidem. *W.*

P. 131. l. 6. Lege δοκεῖς pro δοκῇς, collato Dawesio Misc. Crit. p. 79, 80. Similiter δοκεῖ Platoni reddendum pro δοκῇ de Repub. IV. p. 422. B. 430. A. et ex MS. Regio Gorg. p. 514. E.

P. 132. l. 9. Solœcum est δύνησθε. Legendum δύναισθε, idemque postea restituendum Lib. V. p. 333. l. penult.

P. 137. l. penult. Τούς τε ἄνδρας οἷς ὤμνυτε, ὡς ἀπολωλέκατε. Larcherus secutus est codicem A, in quo abest ὡς. *B. C.* Et omnino expungendam voculam istam crediderim, nisi cum Stephano quis præferat ὅμως. Quam enim constructionem vulgata admittat, ne post eruditos quidem Abreschii conatus Dilucid. Thucyd. Auctar. p. 416. intelligo.

P. 142. l. 4. Recte rescripsit vir Cl. ex MS. Etonensi ἢ ἀπροφασίστως. Atque ita locus hic citatur a Stobæo de Imperatoribus Serm. LII. p. 581. ed. Francfurt. *W.*

P. 145. l. 2. Lege κερδαίνει. Suidæ Edd. Med. et Ald. κερδαίνῃ exhibent, partim recte.

Mox p. 145. l. 7. ex MSS. et Suida proculdubio inserendum ἐνόμιζε. l. antepenult. αἰσθάνοιντο non male Suidas et MS. Paris. (quanquam hic perperam ἂν addit) P. 146. l. 2. πλάσαι pro πλάσασθαι Suidas, quod facile se tutari possit ex Sophoclis Aj. 148. Τοιούσδε λόγους ψιθύρους πλάσσων. Demosthenes Philip. I. p. 38. ed. Par. οἱ δὲ λόγους πλάττοντες ἕκαστος περιερχόμεθα. Photius Lex MS. Λογοποιῶν. πλάττων λόγους ψευδεῖς. Deinde p. 146. l. 10. ἀφίσταιτο pro ἀφίστατο recte habet Suidas sed in iis tantum editionibus quæ Kusterianam præcesserunt. Kusterus enim pessimo exemplo veterum scriptorum loca a Suida prolata semper fere ad vulgatorum exemplarium fidem reformavit.

LIB. III.

P. 155. l. antepenult. Contra regulas grammaticas peccat ἐς ἂν — ἦσαν. Modum subjunctivum postulat ἐς ἄν. Dele igitur ἂν hic et mox cum Stephano p. 159. l. 1. Non absimilis corruptela inolevit Lib. V. p. 327. l. 4. ubi reponendum ἐπειδὴ. Ἐπειδὰν enim semper subjunctivum regit. In Euripidis Suppl. 1112. pro ἐπειδὰν μηδὲν ὠφίλων πόλιν, recte Plutarchus, ἐπειδὰν μηδὲν ὠφελῶσι γῆν. Ex uno MS. ἐπειδὰν δ' ἐνεμεθυστήσαμεν imperite probat Taylorus ad Æschinem c. Timarch. p. 13.

P. 161. l. 12. Potius legerim, Ἡμῖν δ' ἐγῷμαι —

P. 165. l. 1. Cum μέλλομεν det MS. Paris. forsan legendum est, Καὶ δὴ καὶ μέλλομεν.——Deinde ξυγκαλῶμεν futurum est, non præsens pro futuro, quod somniat Hutchinsonus.

P. 174. l. 4. Corrupte citat hæc Priscianus XVIII. p. 1201. ita tamen ut legisse videatur Ἐν μόνον pro ἐνὶ μόνῳ. Quod quidem, si MSS. addicerent, facile defendi posset. In Scholiis ad init. Sophoclis Philoct. edebatur, ἐκεῖνο μέντοι διαφέρει, quod temere ex Valckenærii conjectura Diatrib. p. 116. mutavit Brunckius. Sed in his rebus valde suspecta esse debet Prisciani Codicum auctoritas.

P. 177. l. antepenult. Ἵνα μὴ τὰ ζεύγη ἡμῶν στρατηγῇ. Larcherus malit ἡμῖν. *B. C.*

P. 178. l. 3. Ἀπαλλάξωμεν] Ἀφανίσωμεν exponit Suidas sub voce, ubi hunc locum citat, ad quem nos non retulit Cl. Editor. *W.*

Ibid. l. penult. Λαβόντας δὲ τοὺς ἄρχοντας. Verior est lectio Codicis B. λαβόντες. *B. C.*

P. 185. l. 2. Οἵ τε γὰρ Κρῆτες βραχύτερα τῶν Περσῶν ἐτόξευον, καὶ ἅμα ψιλοὶ ὄντες εἴσω τῶν ὅπλων κατεκέκλειντο. In Codice A. est κατεκέκληντο; unde vere corrigit Larcherus, κατεκέκλειντο, *inclusi erant*, et locum ita vertit; *Car les archers de Crete ne tiroient pas si loin que les Perses; et d'ailleurs comme ils étoient armés à la légere, ils se tenoient au milieu des troupes pesamment armées. B. C.*

P. 192. l. 6. Locum difficilem ita corrigit interpres: ἥλιος δὲ ὡς νεφέλη προκαλύψας ἠφάνισε; ex ingenio addens ὡς, cæterum νεφέλη pro νεφέλην ex Codice A. assumens. Sed gravius subesse videtur vulnus. *B. C.* Vulgatam lectionem, nescio quam bene, contra Hutchinsonum tuetur Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 274. Illud autem recte observat, perperam verti, *homines animis defecissent*, cum debebat, *homines reliquissent.*

P. 194. l. antepenult. Καὶ ἄλλαι τάξεις ἀπεχώρησαν. Addit ex conjectura αἱ post καί. *B. C.*

P. 200. l. 10. Suidas cum aliqua varietate: Ἀλέξασθαι. ἐπαμύνειν. Ξενοφῶν· Πολὺ γὰρ διέφερεν, ἐκ χώρας ὁρμωμένους ἀλέξασθαι, ἢ προπορευομένους ἐπιοῦσι τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι. *W.*

P. 201. l. 6. Omnino reponendum ex marg. Steph. et Leunclav. ex MSS. Paris.

Eton. et ex Suida v. ἐπιτάξαι, χαλκεὰ νῶτα καὶ θαυμὰ ἔτος, παιῶν. Thucydidi in historiæ initio reddendum ἀδύνατα pro ἀδύνατον ex plerisque MSS. et in his uno qui in Biblioth. publica Cantab. servatur; et Agathiæ ἀνιατὰ p. 9. ed. Vulc. pro ἀνατὰ ex Suida. Confer Toupium in Suid. I. p. 40.

P. 205. l. 3. Ὠθοῦνται pro ὠθοῦντο recte præbet MS. Par. ut et infra Lib. VII. p. 436. l. 13. μεταπέμπονται pro μετεπέμποντο. Vide quæ supra notavi ad Lib. I. p. 2. l. 1.

Ibid. l. 9. Veram lectionem ἔστε ἠνάγκασαν conservavit MS. Paris. ἕως merum glossema est. Idem fere evenit infra Lib. IV. p. 279. l. 6. ubi edidit Hutchinsonus, ἕως δ' ἐπὶ τὰ ὄρη. MS. autem Eton. habet ἕως ἔστε, edd. Ald. et Flor. ἕως δ' ἔστε. Quid igitur planius aut evidentius quam legi oportere, ἔστε ἐπὶ τὰ ὄρη?

P. 208. l. 13. In accentibus pingendis ubique peccatur. Hic scribe ἐλαύνειν. Lib. IV. p. 245. l. 10. μέσον. VI. p. 386. l. 8. καταβαίνειν. p. 414. l. antepenult. ἀποκτεινῶν. VII. p. 424. l. 7. ἐμβαλῶν.

P. 209. l. 6. MS. Paris. et Eton. uterque θαυμάζειν. Equidem persuasum habeo legendum, καὶ οἷοι ἦσαν θαυμάζειν. *Et mirari videbantur.*

Ibid. l. 9. Citat hunc locum Suidas v. ἴλιγγον. *W.*

P. 211. l. 3. Citat et hunc locum Suidas v. ἐκπίνειν. *W.*

Ibid. l. 4. Lege cum MS. Paris. ἐνδεδοίκεσαν. Hæc enim legitima est forma; altera veteribus Græcis prorsus incognita.

LIB. IV.

P. 214. l. 7. Ingeniose saltem, si non vere, ἔστιν οὕτως ἔχειν, emendat Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 640. Aberrandi, inquit, causam præbuit, quod in sequentibus στενῶν χωρίων fit mentio.

P. 215. l. 3. Omittit καὶ Suidas. *W.*

P. 221. l. 8. Pro δύσβατον MS. Eton. δυσπόρευτον, certissima emendatione mutandum in δυσπάριτον. Confer Etymologum p. 292. 30. δυσπάριτον χωρίον ex Xenophontis Anabasi citantem; quem si non mihi credis affirmanti ad hunc locum respexisse, crede Suidæ, qui ipsa verba citat, v. δυσπάριτον. Nempe hic, quod millies alias contigit, glossa in genuinæ vocis sedem invaserat.

Ibid. l. ult. Laudat Suidas v. ὑπτίας, monente Toupio III. p. 264. Laudat etiam v. ἐθελοντής. Quod observare debebat Hutchinsonus. *W.*

P. 225. l. 7. Forsan non incommode legeretur, Καὶ οὕτω μὲν οἱ πρῶτοι — Vocem μόνοι ejecit Hutchinsonus, quam literula mutata ipse retinere malim.

P. 226. l. penult. Lege cum MS. Par. Κηφισοφῶντος. Barbarum est alterum.

P. 230. l. 7. Hunc locum imperite admodum sollicitarunt editores. Nam quod Cl. Hutchinsonus legendum malit, τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προτείνοντες, vereor equidem ut satis Græcum sit. Eleganter dicitur, τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνειν. *Pede sinistro anteriori procedere.* Quod quidem schema sagittarii est. Strabo Lib. XVI. Τῶν μὲν κατεχόντων τὸ τόξον καὶ ΠΡΟΒΕΒΗΚΟΤΩΝ ΤΟΙΣ ΠΟΣΙ. Ὑπασπίδια προποδίζων vocat Homerus Il. Ν. 807. *Toup. in Suid.* II. p. 70. Cl. Wesselingius ad Diodor. Sicul. III. 8. legere vult, προσβαίνοντες, exponitque, *Quoties sagittas missuri erant, adducebant sinistro pede in imam arcus partem imposito.* Fallitur vir doctus. Retinenda est vox προβαίνοντες, totusque locus ita explicandus. *Quoties sagittas missuri erant, nervos trahebant, promoventes pedem sinistrum ad imam arcus partem.* Arcus scilicet tantæ erat magnitudinis, ut nervos trahere cogerentur, imposito pede sinistro in imam arcus partem. *W.*

P. 233. l. penult. Sensum prava interpunctione obscuratum minus percepit Hutchinsonus. Distingue ὡς τάχιστα ἕως ὑπέφαινεν. Ἕως nomen est, non adverbium. Verti oportebat, *Quamprimum Aurora illucere cœpisset*.

P. 234. l. 4. Legitur hic locus apud Suidam v. ἐξιών. ubi pro καθεύδοι est καθεύδει et εἴ τις τι ἔχοι πρὸς τὸν πόλεμον. *W.*

P. 238. l. 10. Ἀκμὴν improbat etiam Thomas Magister v. ἔτι, Phrynichi, ut opinor, auctoritate permotus.

P. 239. l. 10. Κελεύει αὐτοῦ μεῖναι ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ, μὴ διαβάντας. Ita legendum, revocata negandi particula μὴ, ex codicibus A. B. *il leur fit dire de se tenir sur le bord de la riviere, sans la passer*. *B. C.*

P. 240. l. 10. Ἐπιμελησόμενοι, οἱ μὲν ὑποζυγίων, οἱ δὲ σκευοφόρων, οἱ δὲ ἑταίρων. Codex B. habet ἑτέρων, quod sequitur Larcherus. *B. C.*

P. 245. l. 3. Pro ἀλεεινὸν legit Suidas ἀλεινός. Ecce locum: Ἀλεινός. Θερμός. Θερμός. Ξενοφῶν. Χιόνος γὰρ πεπτωκυίας, ὄκνος ἦν πολὺς ἀνίστασθαι. κατακειμένων δὲ ἀλεεινὸς ἦν ὁ χειμὼν ὅτῳ μὴ παραῤῥυείη ἡ χιών. *W.*

Ibid. l. ult. Recte monuit Toupius in Suid. I. p. 117. male hæc explicuisse Hutchinsonum, et ὑπὸ τῆς αἰθρίας κακῶς σκηνοῦντες arctissime copulanda. Sed auctore Suida, voces transponere malim et lege, ὅσοι δὲ——ἐνέπρησαν, δίκην ἔδοσαν, ὑπὸ τῆς αἰθρίας κακῶς σκηνοῦντες.

P. 249. l. 6. Οἱ δὲ ὀψὲ προϊόντες ξύλα οὐκ εἶχον. Codices A. B. habent προσιόντες, quod verum est. *B. C.*

P. 250. l. 1. Ista ἢ ποτὸν in MSS. larem mutant, neque agnoscuntur a Suida vv. βουλιμιᾷν. βρωτόν. nec a MS. Paris. Deinde MS. περιϊὼν περὶ τὰ ὑποζύγια, quod verum videtur. Totum locum hoc modo constituerim: Περιϊὼν περὶ τὰ ὑποζύγια, εἴ τι που ὁρῴη βρωτὸν, ἐδίδου.

P. 254. l. antepenult. Videtur Suidas v. δασμὸς, pro ἔνδον legisse εὗρεν. Forsan ita refingendus est locus: καταλαμβάνει πάντας, ὃς εὗρεν, κωμήτας καὶ τὸν κωμάρχην. *W.* Ex hoc loco Toupius in Suid. I. p. 84. εἰς Arriano restitutum sit; ipse quidem libens ex Xenophonte εἰς ejecerim, auctore Arriano. Noster infra p. 258. l. penult. et seq. Καὶ πάλιν ἠρώτων, τίνι ἵπποι τρέφοιντο. Ὁ δ' ἔλεγεν, ὅτι βασιλεῖ δασμός. Confer nos infra ad Lib. V. p. 320. l. 5.

P. 255. l. 2. Scribendum videri posset ἐντὸς τῆς κώμης: nam de uno tantum vico præcedit; verum intelligere licet, uti accepit interpres, *nec in vicis usquam captus est*. ABRESCH. *Dilucid. Thucyd. p.* 136.

Ibid. l. 4. Citat Suidas v. κλίμακες, addito post κατέβαινον, εἰς τὰς καταγείους οἰκίας. *W.*

P. 256. l. 3. Citat Suidas v. μύζει. Ἔδει δὲ, εἴ τις διψῴη, λαβόντα εἰς τὸ στόμα μύζειν τοὺς καλάμους. καὶ πάνυ ἄκρατος ἦν ὁ οἶνος, εἰ μή τις ὕδωρ ἐπιχέοι. *W.* Μύζειν sine dubio verum est; neque ego invitus addiderim ex Suida ὁ οἶνος, quæ habet etiam v. ἄκρατος.

P. 265. l. 4. Legendum est, quomodo habent Suidæ editiones et MS. C. C. C. Oxon. Grammatica jubente, κλωπῶν et ἐκλώπευον, Lib. VI. p. 365. l. 2. ut κλωπεύω adhuc sine auctore relinquatur.

P. 266. l. 5. Larcherus in *Aristonymi* locum reposuit *Chirisophum*, cujus nomen est in margine Steph. et Codicibus A. B. *B. C.*

Ibid. l. 11. Xenophontis tempore nondum usu receptum erat verbum γρηγορεῖν. Repone probam formam ἐγρηγόρεσαν, qua utuntur cum alii, tum Aristophanes

Plut. 744. In Ecclesiaz. 32. tres lectiones præbent edd. et MSS. ἐγρηγορῶ, ἐγρηγόρειν, et ἐγρηγόρειν. Vera lectio est ἐγρηγόρη, cui vulgatiorem formam ἐγρηγόρειν supposuit librarius.

P. 269. l. 3. Editam lectionem defendit Toupius in Suid. III. p. 59.

P. 272. l. 7. Larchero verior videtur lectio codicis A. παρασάγγας μ', quam vulgatam παρασάγγας πεντήκοντα. *B. C.*

Ibid. l. 9. Πυρρόγων etiam Photius Lex. MS. Mox. l. 11. ξυήλην Λακωνικὴν scio quomodo defendi possit; malim tamen cum Photio rescribere, ξυήλη Λακωνική.

P. 274. l. 1. Pro ἐπάγω Codex B. habet ὑπάγω. Sed Larchero magis placet ἄγω, quod in libro Etonensi reperit Hutchinsonus. *B. C.*

P. 282. l. 5. Cum ἀνακραγόντες pro ἀνὰ κράτος habeant MSS. Par. Eton. in suspicionem venire possis, utramque lectionem conjungi debere: ἀνακραγόντες, ἀνὰ κράτος ἔθεον.

P. 285. l. 2. Ὅς ἔφευγε παῖς ὢν οἴκοθεν. Forte inserto vocabulo ex Photii Lexico MS. et Suida, rescribendum, παῖς ΕΤΙ ὤν.——Supra Lib. I. p. 73. l. 3 et seq. Πρῶτον μὲν γὰρ παῖς ἔτι ὢν—κράτιστος ἐνομίζετο.

LIB. V.

P. 289. l. 4. Ἀφίκοντο MS. Par. quod Græcum quidem est; ἤκοντο enim nusquam exstat. Sed recte MS. Eton. ἀφίκοντο, et θύσαν—

P. 294. l. 1. Intacta viri docti prætermiserunt hæc *Xenophontis:* ἐπεψήφισε μὲν οὐδέν· τὰς δὲ πόλεις ἑκούσας ἔπεισε ποιεῖν τὰς ὁδούς. *nihil sanxit*, *Leunclav.* mirifice vertit ista *Hutchinson.* *Xenophon* de omnibus ante memoratis milites sententiam rogaverat; de hac una re noluit illos in suffragia mittere: unius ferme tantum literæ omissione vetusta restitui poterit scriptura legendo: ὁ δὲ ὡς ἔγνω τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν, ἐπεψήφισε μὲν οὔ· ἐνίας δὲ πόλεις ἑκούσας ἔπεισε. Xenophonteum illud μὲν οὔ. [Lib. IV. p. 243. l. 1. 277. l. 6.] verbum ἐπεψήφιζον sic usurpat *Xenophon* p. 342. l. 8 et seq. Lib. VI. p. 372. l. 11. Valckenærius *ad Herodot.* VIII. 6.

P. 306. l. 2. Τό τε αὐτοῦ ὅπλον καὶ τοῦ Προξένου. Scribe ex MS. Paris. τὸ Προξένου, itemque Lib. VII. p. 436. l. 2. τὸ Περινθίων pro τῶν Περινθίων, eadem auctoritate. Rarissime enim hominum aut populorum propriis nominibus articulum præfigit Noster.

P. 316. l. 5. Malim, litera mutata, ἔστι γὰρ ἔτι καὶ ἀγαθὸν——

P. 319. l. 1. Pomponius Mela I. 19, 70. Mossyni turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant, propatulo vescuntur, promisce concumbunt et palam: reges suffragio deligunt, vinculisque et arctissima custodia tenent, atque ubi culpam prave quid imperando meruere, inedia diei totius afficiunt. Unde satis probabiliter in Xenophonte pro φυλάττοντα corrigit φυλάττουσι Brunckius ad Apollonii Rhodii Argonaut. II. 1030. Locus Nicolai quem laudavit Hutchinsonus, exstat etiam apud Stobæum XLII. pag. 292. ed. Genev.

P. 320. l. 5. Cum nullus, ut videtur, MS. ὡς agnoscat, deleatur. In hujusmodi locutionibus hanc vocem Attici libenter omittunt. Innumera loca proferre possem, si isthoc ageretur, quæ corrupit tantillæ rei ignoratio; sed uno contentus ero exemplo Aristophanis apud Pollucem X. 162. Καὶ τὴν κοττὶν ἔχειν με κυρβασίαν ἐρεῖς. Quod perinde est ac si dixisset, ὡς κυρβασίαν. Eandem fere phrasin contra Muretum ipse defendit Hutchinsonus Lib. II. p. 112. l. ult. probante Abreschio Dilucid. Thucyd. p. 612.

P. 324. l. 8. Numerum verisimiliorem præbent Codices B. C. παρασάγγαι ἑξακόσιοι καὶ εἴκοσι, στάδιοι μύριοι καὶ ἑπτακισχίλιοι καὶ ἑξακόσιοι. *B. C.*

P. 328. l. 4. Melius et elegantius MS. Par. Μάκρωνας δὲ, καί περ βαρβάρους ὄντας ——

P. 331. l. 2. Si Codex scriptus præferret: ἠξίουν Ἕλληνας ὄντας Ἕλλησι τούτῳ πρῶτον καλῶς διακονῆσαι, τοῦ εὔνους εἶναι, ego quidem vulgatum verbum huic postponerem. VALCKENÆRIUS ad Herodot. III. 72.

P. 332. l. 11. Recte in Codicibus B. C. est: ὃ γάρ ἐστιν ἄλλη, ἧ ᾗ τὰ κέρατα τοῦ ὄρους τῆς ὁδοῦ καθ' ἑκάτερά ἐστιν ὑψηλά. In reliquis omnibus libris perperam τῆς ὁδοῦ est ante τοῦ ὄρους. Igitur vere redditum est: *ce passage est unique et se trouve entre deux sommets treséleves de montaignes, qui bordent le chemin des deux côtés. B. C.*

P. 345. l. 11. Πῶς ΔΗ ὑμᾶς mavult Valckenærius ad Herodot. VII. 184. Mox l. antepenult. lege καὶ δὴ καὶ —— Deinde p. 346. l. 2. excidisse videtur pronomen; ἢ ΕΓΩ ὄντα περὶ αὐτοῦ τι καὶ ὑμῶν βουλευόμενος. Ibid. l. 5. φθονῶν vox est nihili. Recte καὶ ΔΗ καὶ et φθονοῖεν habet ed. Juntina 1516.

P. 354. l. 2. Γαυλικῶν probat quoque Ruhnkenius, quem vide Auctar. Emendat. in Hesychium ad Tom. I. p. 804. γαυλιτῶν proxime vero, MS. Paris.

P. 355. l. 2. Οἴνου μηδ' ὀσφραίνεσθαι παρόντος. Videtur hæc phrasis in proverbium abiisse. Philemon Stobæi LXXXVI. Στόμα μικρὰ προσφέρων, εἶτα δ' ἔσω 'Οσμήν. Alexis Athenæi IV. p. 134. A. Ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθὺς, ἢν οἴνου μόνον Ὀσμὴν ἴδωσι.

P. 357. l. 2. Σὺ δ' εἴπης ὁπόσα γ' ἐθέλεις. Codices A. B. habent, σὺ δ' εἴπας ὁπόσα γε βούλεται. C. βούληται. Neque tamen difficultas tollitur. *B. C.*

P. 361. l. 1. Pro διαμένει genuinam, mea quidem sententia, lectionem διδίασι dat MS. Par. Ut a τίθημι formatur τιθίασι, in tertio plurali sic a δίδημι, verbo Homerico (Il. Λ. 105.) διδίασι. Hesychius. Διδίασι. διαμένει. Corrige ex hoc loco Διδίασι. Verissima est summi Hemsterhusii observatio ad Thomam Magistrum p. 26. *Apis illa Attica* (Xenophon) *voces phrasesque tum poëticas, tum Doricas, quarum in aliis scriptoribus Atticis nullum est vestigium, si virtutem orationi adjungant, non aspernatur.*

Ibid. l. 6. In lexicis nec comparet nec comparere debet verbum συνεξωπέρισμα. Est enim plane barbarum. MS. Par. συνεξεπέρησμα. Legendum igitur συνεξιπέρισμα. Supra p. 336. l. 13 et seq. ubi recte editur ἱκπορίσει idem MS. perperam habet ἐξωπερισεῖ. In Aristophan. Eccl. 820. exstabat ἐπόρισα, sed contra metrum, quod vitium dudum notarunt Viri docti et nuper sustulit Brunckius.

LIB. VI.

P. 365. l. 1. *Scribitur*, inquit Hutchinsonus, *et* ἥλλοντο. *Male. Nam* ἥλοντο *est aor. 2. med.* Egregium vero argumentum! Imo propter istud ὠρχοῦντο lege cum Athenæo, ὠρχοῦντο — ἥλλοντο. ἥλλοντο quoque recte MS. Par. Mox. l. 3. ex MS. eodem et Athenæo repone, πεπληγέναι τὸν ἄνδρα· ὁ δ' ἔπεσε — quod ultimum bene viderat Muretus.

P. 370. l. antepenult. Edd. quædam et margo Stephani μειζόνως ἀφανίσθαι, unde non improbabili conjectura μεῖζον εἰσαφανίσθαι exsculpsit Abreschius Animad. in Æschyl. II. p. 463.

P. 373. l. 10. Delendum est istud ἂν, ex præcedenti syllaba natum.

P. 375. l. 13. 'Ιασονίαν ἀκτὴν, Larcherus malit Ι. ἄκραν; quod ita Geographi veteres eam vocant. *B. C.* Lege ex analogia, 'Ιασονίαν.

Ibid. Quod additur in margine Steph. ἔπειτα δὲ τοῦ Τίγρεως est quoque in Codicibus B. C. Sed pro Τίγρεως legendum esse Ἴρεως, recte vidit interpres. *B. C.* Supra Lib. V. p. 333. l. 12. pro Ἶριν habet Τίγριν MS. Paris.

Ibid. l. ult. Strabo vocat Heracleam Μιλησίων κτίσμα. *Pro quo quis dubitabit*, inquit Palmerius, *debere* Μεγαρέων *legi?* quum Suidas Arrianus, Diodorus aliique cum

Xenophonte nostro consentiant. Vide Strabonem XII. p. 542. et doctissimos viros Palmerium atque Casaubonum ad locum. *W.*

P. 376. l. 2. Ἐπὶ τὸν Κέρβερον καταβῆναι male vertit Hutchinsonus *ad Cerberum descendisse*, quod esset, πρὸς Κέρβερον. Verte, *ad Cerberum petendum descendisse*, quam præpositionis vim plurimis exemplis, hujus loci non oblitus, illustrat Valckenærius ad Herodot. VII. 193.

P. 386. l. 7 et seq. Distingue cum Abreschio Dilucid. Thucyd. Auctar. p. 346. Ἐπεὶ δ' ἰδιώτευσαν τάχιστα, παρηγγέλθη τὰ πυρᾶ καταπεβηκέναι — Quæ satis trita locutio est. Paullo rarius est quod habet Dromo Comicus Athenæi IX. p. 409. F. ΕΠΕΙ Δ.ΘΑΤΤΟΝ ἦμεν ἠριστηκότες.

P. 388. l. 8 Ἀλλ' ἢ Θρᾶκες ἢ Βιθυνοί. Codices B. C. ἀλλὰ Θρᾶκες Βιθυνοί, quod verius judicat Interpres. *B. C.*

P. 393. l. 4. Πιστεύσει emendat Valckenærius Adnotat. in Nov. Fœd. p. 400.

P. 397. l. 8. Μέχρι τότε, quod delendum censuerat Muretus, abest etiam a Codicibus B. C. In Codice A. hic locus habet majorem lacunam. *B. C.*

P. 400. l. penult. Perperam ἐπέτρεψεν in ἐπέταξεν ab Hutchinsono mutari censet Abreschius Dilucid. Thucyd. Auctar. p. 217.

P. 401. 4. Hunc locum citat Suidas v. νάπος, et pro δυσπόρῳ δυσβάτῳ, pro διαβάτου διαβατέον legit. *W.* Cum Suida διαβατέον reposuerim, et τὸ νάπος, quod superfluum est, ejecerim.

Ibid. l. 10. Lectio marginis Steph. ὅτι βελτίω ἐκ ἄξιον εἴη διαβατέον, confirmatur consensu Codicis B. et augetur, addito εἰ post εἴη. *B. C.*

P. 411. l. 4. Syntaxis postulat futurum παραγγελεῖ, quomodo recte exhibet MS. Paris. qui et mox p. 412. l. antepenult. πολεμεῖτε obtulit, sed nemo exstitit, qui reciperet.

P. 413. l. 13. Solœcum est ὅστις ἂν ἐθελήσει. Corrigendum aut ἐθελήσῃ aut cum MS. Paris. ἐθέλῃ.

P. 414. l. ult. Οὐ μέντοι, ἔφη, νομίζειν, οὐδ' εἰ παμπόνηρος ἦν Δέξιππος, βίᾳ χρῆναι πάσχειν αὐτὸν, ἀλλὰ κριθέντα, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς νῦν ἀξιοῦτε, τῆς δίκης τυχεῖν. Hæc est scriptura Codicum B. C. In editis est — Δέξιππος, δίκαια πάσχειν αὐτὸν — ὥσπερ καὶ ὑμεῖς νῦν, ἀξιοῦται δίκης τυχεῖν. Forte δίκαια ortum est ex δεῖν βίαν, quod a Xenophonte profectum videtur. Bene interpres: *Je pense cependant, ajouta-t-il, que, quand même il seroit le plus méchant des hommes, on ne devoit point lui faire violence, mais le juger, comme vous demandez à l' être actuellement, et le punir, après l' avoir trouvé coupable. B. C.*

LIB. VII.

P. 423. l. 8. Lege ex MS. Parisiensi, ἀποπλευσούμενος.

P. 426. l. penult. Particulam interjectam omnino requirit sensus, qua hunc locum augent MS. Eton. Paris. Νῦν ΑΝ, εἰ βούλοιο, σύ τι ἡμᾶς ὀνήσαις καὶ ἡμεῖς σὲ μέγαν ποιήσαιμεν.

P. 436. l. 13. Πρὸς τὸ τεῖχος habet ed. Isingrina, observante Abreschio Dilucid. Thucyd. p. 400. quod nec probat nec improbat; mihi autem verum videtur.

Ibid. l. antepenult. Pro συλληφθήσεται Codices B. C. habent συλλήψεται. *B. C.*

P. 443. l. 7. Malim quod sensus postulare videtur, ἵκαστα.

P. 445. l. 8. Pro δεκαίη rescribendum δεκᾷ, fide MS. Paris.

P. 451. l. 2. Totum locum, partim Athenæi auctoritate, sic constituo: Ἄλλος παῖδα ἀγαγὼν, οὕτως ἐδωρήσατο προπίνων, καὶ ἄλλος ἱμάτια τῇ γυναικὶ, καὶ Τιμασίων φιάλην τε ἀργυρᾶν καὶ τάπιδα ἀξίαν δέκα μνῶν. Ista προπίνων ἐδωρήσατο lanas impedire aures nemo non sentit. Ἐδωρήσατο omittit Athenæus. Sed utrumque supervacuum est et Grammatico ellipsin supplere volenti debetur. Τε addit etiam MS. Paris. similiter inserendum Lib. I. p. 39. l. 1. πίνονταί ΤΕ γὰρ βραχὺ — ex Athenæo IX. p. 390. D. et Lib. VII. p. 427. l. 5. καὶ αὐτός ΤΕ παρηγγύα ταῦτα — ex MS. Paris.

P. 452. l. 7. Lege, præeuntibus quodammodo Athenæo et Suida, Καὶ ἀναστὰς δ' Σεύθης συνέπιε καὶ συγκατεσκέδασε τῶν μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας. ΤΩΝ μετ' αὐτοῦ est ex certissima emendatione Piersoni ad Mœrin p. 217. probata Toupio in Suid. II. p. 78.

Ibid. l. 8. Μετὰ ταῦτα εἰσῆλθον Κερασούντιοι, οἳ σημαίνουσιν αὐλοῖς τε καὶ σάλπιγξιν ὠμοβοΐναις. Habet omnino *Cerasuntæorum* mentio aliquid vel vitii vel obscuritatis. In Codice B. est — εἰσῆλθον κέρασι τε οἷοι σημαίνουσιν αὐλοῦντες καὶ σάλπιγξιν ὠμοβοΐναις. Atque ita etiam habet Codex C, nisi quod pro οἷοι est οἷοις. Larcherus hanc ponit conjecturam, μετὰ ταῦτα εἰσῆλθον οἳ κέρασιν ἐσήμαινον, αὐλοῖς τε καὶ σ. ω. Aliam correctionem secutus est vertendo: *On fit entrer ensuite des gens, dont les uns sonnerent une charge avec des flûtes, comme si c' eût été avec des cornes, et les autres avec des trompêtes de peaux de bœufs crues. B. C.*

P. 453. l. antepenult. Εἴη pro peritia sua non mutandum statuit Hutchinsonus. Tu repone, ὁπόταν καιρὸς ᾖ ex MSS. Paris. Eton. Idem error hic irrepsit, qui paullo ante p. 455. l. 8.

P. 454. l. 13. Rem acu tetigisse censeo Binghamum, qui Minervæ nomen tesseram fuisse suspicatur. Ἀθηναίαν enim plane dant MSS. Paris. Eton. Neque obstat forma vocis, quæ forsan ποιητικωτέρα cui videri posset, quin eam Xenophon usurparit. Vide supra ad Lib. V. p. 360. l. ult. Sed et Aristophanes hoc vocabulum non dedignatus est Av. 829. Τί δ' οὐκ Ἀθηναίαν ἐῶμεν Πολιάδα; 1652. Ἐπίκληρον εἶναι τὴν Ἀθηναίαν δοκεῖς. Eq. 760. Τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίῃ. Nec Plato Euthydemo p. 82, 12. ed. Oxon. cui restituendum Ἀθηναίη ex Eustathio ad Odyss. Γ. p. 1456, 50.

P. 459. l. 13. Lege δεῖται, ut recte exstat post paullo p. 465. 4.

P. 462. l. 15. Mihi ed. Florentinæ et MS. Paris. lectio satisfacit: κατεσκευάσθη μέντοι ἔστιν ἃ καὶ σκευήν. Hæc enim vox et vestes et omnem armaturam sive ornatum complectitur.

P. 464. l. 1. Aut delendum ἂν aut legendum σπείσασθαι, quod prætulerim.

P. 465. l. 7. Verbum nullius pretii ἐμπωλῆσαι omnes, quantum sciam, editiones obsedit. Reducenda genuina vox ἐμπολῆσαι, ab ἐμπολᾶν, quæ vera est scriptura, ut jamdudum, sed frustra, monuit Piersonus ad Mœrin. p. 156. In Polluce idem mendum hic illic relictum, ut VI. 191. ubi MS. alteram formam obtulit. Emendatam scripturam dederunt Apollodori Codices, quibus obtemperare noluit Criticorum Deus, Heynius. Sed aquila non captat muscas, et Critici majorum gentium adeo rebus intenti hærent aliquando, ut verba negligant. Διεμπολώμεθα in Sophoclis fragmento tacite correxit Valckenærius, ad Euripidis Hippolyt. 628. sed antiquum διεμπωλώμεθα retinuit Brunckius Fragm. p. 30. ἀντεμπολῆσαι scripserat Eusebius Præp. Evang. IV. p. 162. E. pro minime Græco ἀντεμπωλῆσαι, quod tamen concoxit Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 584. ἀντημπόλει vitiose habet Suidas v. Ῥαφῶνες. Miror Brunckium, qui suum de hac ipsa voce errorem correxerit ad Aristoph. Pac. 448.

Ibid. l. 11. Ἑαυτοῦ pro σαυτοῦ dat editio Florentina, quod verum puto, ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν, ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτοὺς sine discrimine personarum usurpant Attici, quos tamen sua lingua uti noluerunt librarii.

P. 467. l. 9. 'Ενταῦθα εὑρίσκονται πολλαὶ μὲν κλῖναι, πολλὰ δὲ κιβώτια, πολλαὶ δὲ βίβλοι καὶ τἆλλα ὅσα ἐν ξυλίνοις τεύχεσι ναύκληροι ἄγουσι. Larchero displicet βίβλοι, pro quo malit βυβλία, et vertit: *beaucoup de cordages: funiculorum, rudentium, restium.* De quo non statuimus. Venit nobis in mentem similis loci ex Theopompo, quem Longinus servavit, de Subl. S. 43. de quo vid. Bibl. Crit. P. III. p. 40. *B. C.*

P. 475. l. 9. Lectionem veterum editionum recte, opinor, præfert Abreschius in Æschyl. I. p. 186. ὅτι ὀνίνασθε. Mox p. 481. l. 7. rectius facturum fuisse Hutchinsonum, si veterem lectionem retinuisset, judicat Idem Dilucid. Thucyd. p. 259.

P. 487. l. 6. Optime Valckenærius ad Theocritum p. 149. si bene memini, emendat: οὐδὲν μεῖον δύνανται ἀνύσασθαι. Ultimam vocem recte ad interpretandam Latinam vocem *consequor* adhibet Priscianus VIII. p. 791.

P. 495. l. 10 et seq. Hesychius: 'Ενώπια, τὰ κατ' ἀντικρὺ τοῦ πυλῶνος φαινόμενα μέρη, ἃ καὶ διακόσμησιν ἕνεκα τῶν παριόντων. ΤΑ ΕΝΩΠΙΑ sunt *partes anteriores ædium.* THE FRONT *of the house,* quas ornare atque opere tectorio sive pictorio condecorare solebant veteres, de quo ὁ πάνυ Casaubonus ad Theophrasti characteres. Hinc ἐνώπια παμφανόωντα vocat Homerus. Atque hinc restituendus videtur insignis locus apud Xenophontem, ubi ita legitur: Καὶ ἀπαντᾷ τῷ Ξενοφῶντι Εὐκλείδης μάντις Φλιάσιος Κλεαγόρε υἱὸς τοῦ τὰ ἐνύπνια ἐν Λυκείῳ γεγραφότος. *Ac Xenophonti obvius fit Euclides, vates Phliasius, filius Cleagoræ, qui somnia in Lyceo pinxit.* Hem! *Cleagoras the dream-painter.* egregium sane artificem, qui somnia etiam depingere noverat. Tu vero, vir eruditissime, qui Musam Atticam amas, ita lege, meo periculo: Κλεαγόρε υἱὸς τοῦ τὰ ΕΝΩΠΙΑ ἐν Λυκείῳ γεγραφότος. *qui partes Lycæi anteriores opere pictorio ornavit.* Cleagoras, ut videtur, τοιχογράφος, et in sua arte celebris. Toup. *Epist. Crit. p.* 59, 60.

P. 497. l. 8. 'Επορεύοντο διὰ τῆς Τροίας. Lectionem, quæ est in margine Steph. Τρωάδος, habent etiam Codices B. C. *Bibl. Crit.*

ADDENDUM.

LIB. I. p. 3. l. 8. Magis Atticam, non tamen magis Xenophonteam vocem, ᾖσαν pro ᾔεσαν, præbet Aristides, ab Hutchinsono laudatus. Ad Nostri Memorab. I. 4, 19. hæc notat Vir summus, qui in his literis regnat, Ruhnkenius. *Hic pro forma Attica* ᾖσαν *restituenda est communis* ᾔεσαν, *auctoritate Grammatici veteris in Bibliotheca Sangermanensi.* Ἤεσαν. ἀντὶ τοῦ ᾖσαν. Ξενοφῶν 'Απομνημονευμάτων ά. *Vulgaris forma etiam est in Sympos.* p. 153. *Sic* ἤμην *pro Attico* ἦν *Cyrop.* VI. p. 149. *E.*

BOOKS

PRINTED BY ANDREW DUNCAN,

Printer to the University of Glasgow.

I.

T. LUCRETII CARI DE RERUM NATURA, Libri Sex; ad Exemplar GILBERTI WAKEFIELD, A. B. cum ejusdem Notis, Commentariis, Indicibus, fideliter excusi, adjectæ sunt, Editionum quinque, in quibus Principis, Ferrandi, Lectiones Variantes omnes; ut et integræ RICARDI BENTLEII Annotationes, Illustrationes, Conjecturæ, ex ipsius Autographo, in Musæo Britannico conservato. Quatuor Voluminibus.

Elegantly printed in octavo, price £.3 : 3s. boards. A very few copies remain of the large paper, price £.6 : 6s. boards.

II.

HENRICI HOOGEVEEN, DOCTRINA PARTICULARUM LINGUÆ GRÆCÆ; in epitomen redegit, CHRISTIANUS GODOFREDUS SCHÜTZ.

Neatly printed in one volume octavo, price 15s. boards.

III.

LAMBERTI BOS ELLIPSES GRÆCÆ, cum priorum Editorum, suisque Observationibus, Edidit GODOFREDUS HENRICUS SCHÆFER.

Neatly printed, uniform with Hoogeveen and Vigerus, price 18s. boards.

IV.

FRANCISCI VIGERI Rotomagensis, de præcipuis GRÆCÆ DICTIONIS IDIOTISMIS Liber, cum Animadversionibus HENRICI HOOGEVEENI et JOANNIS CAROLI ZEUNII, edidit et Annotationes addidit GODOFREDUS HERMANNUS.

Neatly printed in one volume octavo, 20s. boards, uniformly with Hoogeveen and Bos.

V.

P. VIRGILII MARONIS OPERA, ad lectiones probatiores, diligenter emendata.

Neatly printed on fine paper, 4s. 6d. boards. A common copy for schools, price 2s. 6d. boards.

VI.

EURIPIDIS MEDEA, Græce et Latine, ex recensione PORSONIANA.

Handsomely printed on a small type in a 24mo pocket size, price 4s. 6d. boards. A common copy for Schools, price 2s. 6d. boards.

VII.

XENOPHONTIS DE CYRI INSTITUTIONE, Libri Octo, ex recensione et cum Notis THOMÆ HUTCHINSON, A. M.

Neatly printed in octavo, uniformly with the Anabasis, 10s. 6d. *boards.*

IN THE PRESS.

I.

HOMERI OPERA OMNIA, ex recensione, et cum Notis SAM. CLARKII, S. T. P. accessit varietas lectionum MS. Lips. et Edd. Veterum, cura Jo. AUGUSTI ERNESTI, qui et suas notas adspersit. Quinque Voluminibus.

Elegantly printed, with the Greek, Latin and Notes, on the same page. A few copies finely executed on large Paper.

II.

JOANNIS SCAPULÆ LEXICON, Græco-latinum; e probatis Auctoribus locupletatum, cum Indicibus, et Græco et Latino auctis et correctis.

SCAPULA will shortly be put to Press. It is to be printed in two volumes quarto, from the Elzevir Edition of 1652, *with ASKEW's Appendix incorporated, and numerous additions and improvements.*

III.

ARISTOPHANIS NUBES, Græce et Latine, ex editione Hermanni.

Neatly printed on a Small Type, in a 24mo pocket size, uniformly with Euripidis Medea.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ [a] ἈΝΑΒΑΣΕΩΣ Α′.



[b] ΔΑΡΕΙ͂ΟΥ καὶ Παρυσάτιδος γίγνονται [c] παῖδες δύο· πρεσβύτερος μὲν Ἀρταξέρξης, νεώτερος δὲ Κῦρος. Ἐπεὶ δὲ ἠσθένει Δαρεῖος, καὶ ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου, ἐβούλετο τὼ παῖδε ἀμφοτέρω παρεῖναι. Ὁ μὲν οὖν πρεσβύτερος παρὼν

DARII et Parysatidis duo fuère filii; *quorum* natu major Artaxerxes, minor Cyrus *erat*. Cùm autem ægrotaret Darius, et vitæ finem *instare* suspicaretur, filium utrumque adesse voluit. Ac major quidem natu fortè tunc

a ἈΝΑΒΑΣΕΩΣ &c.] Expeditionis, quâ de his in libris agitur, Historia Græcè inscribitur Ἀνάβασις, propterea quòd Cyrus urbem versùs, Artaxerxis regiâ nobilem, atque adeò superiores Asiæ partes, dirigebat iter. Nam *primùm* Græcorum moris erat de urbibus quarumlibet regionum illustrissimis ità loqui, quasi perinde *situ* atque *honore* eminerent: unde, eò qui proficiscuntur, ἀναβαίνειν dicantur. *Arrian* in *Epictet*. I. 3. c. 7. de Româ verba faciens, ἰδεῖν, inquit, τολμήσω ἀναβῆναι. Eâdem ferè de causâ, Scriptor modò laudatus, Xenophontéi argumenti stilique æmulus, libros septem, quos de rebus gestis Alexandri composuit, eundem, quo Cyri hæc Historia gaudet, titulum præferre voluit. Motus itidem Hierosolymam versùs, ex Hebræo pariter ac Græco idiomate, passim apud Sacros utriusque Instrumenti auctores verbo, cui *adscendendi* notio subjecta est, exprimitur: partim, quòd Hierosolyma Judaïcarum princeps esset urbium; partim, quòd reverà in eam, utpote altiori, montano scilicet, loco sitam, adscenderent homines. *Deinde*, Veteres *superiorem* aliam, aliam *inferiorem* agnoscunt Asiam. *Herodotus* l. 1. c. 177. *Ioniam*, *Cariam*, *Lyciam*, maritimas oras, vocat τὰ κάτω τῆς Ἀσίας: *inferiora* verò seu *Mediterranea*, τὰ ἄνω αὐτῆς. Istæ, nimirum, provinciæ æquè ac iis vicinæ aliæ, ubi Cyrus exercitum in expeditionem coëgit, fluviorum ostiis in mare tum Ægæum tum Mediterraneum decurrentium adsitæ, *inferiores* jure nominantur: et maritimæ atque occidentalis hujusce Asiæ partis incolæ à Nostro Histor. Græc. l. 1. p. 256. edit. Steph. οἱ κάτω dicuntur. Contrà, *superiores* eæ adpellantur provinciæ, quæ à fluviorum fontibus, ex altioribus locis exilientibus, propiùs absunt, uti rectè ad *Pompon*. *Mel*. lib. 1. c. 3. observavit doctis. *Is. Vossius*. Hinc orta forsan memorata priùs Asiæ divisio; cujus in superiori parte cùm regiæ Persicæ statuerentur, rex ille magnus idcirco dicitur ὁ ἄνω βασιλεὺς infra l. 7. sub init. qui ad eum pergit, ἄνω πορεύεσθαι, utì mox legitur, sive ἀναβαίνειν, utì passim; et hæc ipsa ἀνάβασις, ἡ ἄνω ὁδὸς l. 3. sub init. ab *Arriano exp. Alex*. l. 1. c. 12. ἄνοδος. Qui

ἐτύγχανε· Κῦρον δὲ [d] μετεπέμπετο ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἧς αὐτὸν [e] σατράπην ἐποίησε· καὶ στρατηγὸν δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων, ὅσοι εἰς [f] Καστωλῦ πεδίον ἀθροίζονται. Ἀναβαίνει οὖν ὁ Κῦρος, λαβὼν [g] Τισσαφέρνην ὡς φίλον· καὶ τῶν Ἑλλήνων δὲ ἔχων ὁπλίτας ἀνέβη τριακοσίους, ἄρχοντα δὲ αὐτῶν Ξενίαν Παῤῥάσιον.

Ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε Δαρεῖος, καὶ κατέστη εἰς τὴν βασιλείαν Ἀρταξέρξης, Τισσαφέρνης διαβάλλει τὸν Κῦρον πρὸς τὸν ἀδελφὸν, [h] ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ. Ὁ δὲ πείθεταί τε καὶ συλλαμβάνει Κῦρον, ὡς ἀποκτενῶν· ἡ δὲ μήτηρ, ἐξαιτησαμένη αὐτὸν, ἀποπέμπει πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Ὁ δ'

aderat; Cyrum arcessebat à principatu, cujus eum satrapen fecerat; sed et præfectum eum designaverat omnium, quicunque ad Castoli planitiem congregari solent. Itaque Cyrus adscendit, Tissapherne tanquam amico sibi adjuncto; cum trecentis etiam gravis armaturæ militibus Græcis, quibus Xenias Parrhasius præerat.

Posteaquam Darius vivendi finem fecit, et Artaxerxes regno potitus est, Tissaphernes Cyrum apud fratrem criminatur, quasi *is* illi insidiaretur. Credit ille, et Cyrum interficiendi consilio comprehendit: sed mater eum, precibus suis condonatum, ad principatum remittit. Is ubi periculo objectus et

verò à regiis sedibus maritimas versùs oras progrediuntur, eorum iter ubique ferè nuncupari solet *κατάβασις*: unde apud Nostrum in vitâ *Agesil.* haud longè ab initio, *καταβὰν* audit *στράτευμα*, quod à rege ad Tissaphernem missum erat.

b Δαρείου καὶ &c.] Omissâ præfandi ratione solenni, medias in res properat Auctor: cujus ad imitationem quæ ab argumento statim incipiunt Historiæ, *ἀκέφαλα σώματα* vocantur à *Luciano* p. 358. edit. *Bourdel.* Perfectionem autem primæ hujusce sententiæ more rhetorico intuetur atque laudat *Demetr. Phaler.* in princip. libel. *περὶ Ἑρμην.* Cæterùm, de Dario hoc et Parysatide videsis regum Persicorum seriem chronologicam, huic quam Historiæ præmissam invenies.

c Παῖδες δύο, &c.] Numerum *Plutarchus* in vitâ *Artoxerx.* p. 1012. T. 1. auget duobus aliis, Ostane scilicet et Oxathre. Ἀρτοξέρξης (sic enim apud Plutarch. et alibi scribi solet) hic, cognomento *Mnemon*, Ἀρσίκας πρότερον ἐκαλεῖτο, ibidem inquit Auctor laudatus. Videsis *Ctesiæ Persic.* p. 650. et 687. edit. *Gronov.*

d Μετεπέμπετο ἀπὸ &c.] *Aristides* (cui adstipulatur MS. Eton.) *de dict. simpl.* p. 681. edit. *Ald.* legit *μεταπέμπεται*, eâque de scripturâ sic commentatur, *Καὶ ἡ τοῦ χρόνου παραλλαγὴ, τῆς ἀφελείας ἐστί. Τὸ γὰρ παρεληλυθὸς εἰς τὸν ἐνεστῶτα ὁρίζονται· Οἷον, Κῦρον δὲ μεταπέμπεται ἀπὸ τῆς ἀρχῆς· ἀντὶ τοῦ μετεπέμψατο. Ὁ χρόνος γὰρ μεταβληθεὶς τὴν ἀφέλειαν ἐποιήσατο. Δεῖ γὰρ ποθ' ὑμᾶς ὑποθεῖναι τὰ γεγονότα ὡς γινόμενα — Καὶ ἔστι καινοπρεπείᾳ ἐν τῷ τοιούτῳ.*

e Σατράπην ἐποίησε &c.] Rem eandem narrant *Diodor. Sic.* l. 14. p. 244. edit. *Rhodom. Plutarch.* loco jam citato: Noster *Hist. Græc.* p. 256. De prioris vocis origine vide *Indic.* vocab. Persic. Cyrop. nostræ adjectum.

f Εἰς Καστωλῦ πεδίον &c.] Quo de loco vide *Indic. Geograph.*

g Τισσαφέρνην] Hic ille est, quem *Thucydides* l. 8. sub init. vocat *στρατηγὸν τῶν κάτω*, et sæpè ibidem memorat. Videsis etiam Nostrum *Hist. Græc.* l. 1. *Diodor. Sic.* l. 14. et *Justin.* l. 5.

h Ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ.] Confer *Plutarch.* loco suprà citato.

ὡς ἀπῆλθε κινδυνεύσας καὶ ἀτιμασθεὶς, βουλεύεται ὅπως μήποτε ἔτι ἔσται ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ᾽ ἢν δύνηται, βασιλεύσει [a] ἀντ᾽ ἐκείνου. [b] Παρύσατις μὲν δὴ μήτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ, φιλοῦσα αὐτὸν μᾶλλον, ἢ τὸν βασιλεύοντα Ἀρταξέρξην. Ὅστις δ᾽ ἀφικνεῖτο τῶν παρὰ βασιλέως πρὸς αὐτὸν, πάντας οὕτω διατιθεὶς ἀπεπέμπετο, ὥσθ᾽ ἑαυτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι, ἢ βασιλεῖ. Καὶ τῶν παρ᾽ ἑαυτῷ δὲ βαρβάρων ἐπεμελεῖτο, ὡς πολεμεῖν τε ἱκανοὶ εἴησαν, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχοιεν αὐτῷ. Τὴν δὲ Ἑλληνικὴν δύναμιν ἤθροιζεν, ὡς μάλιστα ἐδύνατο ἐπικρυπτόμενος, ὅπως ὅτι ἀπαρασκευαστότατον λάβοι βασιλέα. Ὧδε οὖν ἐποιεῖτο τὴν συλλογήν, [c] ὁπόσους εἶχε φύλακας ἐν ταῖς πόλεσι, παρήγγελε τοῖς φρουράρχοις ἑκάστοις λαμβάνειν ἄνδρας Πελοποννησίους, ὅτι πλείστους, καὶ βελτίστους, ὡς ἐπιβουλεύοντος Τισσαφέρνους ταῖς πόλεσι. Καὶ γὰρ ἦσαν Ἰωνικαὶ πόλεις Τισσαφέρνους τὸ ἀρχαῖον, [d] ἐκ βασιλέως δεδομέναι· τότε δ᾽ ἀπέστησαν πρὸς Κῦρον πᾶσαι, πλὴν [e] Μιλήτου. Ἐν Μιλήτῳ δ᾽ ὁ Τισσαφέρνης προαισθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ᾽ ἐξέβαλεν. Ὁ δὲ Κῦρος ὑπολα-

affectus ignominiâ discessit, consilia init quo pacto in potestate fratris esse desineret, atque etiam, si fieri posset, ejus loco regno potiretur. Et Parysatis quidem mater à Cyri partibus stetit, quippe quæ magis hunc, quàm Artaxerxem regem, diligeret. *Ipse* autem, si quis ad se à rege veniret, *eos* omnes sic affectos remittebat, ut sibi magis, quàm regi, essent amici. Prætereà curabat ut barbari, quos habebat secum, et ad gerendum bellum idonei et benevolo essent erga ipsum animo. Græcas copias, quàm poterat occultissimè, cogebat, ut regem imparatissimum offenderet. Quoties igitur delectum ageret *eorum militum* præsidiariorum, quoscunque in urbibus habebat, *toties* singulis eorum præfectis mandabat, ut Peloponnesios quàm plurimos optimósque compararent, quasi Tissaphernes urbibus insidiaretur. Nam urbes Ionicæ fuerant *illæ* quidem priùs Tissapherni à rege traditæ; sed hoc tempore omnes, præter Miletum, ad Cyrum defecerant. Cùm enim Tissaphernes Mileti, præsensisset, *Milesios* eadem ad Cyrum deficiendi consilia agitare, partim eos

a Ἀντ᾽ ἐκείνου.] Ità Matt. II. 22. — ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει — ἀντὶ Ἡρώδου &c.

b Παρύσατις μὲν δὴ &c.] *Plutarchus*, in vitâ Artox. ἡ δὲ μήτηρ (Παρύσατις) ὑπῆρχε μᾶλλον τὸν Κῦρον φιλοῦσα, καὶ βουλομένη βασιλεύειν ἐκεῖνον.

c Ὁπόσους εἶχε &c.] Mavult *Muretus* ὁπόσας εἶχε φυλακάς.

d Ἐκ βασιλέως &c.] Eodem modo loquitur Evangelista Joh. VI. 65. — ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου. Et Noster Cyrip. l. 8. 639. ἐκ βασιλέως εἰσὶ καθεστηκότες.

e Μιλήτου] Quam urbem quondam Ioniæ totius belli pacisque artibus principem fuisse tradit *Pompon*. *Mela* l. 1. c. 17.

βὼν τοὺς φεύγοντας, συλλέξας στράτευμα, ἐπολιόρκει Μίλητον καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ ἐπειρᾶτο κατάγειν τοὺς ἐκπεπτωκότας. Αὕτη οὖν ἄλλη [a] πρόφασις ἦν αὐτῷ τοῦ ἀθροίζειν στράτευμα. Πρὸς δὲ βασιλέα πέμπων, ἠξίου, ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ, δοθῆναί οἱ ταύτας τὰς πόλεις μᾶλλον, ἢ Τισσαφέρνην ἄρχειν αὐτῶν· καὶ ἡ μήτηρ συνέπραττεν αὐτῷ ταῦτα, ὥστε βασιλεὺς τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἐπιβουλῆς οὐκ ᾐσθάνετο, Τισσαφέρνει δὲ ἐνόμιζε πολεμοῦντα αὐτὸν ἀμφὶ τὰ στρατεύματα δαπανᾷν· ὥστε οὐδὲν ἤχθετο αὐτῶν πολεμούντων· καὶ γὰρ ὁ Κῦρος ἀπέπεμπε τοὺς γιγνομένους δασμοὺς βασιλεῖ ἐκ τῶν πόλεων, ὧν ὁ Τισσαφέρνης ἐτύγχανεν ἔχων.

Ἄλλο δὲ στράτευμα συνελέγετο αὐτῷ, ἐν Χεῤῥονήσῳ τῇ καταντιπέρας Ἀβύδου, τόνδε τὸν τρόπον· [b] Κλέαρχος ἦν Λακεδαιμόνιος, φυγάς· τούτῳ συγγενόμενος ὁ Κῦρος, ἠγάσθη τε αὐτὸν καὶ δίδωσιν αὐτῷ μυρίους [c] δαρεικούς. Ὁ δὲ λαβὼν τὸ χρυσίον, στράτευμα συνέλεξεν ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων, καὶ ἐπολέμει, ἐκ Χεῤῥονήσου ὁρμώμενος, τοῖς Θρᾳξὶ τοῖς ὑπὲρ Ἑλλήσποντον οἰκοῦσι, καὶ ὠφέλει τοὺς Ἕλληνας·

occiderat, partim ejecerat. Cyrus autem in exilium actos cùm excepisset, exercitu comparato, terrâ maríque Miletum obsidebat, et exules reducere conabatur. Hoc utique erat ei alterum militis cogendi prætextum. Mittebat et ad regem, atque orabat, ut ipsi potiùs, qui frater ejus esset, quàm Tissapherni, tradere in eas urbes imperium vellet: quâ in re mater etiam eum adjuvabat; itaque *accidit*, ut rex insidias sibi strui non animadverteret, sed existimaret Cyrum *idcircò* in exercitus sumptus facere, quia Tissapherni bellum navaret; adeóque molestè non ferret, bellum inter ipsos geri: nam et Cyrus mittebat tributum regi debitum iis ex urbibus, quas Tissaphernes habuerat.

Cogebantur et aliæ copiæ Cyro in Chersoneso, è regione Abydi, in hunc modum: Clearchus erat Lacedæmonius, exul; quocum congressus Cyrus admiratus est eum, ac decem millia daricorum ei donavit. Quod ille aurum cùm accepisset, exercitum his pecuniis collegit, et è Chersoneso prodiens, Thracibus iis, qui supra Hellespontum habitant, bellum intulit, commodisque

a Πρόφασις] Est, *Phavorino* interprete, καὶ ἡ ἀληθὴς καὶ ἡ ψευδὴς αἰτία. Hoc verò loco non quamlibet causam, sed *simulatam* potiùs (qualis Livio est *titulus* l. 37. c. 54. Suetonio *prætextum* de *Jul. Cæs.* c. 30.) quàm *veram* denotat: nam Cyro copias colligendi causa propriè dicta, ultionis erat et regni fraterni cupido. Cæterùm, inter ἀρχὰς, αἰτίας et προφάσεις belli adcurate, h. e. more suo, distinguit *Polybius* l. 3. p. 162. edit. *Paris.* Cujus cùm oratio sit paulò longior, quàm ut huc commode transcribi possit, ad locum indicatum lectores relegamus. *Thucydides* quoque discrimen posuit inter πρόφασιν et τὸ ἀληθὲς, l. 6. sub init. *Hermocrat.* orat.

b Κλέαρχος ἦν &c.] Cujus ad Cyrum fugæ rationem tradit *Diodor. Sic.* l. 14. p. 243.

c Δαρεικούς] Vide quæ notavimus Cyrip. l. 5. p. 330. et seq. Edit. Oxon. 1727.

ὥστε καὶ χρήματα συνεβάλλοντο αὐτῷ εἰς τὴν τροφὴν τῶν στρατιωτῶν αἱ Ἑλλησποντικαὶ πόλεις ἑκοῦσαι. Τοῦτο δ' αὖ οὕτω τρεφόμενον ἐλάνθανεν αὐτῷ τὸ στράτευμα. Ἀρίστιππος δὲ ὁ Θετταλὸς ἐτύγχανε [a] ξένος ὢν αὐτῷ, καὶ πιεζόμενος ὑπὸ τῶν οἴκοι ἀντιστασιωτῶν, ἔρχεται πρὸς τὸν Κῦρον, καὶ αἰτεῖται αὐτὸν εἰς δισχιλίους ξένους, καὶ τριῶν μηνῶν μισθὸν, ὡς οὕτω [b] περιγενόμενος ἂν τῶν ἀντιστασιωτῶν. Ὁ δὲ Κῦρος δίδωσιν αὐτῷ εἰς τετρακισχιλίους, καὶ ἓξ μηνῶν μισθόν· καὶ δεῖται αὐτοῦ [c] μὴ πρόσθεν καταλῦσαι πρὸς τοὺς ἀντιστασιώτας, πρὶν ἂν αὐτῷ συμβουλεύσηται. Οὕτω δὲ αὖ τὸ ἐν Θετταλίᾳ ἐλάνθανεν αὐτῷ τρεφόμενον στράτευμα. Πρόξενον δὲ τὸν Βοιώτιον, φίλον ὄντα αὐτῷ, ἐκέλευσε λαβόν-

Græcos adfecit; adeò ut etiam sponte suâ civitates Hellespontiacæ pecunias ad alendum *hunc* militem conferrent. Quapropter et hæ copiæ *Cyro* clam alebantur. Aristippus autem Thessalus, hospes ejus, cùm domi factione adversariâ premeretur, ad Cyrum venit, externósque milites ab eo circiter bis mille, cum trium mensium stipendio petit, quòd se hoc pacto superiorem contrariis partibus fore confideret. Cyrus ei ad quatuor millia concedit, et in sex menses stipendium; simul eum rogat, nè prius cum adversariæ factionis hominibus transigeret, quàm secum consilia communicâsset. Atque hoc modo clam in Thessaliâ quoque exercitus ei alebatur. Etiam Proxenum Bœotium, ei amicum, cum quanto posset maximo militum numero venire jus-

a Ξένος &c.] Varias vocis hujus significationes adducit eruditis. præsul *Joan. Potterus* in comment. ad *Lycophr. Cassand.* v. 464. et *Archæol.* Gr. l. 4. c. 21. Quibus ex *Phavorino* libet addere, ξένον dici τὸν εἰς φιλίαν συνημμένον ἐξ ἀλλοδαπῆς, eadémque voce (adsentiente Etymol. M. auctore) tam ὑποδεχόμενον quàm ὑποδεχθέντα significari; quorum tamen, prior, ex ejusdem mente, proprie dicitur ξενοδόχος. Sed apud *Aristophanem* βατρ. v. 109. discrimen hoc non valet; nec apud Apostol. Rom. XVI. 23. Thucyd. *Scholiast.* l. 4. ferè medio, ξένοι ὄντες (nec aliter *Suidas*) exponit φίλοι: *Hesychius*: ξένοι — ἀπὸ ξενίας φίλοι. Vox iterum, paucis interjectis, sensu occurrit alio; quem *Scholiastes* item modò laudatus agnoscit ad lib. 2. Οἱ ξεναγοὶ, οἱ τῶν μισθοφόρων ἄρχοντες· ξένους γὰρ ἐκάλουν τοὺς μισθοφόρους. Vide quæ notavimus Cyrip. p. 431. Edit. Oxon. 1727.

b Περιγενόμενος ἂν] Rectiùs nos περιγενησόμενος scripturos arbitratur *Leunclavius.* Sed nil mutandum: nam particula ἂν aoristo solet vim futuri in sensu potentiali tribuere. *Demosth.* adv. *Meid.* p. 609. edit. Francof. — ὑβρίζων πολεμιὸν, τὸ δίκην τὸν ἀεὶ ληφθέντα, ἣν προσήκει, διδόναι, μόνον αἴτιον ἂν γενόμενον; ubi γενόμενον ἂν pro γενησόμενον dixit. Sic et *Isocrat.* in *Areopag.* p. 210. edit. *Wolf.* εὑρίσκω γὰρ ταύτην ἂν μόνην γενομένην καὶ τῶν μελλόντων κινδύνων ἀποτροπὴν, &c. adhibet γενομένην pro γενησομένην.

c Μὴ πρόσθεν καταλῦσαι] Post hoc verbum nonnunquam subintelligendum est πόλεμον, aut aliud huic adfine nomen. Noster *Hist.* Gr. l. 6. p. 345. — ἡμᾶς δὴ χρὴ — ὅταν δὲ γένηται, (πόλεμος) καταλύεσθαι ᾗ δυνατὸν τάχιστα. Hoc tamen loco pro συναλλάττεσθαι (quod mox eâdem de re adhibetur) Xenophon, vel alio cognatæ significationis verbo, καταλῦσαι posuit. Pari ratione πολέμου κατάλυσις apud Nostrum, loco proximè citato, paucis interjectis, vocatur διαλλαγή. *Herodotus* l. 8. c. 140. ἀλλὰ καταλύσασθε, *imo redite in amicitiam*, ut rectè ex MS. restituitur; cujus sedem καταλλάσσεσθε, expositionis gratiâ primò additum, in quibusdam codd. occupaverat.

τα ἄνδρας ὅτιπλείστους παραγενέσθαι ὡς ἐπὶ Πισίδας βυλόμενος στρατεύεσθαι, ὡς πράγματα παρεχόντων Πισιδῶν τῇ ἑαυτῦ χώρᾳ. Σοφαίνετον δὲ τὸν Στυμφάλιον, καὶ Σωκράτην τὸν Ἀχαιὸν, ξένυς ὄντας καὶ τύτυς, ἐκέλευσεν ἄνδρας λαβόντας ἐλθεῖν ὅτιπλείστυς, ὡς πολεμήσων Τισσαφέρνῃ σὺν τοῖς φυγάσι τῶν Μιλησίων. Καὶ ἐποίυν οὕτως ὗτοι.

Ἐπεὶ δ' ἐδόκει αὐτῷ ἤδη [a] πορεύεσθαι ἄνω, τὴν μὲν πρόφασιν ἐποιεῖτο, ὡς Πισίδας βουλόμενος ἐκβαλεῖν παντάπασιν ἐκ τῆς χώρας· καὶ ἀθροίζει ὡς ἐπὶ τούτυς τό, τε βαρβαρικὸν καὶ τὸ Ἑλληνικὸν [b] ἐνταῦθα στράτευμα· καὶ παραγγέλλει τῷ τε Κλεάρχῳ λαβόντι ἥκειν ὅσον ἦν αὐτῷ στράτευμα· καὶ τῷ Ἀριστίππῳ, [c] συναλλαγέντι πρὸς τὺς οἴκοι, ἀποπέμψαι πρὸς ἑαυτὸν ὃ εἶχε στράτευμα· καὶ Ξενίᾳ τῷ Ἀρκάδι, ὃς αὐτῷ προειστήκει τῦ ἐν ταῖς πόλεσι [d] ξενικῦ, ἥκειν παρήγγειλε, λαβόντα τὺς ἄνδρας, πλὴν ὁπόσοι ἱκανοὶ εἴησαν τὰς ἀκροπόλεις φυλάττειν. Ἐκάλεσε δὲ καὶ τὺς Μίλητον πολιορκοῦντας, καὶ τὺς φυγάδας ἐκέλευσε σὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι· [e] ὑποσχόμενος αὐτοῖς, εἰ καλῶς καταπράξειεν

sit, quasi vellet adversùs Pisidas, ut qui agrum ipsius infestarent, exercitum ducere. Sophænetum quoque Stymphalium, et Socratem Achæum, *ejus* itidem qui fuerant hospites, cum quantâ maximâ possent manu venire jussit, quasi cum Milesiis exulibus Tissaphernem oppugnare vellet. Ac hi quidem ità faciebant.

Cùm autem in superiorem *Asiam* ei movere visum esset, causam belli *eam* præ se ferebat, quasi Pisidas vellet omnino ex regione *suâ* ejicere: atque tanquam adversùs hos *pugnaturus* tum barbaricas tum Græcas huc copias cogit: Clearchóque denuntiat, ut cum exercitu, quem haberet, *ad se* veniret; et Aristippo ut, compositione cum civibus initâ, copias, quas habebat, mitteret: Xeniæ item Arcadi, qui præerat copiis exteris, *quas* in civitatibus *alebat*, imperat ut *ad se* cum suis veniret, relictis tantùm iis, qui tuendis arcibus satis essent. Arcessivit et illos, qui Miletum obsidebant, *ipsósque* exules *Milesios* secum in aciem exire jussit; pollicitus se, si bellum, quod tunc suscipiebat,

a Πορεύεσθαι ἄνω] A maritimis, nimirum, atque adeò depressioribus locis, in Asiæ Mediterranea. Vide quæ notavimus p. 1.

b Ἐνταῦθα] *Phavorinus: καὶ τὴν ἐν τόπῳ, καὶ τὴν εἰς τόπον σημασίαν δηλοῖ.*

c Συναλλαγέντι πρὸς &c.] Vide modò notata ad καταλῦσαι, p. præced.

d Ξενικῦ] I. e. *μισθοφορικῦ στρατεύματος:* Passim enim Græci dicunt πεζικὸν, ἱππικὸν, ναυτικὸν, Ἑλληνικὸν, Περσικὸν &c. subaudiendum lectoribus relinquentes στράτευμα vel πλῆθος. Noster Κύρ. παιδ. p. 72. Ἱππικὸν δέ σοι, ὅπερ κράτιστον &c. *Max. Tyr.* Dissert. 30. p. 314. *edit. Cant.* — τότε τὺς ἰὺς ἀφίησιν εἰς τὸ Ἑλληνικόν.

e Ὑποσχόμενος αὐτοῖς &c.] Quò spectant quæ legimus sub finem hujus libri:

ἐφ' ἃ ἐστρατεύετο, μὴ πρόσθεν παύσασθαι, πρὶν αὐτοὺς καταγάγοι οἴκαδε. Οἱ δὲ ἡδέως ἐπείθοντο· (ἐπίστευον γὰρ αὐτῷ) καὶ λαβόντες τὰ ὅπλα, προσήεσαν εἰς Σάρδεις. Ξενίας μὲν δὴ τοὺς ἐκ τῶν πόλεων λαβὼν [a] παρεγένετο εἰς Σάρδεις, ὁπλίτας εἰς τετρακισχιλίους· Πρόξενος δὲ παρῆν ἔχων [b] ὁπλίτας μὲν εἰς πεντακοσίους καὶ χιλίους, γυμνῆτας δὲ πεντακοσίους· Σοφαίνετος δὲ ὁ Στυμφάλιος, ὁπλίτας ἔχων χιλίους· Σωκράτης δὲ ὁ Ἀχαιὸς, ὁπλίτας ἔχων ὡς πεντακοσίους· Πασίων δὲ ὁ Μεγαρεὺς εἰς ἑπτακοσίους ἔχων ἄνδρας παρεγένετο· ἦν δὲ καὶ οὗτος καὶ ὁ Σωκράτης τῶν ἀμφὶ Μίλητον στρατευομένων. Οὗτοι μὲν εἰς Σάρδεις αὐτῷ ἀφίκοντο. Τισσαφέρνης δὲ κατανοήσας ταῦτα, καὶ μείζονα ἡγησάμενος εἶναι, ἢ ὡς ἐπὶ Πισίδας, τὴν παρασκευὴν, πορεύεται [c] ὡς βασιλέα ᾗ ἐδύνατο τάχιστα, ἱππέας ἔχων ὡς πεντακοσίους. Καὶ βασιλεὺς μὲν δὴ ἐπεὶ ἤκουσε παρὰ Τισσαφέρνους τὸν Κύρου στόλον, ἀντιπαρεσκευάζετο.

ex sententiâ conficeret, non prius conquieturum, quàm eos domum reduxisset. Parebant illi perlibenter; (quippe qui Cyro fidem haberent) ac sumptis armis Sardes accesserunt. Ac Xenias quidem cum iis qui ex urbibus *colligebantur*, quatuor ferè *peditum* gravis armaturæ millibus, Sardes venit: Proxenus cum gravis armaturæ militibus mille quingentis, et quingentis levis armaturæ aderat: Sophænetus Stymphalius, cum gravis armaturæ mille: Socrates Achæus, cum gravis armaturæ circiter quingentis: Pasion Megarensis cum septingentis ferè venit: erat autem hic cum Socrate de illorum numero, qui Miletum oppugnabant. Hi quidem Sardes ad eum veniebant. Hæc Tissaphernes cùm animadvertisset, adparatúmque majorem arbitratus esset, quàm qui adversùs Pisidas *instituer etur*, quàm celerrimè poterat, cum quingentis equitibus, ad regem contendit. Ac rex quidem ubi de exercitu Cyri à Tissapherne certior factus fuit, et ipse *ad bellum* sese parabat.

Τιγραρῶν ὄντων Τισσαφέρνει ἐπολέμησεν, πᾶσαι αἱ πόλεις ἐκεῖναι Κῦρον εἵλοντο ἀντὶ Τισσαφέρνους, πλὴν Μιλησίων· οὗτοι δὲ, ὅτι οὐκ ἤθελε τοὺς φεύγοντας προέσθαι, ἐφοβοῦντο αὐτόν. Καὶ γὰρ ἔργῳ ἐπεδείκνυ &c.

a Παρεγένετο &c.] *Veniendi* significationem hic obtinet: ideòque *Millium* prolegom. N. T. p. 21. 8. Joanni dicam solœcismi temerè impingentem, quòd c. 6. v. 25. dixerat — πότε ὧδε γέγονας; meritò castigat Cl. *Blackwallus* Class. sac. p. I. c. 2. §. 8.

b Ὁπλίτας] *Phavorinus*: Ὁπλῖται — τῆς πεζικῆς εἰσὶ καὶ μαχίμου δυνάμεως· Βαρυτάτη, utì *Suidas*, ὅπλοις κεχρημένοι. Videsis *Indicem vocab. milit.* Cyrop. nostræ adjectum. His opponuntur (quod ad armaturam attinet) οἱ γυμνῆται.

c Ὡς βασιλέα &c.] Atticè usurpatur ὡς loco τοῦ πρός. Noster Κύρ. Παιδ. p. 9. ὁπόταν βούλῃ εἰσιέναι ὡς ἐμέ. atque alibi sæpé. *Ælian.* H. V. l. 2. c. 8. ἵνα αὐτὸς περιίοι ὡς αὐτόν. Idem. l. 12. c. 1. — ὅπως ἐσταλμένην ὡς αὐτὸν παριέναι αὐτήν.

Κῦρος δὲ [a] ἔχων οὓς εἶπον, ὡρμᾶτο ἀπὸ Σάρδεων· καὶ ἐξελαύνει διὰ τῆς Λυδίας, [b] σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσι καὶ δύο, ἐπὶ τὸν Μαίανδρον ποταμόν. Τούτου τὸ εὖρος δύο [c] πλέθρα· γέφυρα δὲ ἐπῆν ἐζευγμένη πλοίοις ἑπτά. Τοῦτον διαβὰς, ἐξελαύνει διὰ Φρυγίας σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας ὀκτὼ, εἰς Κολοσσὰς, πόλιν [d] οἰκουμένην, εὐδαίμονα καὶ μεγάλην. Ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας ἑπτά· καὶ ἧκε Μένων ὁ Θετταλὸς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους, καὶ [e] πελταστὰς πεντακοσίους, Δόλοπας καὶ Αἰνιᾶνας καὶ Ὀλυνθίους. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Κελαινὰς, τῆς Φρυγίας πόλιν οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. Ἐνταῦθα Κύρῳ βασίλεια ἦν, καὶ [f] παράδεισος μέγας ἀγρίων θηρίων πλήρης, ἃ ἐκεῖνος ἐθήρευεν ἀπὸ ἵππου, ὁπότε γυμνάσαι βούλοιτο ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἵππους. Διὰ μέσου δὲ τοῦ παραδείσου ῥεῖ ὁ Μαίανδρος ποταμός· αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ εἰσὶν ἐκ τῶν βασιλείων· ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς Κελαινῶν πόλεως. Ἔστι δὲ καὶ [g] μεγάλου βασιλέως βασίλεια

Cyrus autem cum iis quas dixi copiis, Sardibus movit; et per Lydiam tertiis castris, parasangas viginti duas ad Mæandrum fluvium progreditur. Hujus latitudo duûm *erat* plethrorum; et in eo pons erat septem navigiis constructus. Hunc cùm trajecisset, per Phrygiam castris unis, parasangis octo confectis, Colossas venit, urbem incolis frequentem, opulentam et magnam. Hìc dies septem cùm substitisset, Menon Thessalus cum mille gravis armaturæ peditibus venit, peltastis item quingentis, Dolopibus, et Ænianensibus, et Olynthiis. Inde castris tertiis, parasangas viginti pergit Celænas, urbem Phrygiæ, frequentem incolis, magnam et opulentam. Erat hìc Cyro regia, et ingens hortus, refertus feris belluis, quas ipse *vectus* equo venabatur, quoties seipsum et equos exercere vellet. Per medium hortum Mæander fluvius labitur, cujus fontes ex ipsâ regiâ oriuntur; atque fluit etiam per Celænas urbem. Est et magni regis munita Celænis regia, ad Marsyæ

a Ἔχων οὓς εἶπον] MS. Eton. οὓς εἴρηκα. *Steph.* ὡς εἶπον, qui tamen in *Annot.* οὓς εἴρηκα, vel οὓς εἶπον se malle profitetur.

b Σταθμοὺς &c.] Vide *Indicem* vocab. ad mens. spectantium: et de parasangis in Κύρ. Παιδ. not. p. 161. et *Indic.* voc. Persic.

c Πλέθρα] Vide notata ad Κύρ. Παιδ. p. 522. Edit. Oxon. 1727.

d Οἰκουμένην] I. e. *quæ habitabatur. Videtur tamen non simpliciter debere accipi; sed pro eâ, quæ habitatoribus frequentatur, i. e. incolarum frequentiam habet. Nisi fortè* οἰκουμένη *dicitur simpliciter ad differentiam* τῆς ἐρήμης. Hæc *Stephanus* margini versionis Amasæi adscripsit: quibus addo, apud Xenophontem ipsum sibi οἰκουμένην et ἐρήμην opponi, Κύρ. Π. l. 4. p. 281. οἰκουμένη γὰρ χώρα, πολλοῦ ἄξιον κτῆμα· ἐρήμη δ' ἀνθρώπων οὖσα, &c.

e Πελταστὰς] Vide *Indic. vocab. milit.* suprà memoratum.

f Παράδεισος &c.] Vide quæ notavimus Κύρ. παιδ. p. 29. et *Indic. voc. Persic.* Edit. Oxon. 1727.

g Μεγάλου βασιλέως] *Suidas:* Μέγας βα-

ἐν Κελαιναῖς ἐρυμνὰ, ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ, ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει· ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος διὰ τῆς πόλεως, [a] καὶ ἐμβάλλει εἰς τὸν Μαίανδρον· τοῦ δὲ Μαρσύου τὸ εὖρος εἴκοσι καὶ πέντε ποδῶν. [b] Ἐνταῦθα λέγεται Ἀπόλλων ἐκδεῖραι Μαρσύαν, νικήσας ἐρίζοντά οἱ περὶ [c] σοφίας, καὶ τὸ δέρμα κρεμάσαι ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅθεν αἱ πηγαί· διὰ δὲ τοῦτο

fluminis fontes, sub arce: labitur hic quoque per urbem, et in Mæandrum influit: Marsyæ autem latitudo *est* quinque ac viginti pedum. Hic Apollo dicitur pellem detraxisse Marsyæ, cùm eum vicisset secum de peritiâ certantem, ac in antro pellem suspendisse, unde *fluminis sunt* fontes: eâque de

σιλεὺς, ὁ τῶν Περσῶν διὰ τὸ πλείονι δυνάμει χρῆσθαι τῇ Περσικῇ· τοῖς δὲ ἄλλοις προστίθεσαν καὶ τῶν ἀρχομένων ὀνόματα, οἷον, Λακεδαιμονίων, Μακεδόνων. Quem ad locum vide quæ notavit Cl. *Kusterus.* Audi prætereà *Aristid.* in Romæ encom. p. 202. edit. Oxon. *Τοῦτο μὲν δὴ τὴν Περσῶν ἀρχὴν σκεψώμεθα, ἥ πάνυ ποτὲ ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐβεβόητο* (non *ἐβεβόηντι*, ut pessimè ibi operarum haud dubiè vitio scribitur) *καὶ μέγαν παρέσχε τὸ ἐπώνυμον καλεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτὴν βασιλέα.* Inde joci occasionem Agesilaüs arripuisse dicitur apud *Plutarch.* apophthegm. p. 190. *Εἰθισμένων δὲ αὐτῶν τὸν Περσῶν βασιλέα Μέγαν προσαγορεύειν Τί δὲ ἐκεῖνος, εἶπεν, ἐμοῦ μείζων, εἰ μὴ δικαιότερος καὶ σωφρονέστερος;*

a *Καὶ ἐμβάλλει* &c.] Amnem illum eleganter admodùm, stiloque Poëtico magis quàm Historico descripsit *Q. Curtius* l. 3. c. 1. Cæterùm, de ξυμβολαῖς Marsyæ Mæandríque videsis *Strab.* l. 12. p. 832 et 866. et quæ ibi notavit doctiss. Casaubonus, edit. *Amstel.*

b *Ἐνταῦθα λέγεται* &c.] Periodum hanc in exemplum *παραδιηγήσεως* rhetoricæ adducit *Anonym. περὶ ῥητορικῆς.* cujus et figuræ mentionem facit Quinct. *Instit. Orat.* l. 9. c. 2. *Fama ita tenet,* inquit Livius l. 38. c. 13. *Celænis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certâsse.* Fabulam autem hanc decantatam legere est apud *Apollod.* bibl. l. 1. c. 4. ubi Marsyæ detractam pellem in patulâ pino suspensam, ipsúmque in flumen sui nominis ab Apolline conversum esse tradit. Unde *Ovid. Fast.* l. 6. v. 703 et seq. de Marsyâ, ejúsque, quam Minerva abjecerat, tibiâ:

Inventam Satyrus primùm miratur; at usum
Nescit: et inflatam sentit habere sonum.
Et modò dimittit digitos, modò concipit auras;
Jamque inter Nymphas arte superbus erat.
Provocat et Phœbum: Phœbo superante, pependit;
Cæsa recesserunt à cute membra sua.

Herodot. l. 7. c. 26. *ἐν τῇ* (sc. Celænis) *καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέμαται.* ubi lepidè satis interpres *ἀσκὸς* vertit, *pellis in utrem formata.* Atqui vox ista notat etiam ipsam *pellem.* *Aristoph. νεφ.* v. 441. — *ἀσκὸν δέρειν,* dici tradit *Scholiast.* *ἀντὶ τοῦ, τὸ σῶμα ἐκδέρειν.* quocum consentit etiam *Phavorinus* ad v. Vide sis *Pausan.* l. 1. p. 56. l. 10. p. 873. edit. *Kuhn.* et *Photii* biblioth. p. 477.

c *Σοφίας*] *Suidas: Σοφίαν· κοινῶς ἁπάντων μάθησιν, καὶ τὴν τέχνην, καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ ἐπιστήμην, ἢ τὸν νοῦν.* *Eustathius* ad Homer. Il. *ο'.* p. 1023. *Οἱ γὰρ παλαιοὶ σοφοὺς ἐκάλουν ἅπαντας τοὺς τεχνίτας.* Act. VII. 22. simpliciter *σοφία* pro omni scientiâ liberali ponitur, dum de Mose istic dicitur, *πάσῃ σοφίᾳ* &c. Poëtas *σοφοὺς* dici constat ex *Pindari* enarratore ad *Isthm.* 5. v. 36. et *Anacreontis* odâ 53. in *Ros.*

Ῥοδόχρους δὲ Κυθερείη
Παρὰ τῶν σοφῶν (h. e. *ποιητῶν*) *καλεῖται.*

Hoc autem loco Xenophontéo *σοφία* musicæ peritiam denotat: nec mirum, *Cùm* (auctore Cicerone *Tusc. disput.* I. 2.) *summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocúmque cantibus. Igitur et Epaminondas — Themistoclésque — cùm in epulis recusaret lyram, habitus est indoctior.* Idem (*Orat.* l. 3. c. 44.)

ὁ ποταμὸς καλεῖται Μαρσύας. [a] Ἐνταῦθα Ξέρξης, ὅτε ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ ἀπεχώρει, λέγεται οἰκοδομῆσαι ταῦτά τε τὰ βασίλεια, καὶ τὴν Κελαινῶν ἀκρόπολιν. Ἐνταῦθα ἔμεινε Κῦρος ἡμέρας τριάκοντα· καὶ ἧκε Κλέαρχος ὁ Λακεδαιμόνιος, φυγὰς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους, καὶ πελταστὰς Θρᾷκας ὀκτακοσίους, καὶ τοξότας Κρῆτας διακοσίους. [b] Ἅμα δὲ καὶ Σωσίας παρῆν ὁ Συρακούσιος, ἔχων ὁπλίτας χιλίους· καὶ Σοφαίνετος ὁ Ἀρκὰς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους. Ἐνταῦθα Κῦρος ἐξέτασιν καὶ ἀριθμὸν τῶν Ἑλλήνων ἐποίησεν ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐγένοντο οἱ σύμπαντες, ὁπλῖται μὲν μύριοι καὶ χίλιοι, πελτασταὶ δὲ ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς Πέλτας, πόλιν οἰκουμένην. Ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς· ἐν αἷς Ξενίας ὁ Ἀρκὰς [c] τὰ Λύκαια ἔθυσε, καὶ ἀγῶνα ἔθη-

causâ flumen Marsyas adpellatur. Hoc loco Xerxes, cùm pugnâ victus è Græciâ discederet, regiam hanc et Celænarum arcem condidisse dicitur. Cyrus hìc triginta dies mansit; *intra quos* Clearchus Lacedæmonius, exul, cum *peditibus* mille gravis armaturæ, et octingentis peltastis Thracibus, ducentísque sagittariis Cretensibus *ad eum* venit. Eodem etiam tempore Sosias aderat Syracusanus cum mille gravis armaturæ militibus; et Sophænetus Arcas, cum eodem numero ejusdem armaturæ militum. Hìc Cyrus Græcos in horto milites recensuit *eorum*que numerum iniit, atque in universum armaturæ gravis militum undecim millia, peltastarum duo ferè millia fuerunt.

Inde castris alteris, parasangas decem progreditur, ad Peltas, oppidum incolis frequens. Ibi dies tres commoratus est; quibus Arcas ille Xenias Lupercalia institutis sacrificiis et ludis celebravit; *victoribus* præmia erant

scribit, *Musici, qui erant quondam iidem poëtæ.* Quinctil. *Instit. Orat.* l. 1. c. 10. *Quis ignorat musicen — tantum jam illis antiquis temporibus non studii modò, verùm etiam venerationis habuisse, ut iidem musici, et vates et sapientes judicarentur?* Et mox infra; *Timagenes auctor est, omnium in literis studiorum antiquissimam musicen extitisse.* Cui consentit *Max. Tyr.* dissert. 21. p. 214. edit. *Cant.* Vide sis etiam *Athen.* deipn. lib. 14. c. 4 et 5. et *Sext. Empir.* lib. 6. p. 356 et seq. edit. Fabric.

a Ἐνταῦθα Ξέρξης, &c.] De quo videndi *Herodot.* l. 8. c. 17 et seq. *Diodor. Sic.* l. 11.

b Ἅμα δὲ καὶ Σωσίας &c.] MS. Eton. hìc multa turbat, à cæteris libris dissentiens. Ejus lectioni, qualiscunque est, in *Addendis* locum tribuendum curabimus.

c Τὰ Λύκαια ἔθυσε,] *Phavorinus:* Λύκαια ἆθλα ἐν Ἀρκαδίᾳ τελοῦνται, ἀνακείμενα τῷ Λυκαίῳ Διΐ. Vide *Pausan.* l. 8. p. 678 et seq. et *Archæol. Græc.* l. 2. c. 20. De ipsâ phrasi sic *Aristides* περὶ ἀφιλ. λόγου p. 679. edit. *Venet.* Πάνυ δὲ τοῦτο καινοπρεπὲς καὶ ἰδία τις σύνταξις, τὰ Λύκαια ἔθυσεν. Τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς ἑορτῆς οὕτω κέχρηται ὡς αὐτῷ τῷ θυομένῳ, εἰπὼν τὸ γενόμενον κατὰ τοῦ ἐν ᾧ γίνεται, καὶ δι' ὃ γίνεται. Θύειν μὲν γὰρ ἐν Λυκαίοις σύνηθες εἰπεῖν· θύειν δὲ τὰ Λύκαια, τῆς καινοπρεπείας. Atqui elliptica est locutio, et cum Λύκαια intelligere oportet θύματα, uti passim cum χαριστήρια, τὰ γενέθλια, νικητήρια &c. Deficit idem nomen post ἱλαστήριον Rom. 3. 25.

κε· τὰ δὲ ἆθλα ἦσαν, [a] στλεγγίδες χρυσαῖ· ἐθεώρει δὲ τὸν ἀγῶνα καὶ Κῦρος. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δώδεκα, [b] εἰς Κεραμῶν ἀγορὰν, πόλιν οἰκουμένην, ἐσχάτην ἐν τῇ Μυσίᾳ χώρᾳ. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας τριάκοντα, εἰς Καΰστρου πεδίον, πόλιν οἰκουμένην. Ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας πέντε· καὶ τοῖς στρατιώταις ὠφείλετο μισθὸς, πλέον ἢ τριῶν μηνῶν· καὶ πολλάκις ἰόντες ἐπὶ τὰς θύρας ἀπῄτουν. Ὁ δὲ ἐλπίδας λέγων διῆγε· καὶ δῆλος ἦν ἀνιώμενος· οὐ γὰρ ἦν πρὸς τοῦ Κύρου τρόπου, ἔχοντα μὴ ἀποδιδόναι. [c] Ἐνταῦθα ἀφικνεῖται Ἐπύαξα, ἡ [d] Συεννέσιος γυνὴ τοῦ Κιλίκων βασιλέως, παρὰ Κῦρον· καὶ ἐλέγετο Κύρῳ δοῦναι χρήματα πολλά. Τῇ οὖν στρατιᾷ τότε ἀπέδωκε Κῦρος μισθὸν τεττάρων μηνῶν. Εἶχε δὲ ἡ Κίλισσα καὶ φύλακας περὶ αὐτὴν Κίλικας καὶ Ἀσπενδίους· ἐλέγετο δὲ Κῦρον καὶ [e] συγγίνεσθαι τῇ Κιλίσσῃ.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς [f] Θύμβριον, πόλιν οἰκουμένην. Ἐνταῦθα ἦν παρὰ τὴν

aureæ strigiles: ludos etiam Cyrus ipse spectabat. Hinc pergit alteris castris, parasangas duodecim, ad forum Ceramorum, urbem incolis frequentem, ultimam terræ Mysiæ. Inde castris tribus, triginta parasangas, ad Caystri campum, urbem incolis frequentem, progreditur. Hìc dies quinque commoratus est: atque *ibi tum* militibus trimestre stipendium, et eo majus, debitum erat; iique *adeò* ad portas sæpè venientes, *id* exigebant. Is autem, *non nisi* spem usque proposuit, atque palàm erat eum dolore adfici: nec enim erat ex Cyri moribus, cùm haberet *stipendia*, non dare. Ibi tum Epyaxa, Syennesis Cilicum regis uxor, ad Cyrum venit; et magnam huic pecuniam dedisse ferebatur. Itaque tunc exercitui Cyrus mercedem quatuor mensium persolvit. Habebat Cilicensis hæc et circa se satellites Cilices et Aspendios: ac cum eâ Cyrus etiam consuêsse dicebatur.

Inde castris alteris, parasangas decem progreditur, ad Thymbrium, urbem

a Στλεγγίδες χρυσαῖ·] Solent conjungi λήκυθοι καὶ στλεγγίδες, quia pariter usu veniebant in balneis: Vide *Æli.* H. V. l. 12. c. 29. et *J. Poll.* l. 3. p. 421. *Phavorinus:* Στλεγίδες, (repone, στλεγγίδες) τὰ τρίπλευρα, οἷς ἐν τοῖς βαλανείοις τριβόμενοι τὸν ῥύπον ἐξέσμεν. *Suidas:* τῇ στλεγγίδι οὐ πρὸς τὸ περιξύεσθαι μόνον χρήσαιτο ἄν τις, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ὕδωρ ἀρύσασθαι· Vide *J. Poll.* l. 3. p. 349. l. 7. p. 816. et l. 10. p. 1220.

b Εἰς Κεραμῶν &c.] Quo de simul et Caystro mox sequenti vide *Indic. Geograph.*

c Ἐνταῦθα] Vide p. 6. not. b.

d Συεννέσιος &c.] De quo videndus *Diodor. Sic.* l. 14. p. 250.

e Συγγίνεσθαι] Legitur etiam συγγενέσθαι, quo tempore modò usus erat Noster: καὶ ἐλέγετο Κύρῳ δοῦναι &c.

f Θύμβριον] Jam notavimus Κύρ. Π. p. 435. edit. Oxon. 1727. miram in urbis hujusce (si modò eadem utrobique sit intelligenda) nomine lectionum diversita-

ὁδὸν κρήνη ἡ Μίδου καλουμένη, τοῦ Φρυγῶν βασιλέως· [a] ἐφ' ᾗ λέγεται Μίδας τὸν Σάτυρον θηρεῦσαι, οἴνῳ κεράσας [b] αὐτήν. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς Τυριαῖον, πόλιν οἰκουμένην· ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς. Καὶ λέγεται δεηθῆναι ἡ Κίλισσα Κύρου ἐπιδεῖξαι τὸ στράτευμα ἑαυτῇ· βουλόμενος οὖν ἐπιδεῖξαι, ἐξέτασιν ποιεῖται ἐν τῷ πεδίῳ, τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων. Ἐκέλευσε δὲ τοὺς Ἕλληνας, ὡς νόμος αὐτοῖς, εἰς μάχην οὕτω ταχθῆναι καὶ στῆναι, συντάξαι δὲ ἕκαστον τοὺς ἑαυτοῦ. Ἐτάχθησαν οὖν [c] ἐπὶ τεττάρων· εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν Μένων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· τὸ δ' εὐώνυμον, Κλέαρχος καὶ οἱ ἐκείνου· τὸ δὲ μέσον, οἱ ἄλλοι στρατηγοί. Ἐθεώρει οὖν ὁ Κῦρος πρῶτον μὲν τοὺς βαρβάρους, (οἱ δὲ παρήλαυνον τεταγμένοι [d] κατ' ἴλας καὶ κατὰ τάξεις) εἶτα δὲ τοὺς Ἕλληνας, παρελαύνων ἐφ'

incolis frequentem. Hic propter viam fons erat, qui Midæ Phrygum regis *fons* dicebatur; ad quem Midas Satyrum *illum* venatus esse fertur, cùm fontem vino miscuisset. Hinc castris alteris, parasangas decem pergit ad frequens oppidum Tyriæum; quo loco triduum mansit. Ac *regina* Cilicensis Cyrum rogâsse dicitur, ut sibi exercitum ostenderet: cùm itaque vellet ostendere, tam Græcorum quàm barbarorum in campo recensum agebat. Græcis autem mandabat, ut, sicut iis mos erat, ad pugnam instructi starent, ac suos quisque disponeret. Itaque in quaternos dispositi sunt: et dextrum quidem Menon cum suis obtinebat; lævum, cum suis Clearchus: in medio cæteri duces erant. Cyprus primùm barbaros spectabat, (qui in turmas et cohortes instructi progrediebantur) deinde Græcos, *ipse* curru præterve-

tem. *Stephanus Byz.* Θύμβραρα, πόλις Ἀσίας, τῷ Πακτωλῷ συνεχής. Unde forsan pro τῶν κάτω Συρίας, lectionem libri Budensis, τῆς κάτω Ἀσίας, loco Κύρ. Π. jam citato, reposuerit aliquis.

a Ἐφ' ᾗ λέγεται &c.] *Pausanias* l. 1. p. 12. — καὶ ἡ κρήνη Μίδου καλουμένη· ταύτην οἴνῳ κεράσαι Μίδαν φασὶν, ἐπὶ τὴν θήραν τοῦ Σειληνοῦ. Maximos autem (ut idem auctor est p. 54.) natu Satyros, Silenos nuncupant. Vide *Æli.* H. V. l. 3. c. 18. quæque ibi notantur; et in primis, τοῦ πάνυ *Is. Casauboni* de *Satyr.* Poës. l. 1. c. 2.

b Αὐτήν] In quibusdam libris scribitur αὐτόν: quos perperam sequutus est *Anonym.* περὶ ῥητορ. cùm pronomen hoc ad κρήνη referendum sit. Sic enim *Pausan.* loc. cit. ἡ κρήνη Μίδου καλουμένη· ταύτην &c. *Philostr.* l. 6. c. 27. — κρήνην, τὴν οὖσαν αὐτῷ περὶ τὰ βασίλεια, κεράσας οἴνῳ, ἐπαφῆκεν αὐτῇ τὸν Σάτυρον. *Max. Tyr.* dissert. 30. sub. init. — λαμβάνει τὸν Σάτυρον — κεράσας οἴνῳ κρήνην.

c Ἐπὶ τεττάρων &c.] Noster Κύρ. Π. p. 593. Edit. Oxon. 1727. dixit εἰς τέτταρας.

d Κατ' ἴλας καὶ &c.] Turmam istam equestrem, quam Ἴλην vocant, πρῶτος εὗρεν, inquit *Ælianus* Tact. c. 43. Ἰλίων ὁ Θεσσαλὸς, ὅθεν καὶ ἴλη ἐκ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κέκληται. Ad figuram quod attinet, est ea tam ῥομβοειδὴς quàm ἑτερομήκης· cùm ovi ferè nonnunquam figuram referat, nonnunquam altitudinem ad longitudinem duplam habeat, *Æli.* c. 44. A *Suidâ* verò et *Phavorino*, nullâ certæ figuræ mentione factâ, ἴλη dicitur σύστημα· συστροφή. τάξις ὄχλου ἱππικοῦ. Lexic. G. L. vetus: εἴλη, (sic enim aliquando scribitur) *glovus*, (fors. *globus*) *acies*, *ala*, *cohors*. Hanc scripturam, in deducendâ vocis origine, sequitur *Phavorinus*. Τάξις quid

ἅρματος, καὶ ἡ Κίλισσα ἐφ' ἁρμαμάξης. Εἶχον δὲ πάντες [b] κράνη χαλκᾶ, καὶ χιτῶνας φοινικοῦς, καὶ κνημῖδας, καὶ τὰς ἀσπίδας [c] ἐκκεκαθαρμένας. Ἐπεὶ δὲ πάντας παρήλασε, στήσας τὸ ἅρμα [d] πρὸ τῆς φάλαγγος μέσης, πέμψας Πίγρητα τὸν ἑρμηνέα παρὰ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐκέλευσε προβαλέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ἐπιχωρῆσαι ὅλην τὴν φάλαγγα. Οἱ δὲ ταῦτα προεῖπον τοῖς στρατιώταις· καὶ ἐπεὶ ἐσάλπιγξε, προβαλλόμενοι τὰ ὅπλα ἐπῄεσαν. Ἐκ δὲ τούτου θᾶττον προϊόντων σὺν κραυγῇ, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου δρόμος ἐγένετο τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τὰς σκηνάς. Τῶν δὲ βαρβάρων φόβος πολλοῖς τε καὶ ἄλλοις, καὶ ἥ τε Κίλισσα ἔφυγεν ἐκ τῆς ἁρμαμάξης· καὶ οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς, καταλιπόντες τὰ ὤνια, ἔφευγον· οἱ δ' Ἕλληνες σὺν γέλωτι ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἦλθον. Ἡ δὲ Κίλισσα ἰδοῦσα τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν τάξιν τοῦ στρατεύματος, ἐθαύμαζε. Κῦρος δὲ ἥσθη, τὸν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εἰς τοὺς βαρβάρους φόβον ἰδών.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Ἰκόνιον, τῆς Φρυγίας πόλιν ἐσχάτην. Ἐνταῦθα ἔμεινε τρεῖς ἡμέρας. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Λυκαονίας,

hens, Cilissa verò harmamaxâ. Habebant autem omnes æreas galeas, et tunicas puniceas, et ocreas, et scuta detersa. Cùm prætervectus omnes esset, currum ante phalangem mediam sistit, ac Pigrete interprete ad Græcorum duces misso mandat, ut arma objicerent, totámque phalangem promoverent. Illi militibus hæc denuntiabant; atque ubi classicum cecinisset, armis objectis procedebant. Deinde celeriùs iis cum clamore progredientibus, ultrò milites ad tabernacula cursu se conferebant. Barbaris autem cùm multis aliis metus *injectus* erat, tum Cilissa ex harmamaxa fugiebat; et turba forensis, relictis rebus venalibus, fugam itidem capiebat; at Græci cum risu ad tabernacula se recepêre. Cilissa splendorem atque ordinem, quem viderat, exercitûs admirabatur. Cyrus verò lætatus est, cùm barbaris metum à Græcis *injectum* cerneret.

Inde castris tribus, viginti parasangas, ad Iconium, ultimam Phrygiæ urbem, progreditur. Hìc triduum commoratus est. Inde per Lycaoniam cas-

sit, docebit *Index vocab. milit.* Κύρ. Π. nostræ adjectus.

a Ἐφ' ἁρμαμάξης] Vide quæ notavimus Κύρ. Π. l. 3. p. 172. Edit. Oxon. 1727.

b Κράνη χαλκᾶ, &c.] Vide quæ notavimus Κύρ. Π. l. 7. p. 471. et p. 462. l. ult. not. 4. ejus. edit.

c Ἐκκεκαθαρμένας] MS. Eton. ἐκκεκαλυμμένας. Quam forsan lectionem induxit librarius aliquis, cujus animo obversata sunt armorum *tegumenta*, à *Plutar.* in Lucul. p. 510. *J. Cæs.* B. G. l. 2. c. 21. aliísque, quos citat *Lips.* in Anal. ad milit. Rom. l. 3. dial. 2. memorata.

d Πρὸ τῆς φάλαγγος μέσης] Vocem ultimam omnino delendam censet *Muretus:* cujus sententiam comprobant MS. Eton. et edit. *Ald.*

σταθμοὺς πέντε, [a] παρασάγγας τριάκοντα. Ταύτην τὴν χώραν ἐπέτρεψε διαρπάσαι τοῖς Ἕλλησιν, ὡς πολεμίαν οὖσαν. Ἐντεῦθεν ὁ Κῦρος τὴν Κίλισσαν εἰς Κιλικίαν ἀποπέμπει, τὴν ταχίστην ὁδόν· καὶ συνέπεμψεν αὐτῇ στρατιώτας, οὓς Μένων εἶχε, καὶ αὐτὸν Μένωνα τὸν Θεσσαλόν. Κῦρος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἐξελαύνει διὰ Καππαδοκίας, σταθμοὺς τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσι καὶ πέντε, πρὸς Δάναν, πόλιν οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. Ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς· ἐν αἷς Κῦρος ἀπέκτεινεν ἄνδρα Πέρσην, Μεγαφέρνην, [b] φοινικιστὴν βασίλειον, καὶ ἕτερόν τινα τῶν ὑπάρχων δυνάστην, αἰτιασάμενος ἐπιβουλεύειν αὐτῷ. Ἐντεῦθεν ἐπειρῶντο ἐσβάλλειν εἰς τὴν Κιλικίαν· [c] ἡ δὲ εἰσβολὴ ἦν ὁδὸς ἁμαξιτὸς, ὀρθία ἰσχυρῶς, καὶ ἀμήχανος εἰσελθεῖν στρατεύματι, εἴ τις ἐκώλυεν. Ἐλέγετο δὲ καὶ Συέννεσιν εἶναι ἐπὶ τῶν ἄκρων, φυλάττοντα

tris quinque, triginta parasangas progreditur. Hanc regionem Græcis diripiendam concessit, quòd hostilis esset. Hinc Cyrus in Ciliciam viâ brevissimâ Cilissam dimittit; atque milites, quos Menon habuit, ipsúmque *adeò* Menona Thessalum, unà cum eâ misit. Cum cæteris per Cappadociam castris quatuor, viginti et quinque parasangas Cyrus progreditur ad Danam, urbem incolis frequentem, amplam et opulentam. Hìc tres mansit dies; in quibus hominem Persam, Megaphernem, regium purpuræ tinctorem, et alium quendam qui principem inter præfectos locum tenebat, causatus eos sibi insidiari, interfecit. Hinc in Ciliciam irrumpere conabantur: verùm quâ irrumpendum erat, via plaustro *tantùm* capiendo *fuit* apta, præceps admodùm, et quam exercitus intrare non posset, si quis prohiberet. Quin et Syennesis aditum summis in jugis custodire ferebatur: quare in planitie

a Παρασάγγας τριάκοντα.] Edit. Flor. et MS. Eton. perperam exhibent παρασάγγας τρεῖς: neque enim hæc lectio in cæteris libris invenit locum, et palam proportioni, quam Noster σταθμοὺς inter et παρασάγγας servare solet, repugnat. Nam modò dixerat, σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, et dicet statim, σταθμοὺς τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσι καὶ πέντε. In quibus locis, aliísque quamplurimis, eandem ferè proportionem esse videmus.

b Φοινικιστὴν βασίλειον] Persicorum regum purpuræ frequens est apud Historicos mentio: cui parandæ crebras idoneásque occasiones præbuit maritima Phœnicum ora, ubi murices legebantur purpuræque, quarum flos tingendis vestibus maximè expetitus erat. Vide *Dissert.* II. p. 50. Κύρ. Π. Edit. Oxon. 1727. nostræ præmissam, et Cod. Theod. lib. 10. tit. 20. de *Murilegulis*.

c Ἡ δὲ εἰσβολὴ &c.] Aditus, quo Ciliciam intramus, *Pylas* incolæ dicunt; artissimas fauces, munimenta quæ manu ponimus, naturali situ imitante. Ab hoc regionem, quæ *Castra Cyri* adpellatur, quinquaginta stadia abfuisse tradit *Curtius;* quámque nomen à Cyro majore traxisse idem malè somniavit auctor l. 3. c. 4. Rectiùs *Arrianus* l. 2. c. 4. qui *Castra Cyri* locum adpellatum ait, non à Cyro, qui adversùs Crœsum; sed à Cyro, qui adversùs fratrem Artaxerxem exercitum duxit. Cæterùm, verba hæc Xenophontéa citat *Suidas* ad v. Ἁμαξιτόν. quod non animadvertit Cl. *Kusterus*.

εὔδηλον εἶναι ὅπου ἐστιν· Ἀποφεύγειν δέ, τὸ μὴ δύνασθαι ἐπιληφθῆναι. Λέγει δὲ Ξενοφῶν τὴν διαφορὰν ἐν τῇ Ἀναβάσει, Οὔτε ἀποδεδράκασιν· (οἶδα γὰρ ὅπου ἔχονται) ὄτε ἀποφεύγουσι. Repone, ὅπη (vel ὅποι) οἴχονται, et ἀποπεφεύγασιν. *Phavorinus*: Ἀποδράναι ἐστὶ, τὸ ἀναχωρήσαντά τινα εὔδηλον εἶναι, ὅπου ἐστίν· Ἀποφεύγειν, τὸ ἀναχωρήσαντά τινα, μὴ δύνασθαι ὅπου ἐστὶν ἐπιληφθῆναι.

a Τις, χρῶμαι —— καὶ αὐτοὺς &c.] Xenophontem scripsisse αὐτὸν, vel αὐτοὺς subjunxisse, quasi παρῇ τις sint ἰσοδύναμα vocibus παρῶσι τινὲς, censet *Stephanus*. Nullâ certe mutatione opus est: nam licèt σολοικοφανῶς ista se habeat structura, tamen ἀσολοικίστως, Atticorum utique more, adhibetur. Similiter numerus numero non redditur apud *Sophocl.* in *Antig.* v. 718 et seq.

Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
Ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος ἢ ψυχὴν,
ἔχειν,
Οὗτοι διαπτυχθέντες, ὤφθησαν κενοί.

Ad quem locum *Scholiastes* hæc tantùm, μετέβη ἀπὸ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὅστις, εἰς πληθυντικὸν τὸ οὗτοι. Idem in *Ajac.* v. 736 et seq.

—— κοὔτις ἐσθ' ὃς ἂ
Τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατῦ
Σύναιμον ἀποκαλοῦντες, —

ubi *Schol.* Ἀττικὸν ἔθος, τὸ ἐπιφέρειν ἑνικοῖς πληθυντικὰ, καὶ ἀνάπαλιν· ὡς καὶ νῦν, Οὔτις ἐσθ' ὃς οὐχὶ ἔλεγε σύναιμον αὐτὸν ἀποκαλοῦντες. Quinetiam Noster, eâdem de re verba faciens, à singulari ad pluralem transit, à plurali ad singularem mox rediturus, K. Π. p. 94. et seq. Edit. Oxon. 1727. Πρὸς δ' αὖ τὸν λαγὼ, ὅτι μὲν ἐν σκότει νέμεται, τὴν δ' ἡμέραν ἀποδιδράσκει, κύνας ἔτρεφεις, αἳ τῇ ὀσμῇ αὐτὸν ἀνεύρισκον. Ὅτι δὲ ταχὺ ἔφευγεν, ἐπεὶ εὑρεθείη, ἄλλας κύνας εἶχες ἐπιτετηδευμένας πρὸς τὸ κατὰ πόδας αἱρεῖν· Εἰ δὲ καὶ ταύτας ἀποφύγοιεν, &c. Conf. K. Π. p. 7. Edit. ejusd. ἣν δέ τις &c. 1 Tim. II. 15. et Galat. VI. 1.

b Ἰόντων ἄν,] Pro quibus, teste *Stephano*, legitur ἴτωσαν. imperitè, opinor. Nam verbum illud more Attico desinit. Similiter apud *Thucyd.* l. 8. haud longè ab initio, ponitur κωλυόντων pro κωλυέτωσαν, apud *Sophocl.* in *Aj.* v. 672. σωζόντων pro σωζέτωσαν. Fatetur autem *Stephanus* ἰόντων non malè scribi; sed ἂν malè subjungi existimat. Sed quamvis hæc alias sæpè abundet particula, hìc tamen ea adeò non vel delenda vel supervacanea videtur, ut vim verbo potentialem cum indignatione quâdam conjunctam, me quidem judice, conciliet.

νες, εἴ τις καὶ ἀθυμότερος ἦν πρὸς τὴν ἀνάβασιν, ἀκούσαντες τὴν Κύρου ἀρετὴν, ἥδιον καὶ προθυμότερον συνεπορεύοντο.

Μετὰ δὲ ταῦτα Κῦρος ἐξελαύνει σταθμοὺς τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσιν, ἐπὶ τὸν Χάλον ποταμὸν, ὄντα τὸ εὖρος πλέθρου, [a] πλήρη δ' ἰχθύων μεγάλων καὶ πραέων, οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον, καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴων, οὐδὲ τὰς περιστεράς. Αἱ δὲ κῶμαι, ἐν αἷς ἐσκήνουν, Παρυσάτιδος ἦσαν, [b] εἰς ζώνην δεδομέναι. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς πέντε, παρασάγγας τριάκοντα, ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ Δαρά-

Et hæc ille quidem dixit: at Græci, si quis *eorum* erat animo minùs etiam ad expeditionem alacri, perspectâ ex iis quæ audiverant virtute Cyri, libentiùs et alacriùs cum eo proficiscebantur.

Post hæc Cyrus castris quartis, parasangas viginti progreditur, ad Chalum fluvium, plethrum latitudine æquantem; magnis mansuetisque piscibus refertum, quos Syri deos existimabant, neque ut *quisquam* læderet *eos* sinebant, neque columbas. Vici autem, in quibus castra metabantur, Parysatidis erant, in cingulum donati. Hinc castris quintis, parasangas triginta, ad Daradacis

a Πλήρη δ' ἰχθύων — οὓς &c.] Syros piscibus columbisque tanquam sacris abstinuisse, ex multiplici veterum testimonio constat. *Lucianus* de *Deâ Syriâ*, p. 1061. Ἰχθύας χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι, καὶ οὔκοτε ἰχθύων ψαύουσι· καὶ ὄρνιθας τοὺς μὲν ἄλλους σιτέονται, περιστερὴν δὲ μούνην οὐ σιτέονται, ἀλλὰ σφίσι ἥδε ἱρή· Τὰ δὲ γιγνόμενα δοκέει αὐτοῖς ποιέεσθαι Δερκετοῦς καὶ Σεμιράμιος εἵνεκα· τὸ μὲν, ὅτι Δερκετὼ μορφὴν ἰχθύος ἔχει. τὸ δὲ, ὅτι τὸ Σεμιράμιος τέλος ἐς περιστερὴν ἀπίκετο. *Clemens Alexand.* in Προτρεπτ. p. 35. ed. Oxon. Οὐδέ γε τῶν τὴν Φοινίκην Σύρων κατοικούντων, (ἐκλήσομαι) ὧν οἱ μὲν τὰς περιστερὰς, οἱ δὲ τοὺς ἰχθῦς οὕτω σέβουσι περιττῶς, ὡς Ἠλεῖοι τὸν Δία. Vide sis etiam *Diodor. Sic.* l. 2. p. 207. *Philon.* apud *Euseb.* l. 8. *Præpar. Evangel.* prope finem: *Hyginum* fab. 197. *Phurnutum* in capite de *Rheâ*. *Sextum Empir.* l. 3. c. 24. *Pyrrhon. Hypotyp.* Pharis etiam pisces, qui sacri habebantur, extitisse testatur *Pausanias* in *Achaïc.* p. 579. edit. Lips.

b Εἰς ζώνην δεδομέναι] Hactenus legebatur, εἰς ζωὴν δεδομέναι, i. e. ad *vitæ sumptus adtributi*. Ego verò haud cunctanter amplexus sum emendationem, quam subacta *Mureti* et *Jungermanni* pepererunt ingenia. Notus quippe mos Persicorum regum, *plures* (Ciceronis l. 3. in *Verrem* c. 23. sunt verba) *uxores habere: his autem uxoribus civitates adtribuere, hoc modo: Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines.* Hujus moris meminit et Plato in *Alcib.* I. p. 123. Ἐπεί ποτ' ἐγὼ ἤκουσα ἀνδρὸς ἀξιοπίστου, τῶν ἀναβεβηκότων παρὰ βασιλέα, ὃς ἔφη παρελθεῖν χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν, ἐγγὺς ἡμερησίαν ὁδὸν, ἣν καλεῖν τοὺς ἐπιχωρίους ζώνην τῆς βασιλέως γυναικός. *Herodotus* lib. 2. c. 98. Τουτέων δὲ ἡ μὲν Ἄνθυλλα, ἐοῦσα λογίμη πόλις, ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικί. Τοῦτο δὲ γίνεται ἐξ ὅσου ὑπὸ Πέρσῃσι ἐστὶ Αἴγυπτος. Eundem illustrant morem quæ de *Themistocle*, sub finem vitæ, tradit *C. Nepos*: *Domicilium Magnesiæ sibi constituit. Námque hanc urbem ei rex* (Artaxerxes) *donaverat, his usus verbis: quæ ei panem præberet — Lampsacum, unde vinum sumeret: Myuntem, ex quâ obsonium haberet.* Nec aliter *Athenæus* δειπν. l. 1. c. 23. Θεμιστοκλῆς ὑπὸ βασιλέως ἔλαβεν δωρεὰν τὴν Λάμψακον εἰς οἶνον, Μαγνησίαν δ' εἰς ἄρτον, Μυοῦντα δ' εἰς ὄψον, Περκώτην δὲ καὶ τὴν Παλαισκῆψιν εἰς στρωμνὴν καὶ ἱματισμόν.

δακος ποταμοῦ, οὗ τὸ εὖρος πλέθρου. Ἐνταῦθα ἦσαν τὰ Βελέσιος βασίλεια, τοῦ Συρίας ἄρξαντος, καὶ παράδεισος πάνυ μέγας καὶ καλὸς, ἔχων πάντα, ὅσα [a] ὧραι φύουσι· [b] Κῦρος δ' αὐτὸν ἐξέκοψε, καὶ τὰ βασίλεια κατέκαυσεν. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, ὄντα τὸ εὖρος τεττάρων σταδίων· καὶ πόλις αὐτόθι ᾠκεῖτο, μεγάλη καὶ εὐδαίμων, Θάψακος ὀνόματι. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας πέντε· καὶ Κῦρος μεταπεμψάμενος τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἔλεγεν ὅτι ἡ [c] ὁδὸς ἔσοιτο πρὸς βασιλέα μέγαν, εἰς Βαβυλῶνα· καὶ κελεύει αὐτοὺς λέγειν ταῦτα τοῖς στρατιώταις, καὶ ἀναπείθειν ἕπεσθαι. Οἱ δὲ ποιήσαντες ἐκκλησίαν, ἀπήγγελλον ταῦτα· οἱ δὲ στρατιῶται ἐχαλέπαινον τοῖς στρατηγοῖς, καὶ ἔφασαν αὐτοὺς πάλαι ταῦτα εἰδότας κρύπτειν· καὶ οὐκ ἔφασαν ἰέναι, ἂν μή τις αὐτοῖς χρήματα διδῷ, ὥσπερ καὶ [d] τοῖς προτέροις μετὰ Κύρου ἀναβᾶσι παρὰ τὸν πατέρα τοῦ Κύρου· καὶ ταῦτα, οὐκ ἐπὶ μάχην ἰόντων, ἀλλὰ καλοῦντος τοῦ πατρὸς Κῦρον. [e] Ταῦτα οἱ στρατηγοὶ

fluvii fontes pergit, cujus erat *unius* plethri latitudo. Hìc Belesis erat regia, qui Syriæ cum imperio præfuerat, et magnus admodùm elegánsque hortus, omnia qui continebat, quæcunque *anni* tempora proferunt: hunc Cyrus excidit, et regiam concremavit. Indè castris tertiis, parasangas quindecim, ad Euphratem fluvium, cujus erat quatuor stadiorum latitudo, procedit: atque ibi urbs culta erat, locuples et ampla, nomine Thapsacus. Hìc dies quinque morati sunt: et Cyrus arcessitis Græcorum ducibus, iter *ipsis* fore adversùm magnum regem, ad Babylonem, aiebat; eósque militibus hæc dicere, atque uti sequerentur, persuadere jubet. Illi, concione advocatâ, hæc renuntiabant: ac milites ducibus succensebant, et aiebant hæc ipsos dudum perspecta habuisse atque occultâsse; negabántque *adeò* progressuros se, nisi quis ipsis pecuniam dederit, quemadmodùm Græcis *data fuisset* illis, qui cum Cyro priùs ad patrem ejus iter fecerant: præsertim, cùm ad pugnam *illi* non exissent, sed patre Cyrum arcessente. Hæc *Cyro* renuntiant duces: atque ille

a Ὧραι] Scil. ἔτους. *Mœris Attic.* Ὥρα ἔτους Ἀττικῶς· καιρὸς ἔτους, Ἑλληνικῶς. *Phavorinus:* Ὥρα, ἐφ' ἑκάστου ἔτους τῶν τεσσάρων τμημάτων τοῦ χρόνου, οἷον ἔαρος, θέρους, καὶ τῶν λοιπῶν.

b Κῦρος δ' αὐτὸν ἐξέκοψε,] Vide quæ paulò suprà diximus p. 24. n. d.

c Ὁδὸς &c.] Metonymicè pro ipsâ sumitur *profectione*. Similiter apud *Ælian.* H. V. lib. 14. c. 33. — αἰνιττόμενος (*scil.* Diogenes) αὐτοῦ (Platonis) τὴν εἰς Σικελίαν ὁδόν. Conf. Matt. X. 10. Marc. II. 23. VI. 8. Luc. II. 44. et alibi passim. Cæterùm de nomine μέγας regi isti tributo vide dicta p. 9. n. a.

d Τοῖς προτέροις μετὰ &c.] Lege p. 2. et de nomine proprio, in eodem sententiæ membro bis posito, p. 23. n. a.

e Ταῦτα οἱ στρατηγοὶ ἀπήγγελλον·] Desunt hæc omnia in edit. *Ald.* At MS.

ἀπήγγελλον· ὁ δ᾽ ὑπέσχετο ἀνδρὶ ἑκάστῳ δώσειν πέντε [a] ἀργυρίου μνᾶς, ἐὰν εἰς Βαβυλῶνα ἥκωσι, καὶ τὸν μισθὸν ἐντελῆ, μέχρις ἂν καταστήσῃ [b] τοὺς Ἕλληνας εἰς Ἰωνίαν πάλιν. Τὸ μὲν δὴ [c] πολὺ τοῦ Ἑλληνικοῦ οὕτως ἐπείσθη. Μένων δὲ, πρὶν δῆλον εἶναι τί ποιήσουσιν οἱ ἄλλοι στρατιῶται, πότερον ἕψονται Κύρῳ, ἢ οὔ, συνέλεξε τὸ αὑτοῦ στράτευμα χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ ἔλεξε τάδε·

" Ἄνδρες, ἐὰν ἐμοὶ πεισθῆτε, οὔτε κινδυνεύσαντες, οὔτε
" πονήσαντες, τῶν ἄλλων πλέον προτιμήσεσθε στρατιωτῶν
" ὑπὸ Κύρου. Τί οὖν κελεύω ποιῆσαι; Νῦν δεῖται Κῦρος
" ἕπεσθαι τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ βασιλέα· ἐγὼ οὖν φημὶ ἡμᾶς
" χρῆναι διαβῆναι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, πρὶν δῆλον εἶ-
" ναι, ὅ,τι οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ἀποκρινοῦνται Κύρῳ. Ἢν
" μὲν γὰρ ψηφίσωνται ἕπεσθαι, ὑμεῖς δόξετε αἴτιοι εἶναι,
" ἄρξαντες τοῦ διαβαίνειν, καὶ ὡς προθυμοτάτοις ὑμῖν οὖσι

cuique se militi daturum minas argenti quinque pollicitus est, ubi *primùm* Babylonem venissent, et stipendium integrum *tamdiu*, donec Græcos rursùs in Ioniam reduxisset. Et hâc quidem ratione bona exercitûs Græci pars, *ut sequeretur*, erat adducta. At Menon, priusquàm constaret quid milites cæteri facturi essent, sequuturíne Cyrum, an non, copias suas seorsum à cæteris coëgit, et hanc orationem habuit:

" Si mihi parueritis, milites, sine periculo, sine labore *vestro* majorem,
" quàm cæteri milites, honorem à Cyro consequemini. Quid ergo facien-
" dum censeo? Rogat nunc Cyrus, ut adversùs regem *se* Græci sequantur:
" ego verò debere nos aio Euphratem fluvium trajicere, priusquàm quid
" reliqui Græci Cyro responsuri sint, constet. Nam si sequendum esse de-
" creverint, vos *totius rei* auctores exstitisse videbimini, à quibus trajiciendi
" factum fuerit initium: atque *adeò* gratiam vobis, ut *gratificandi sibi* studio-

Eton. post στρατηγοὶ exhibet etiam Κύρῳ. Nos editiones *Stephan.* et *Leunclav.* sequuti sumus.

a Ἀργυρίου μνᾶς,] Adi *Indic.* vocabul. ad mensuras &c. spectantium.

b Τοὺς Ἕλληνας εἰς Ἰωνίαν πάλιν] In hanc utique regionem, urbibus duodecim (de quibus Noster supra p. 4.) distinctam, deducta fuerat ab Androclo Græcorum colonia, auctore *Strabone* sub init. l. 14.

c Πολὺ τοῦ Ἑλληνικοῦ] Plenè scripseris, τὸ μὲν δὴ πολὺ μέρος τοῦ Ἑλληνικοῦ στρατεύματος. Vocem ultimam addit Noster p. 6. et alibi sæpé. Vide sis etiam p. 6. n. d. Illud autem μέρος passim elegantiæ gratiâ solet omitti. *Homer.* Il. IX. v. 612.

Ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς.

Luc. XI. 39. Νῦν ὑμεῖς οἱ Φαρισαῖοι τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ &c. *scil.* μέρος. Sed exemplis parci, ut in re minimè obscurâ, commodum est. Cæterùm emphasin quandam ab articulo τὸ in adject. πολὺ derivatam haud temerè quisquam, modò nè sit ἐκ τῶν πολλῶν, opinor, negaverit: adeò ut Noster adhibuisse dicatur τὸ πολὺ *scil.* στράτευμα, eodem ferè modo, quo *Sallustius*, exercitum plerumque, *Jugur.* c. 54.

" χάριν εἴσεται Κῦρος, καὶ ἀποδώσει· (ἐπίσταται δ' εἴ τις " καὶ ἄλλος) ἢν δ' ἀποψηφίσωνται οἱ ἄλλοι, [a] ἄπιμεν μὲν " πάντες εἰς τοὔμπαλιν· ὑμῖν δ' ὡς μόνοις πειθομένοις, πι- " στοτάτοις χρήσεται καὶ εἰς φρούρια καὶ εἰς λοχαγίας· " καὶ ἄλλου οὕτινος ἂν δέησθε, οἶδα ὅτι ὡς [b] φίλου τεύξε- " σθε Κύρου." Ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπείθοντο, καὶ διέβη- σαν πρὶν τοὺς ἄλλους ἀποκρίνασθαι. Κῦρος δ' ἐπεὶ ᾔσθετο διαβεβηκότας, ἥσθη τε καὶ τῷ στρατεύματι πέμψας [c] Γλοῦν, εἶπεν· " Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες, ἤδη ὑμᾶς ἐπαι- " νῶ· ὅπως δὲ καὶ ὑμεῖς ἐμὲ ἐπαινέσητε, ἐμοὶ μελήσει· " ἢ μηκέτι με Κῦρον νομίζετε." Οἱ μὲν δὴ στρατιῶται, ἐν ἐλπίσι μεγάλαις ὄντες, εὔχοντο αὐτὸν εὐτυχῆσαι· Μέ- νωνι δὲ καὶ δῶρα ἐλέγετο πέμψαι [d] μεγαλοπρεπῆ. Ταῦτα δὲ ποιήσας διέβαινε· συνείπετο δὴ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα

" sissimis, habebit Cyrus, ac referet: (*quod quidem*, si quisquam alius, *ipse* " *certè facere* novit) sin cæteri secùs statuerint, universi quidem *domum* " revertemur; at vobis, ut qui soli dicto sitis audientes, *tanquam* fidissimis " utetur et ad præsidia et ad præfecturas cohortium; ac quidquid aliud *fu-* " *erit*, *quod* requiretis, scio vos ab Cyro, ut *vobis* amico, impetraturos." Hæc cùm illi audîssent, obtemperabant, ac prius, quàm alii responderent, trajiciebant. Cyrus autem ubi hos trajecisse animadverteret, lætatus est, ac *statim* ad *eas* copias Glun misit, qui hæc diceret: " Equidem, viri, vos jam " laudo: verùm ut vos etiam me laudetis, mihi curæ erit; aut Cyrum me " non ampliùs existimate." Et milites quidem, magnâ spe conceptâ, felices ei *cæptorum* exitus precabantur: Menoni etiam magnifica munera misisse ferebatur. His peractis, *et ipse* transmittebat; et reliquæ simul eum se-

a Ἄπιμεν] Verbum εἶμι potissimùm, cum suo compositorum comitatu, ex iis esse, in quibus præsentis temporis pro futuro usus conspicitur, rectè notavit *H. Stephanus* in appendice ad Scripta de Dial. Attic. p. 138. Vide scripta Κ. Π. p. 220. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

b Φίλου] Ante nomen hoc omissa videtur præpositio ὑπὸ: quam Scriptores haud rarò usurpant ellipsin. *Aristoph.* Νεφ. v. 1083.

Τί δῆτ' ἐρεῖς, ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ;

Ubi *Scholiasta* sic: δύο προθέσεων ἐλλείψεις· ἀντὶ τοῦ, εἰς τοῦτο νικηθῇς ὑπ' ἐμοῦ. *Homer.* Il. β'. v. 415.

—— πρῆσαι δὲ πυρὸς δηΐοιο θύρετρα.

Hesych. Πυρὸς δηΐοιο, plenè exponit, ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ πολεμικοῦ. Sic Lucæ VIII. 20. supplenda locutio illa elliptica: Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων· i. e. ὑπό τινων λεγόντων. Hujus forsan ἐλλείψεως ignorantia φίλα pro φίλου in MStum Eton. induxit.

c Γλοῦν] A MSto Eton. abest: quod recte tamen præstant alii libri. Variis autem modis nomen illud scriptum offendimus: apud *Polyæn.* l. 7. c. 20. legitur Γλῶς: apud *Diodor. Sic.* l. 15. p. 329. plus vice simplici Γαὼ, ubi scribendum Γλὼς, vel Γλοῦς, ad *Æneam* rectè notavit doctis. *Causabonus:* cujus vide sis etiam Animadv. in *Athen.* l. 6. p. 450.

d Μεγαλοπρεπῆ] MS. Eton. et edit. *Ald* habent μεγαλοπρεπῶς. minùs recté.

αὐτῷ ἅπαν· καὶ τῶν διαβαινόντων τὸν ποταμὸν οὐδεὶς ἐβρέχθη ἀνωτέρω τῶν μαστῶν ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ. Οἱ δὲ Θαψακηνοὶ *ἔλεγον, ὅτι οὐ πώποθ' οὗτος ὁ ποταμὸς διαβατὸς γένοιτο πεζῇ, εἰ μὴ τότε,* [a] *ἀλλὰ πλοίοις· ἃ τότε* Ἀβροκόμας *προϊὼν κατέκαυσεν, ἵνα μὴ* Κῦρος *διαβῇ.* [b] Ἐδόκει *δὲ θεῖον εἶναι, καὶ σαφῶς ὑποχωρῆσαι τὸν ποταμὸν* Κύρῳ, *ὡς βασιλεύσοντι.*

Ἐντεῦθεν *ἐξελαύνει διὰ τῆς* Συρίας, *σταθμοὺς ἐννέα, παρασάγγας πεντήκοντα, καὶ ἀφικνοῦνται πρὸς τὸν* Ἀράξην *ποταμόν·* Ἐνταῦθα *ἦσαν κῶμαι πολλαὶ, μεσταὶ σίτου καὶ οἴνου.* Ἐνταῦθα *ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἐπεσιτίσαντο.* Ἐντεῦθεν *ἐξελαύνει* [c] *διὰ τῆς* Ἀραβίας, *τὸν* Εὐφράτην *ποταμὸν ἐν δεξιᾷ ἔχων, σταθμοὺς ἐρήμους πέντε, παρασάγγας τριάκοντα καὶ πέντε.* Ἐν *τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ ἦν μὲν ἡ γῆ* [d] *πεδίον, ἅπαν ὁμαλὸν ὥσπερ θάλαττα, ἀψινθίου δὲ πλῆρες· εἰ δέ τι καὶ ἄλλο ἐνῆν ὕλης ἢ καλάμου, ἅπαντα*

quebantur copiæ omnes; ac nemo ex iis, qui amnem trajiciebant, supra mamillas eo madefactus fuit. Thapsaceni verò aiebant, nunquam id flumen pedibus transmissum fuisse, præterquam hoc tempore, sed navigiis *tantùm:* quæ tunc Abrocomas *ipsos* præcedens exusserat, nè Cyrus trajiceret. *Illud* utique divinitùs accidisse visum est, et flumen Cyro planè quasi regnaturo cessisse.

Hinc per Syriam progreditur castris novem, parasangas quinquaginta, et ad Araxem fluvium perveniunt. Hìc vici erant multi, frumento et vino referti. Triduum ibidem manserunt, et commeatum comparabant. Indè per Arabiam, cùm Euphratem haberet ad dextram, castris quinque in solitudine *positis*, parasangas triginta quinque progreditur. Hoc loco regio campestris erat, tota maris instar æquabilis, absinthio plena: si quid aliud in eâ inerat *vel* fruticis vel arundinis, *ea verò* universa instar aromatum erant fragrantia:

a Ἀλλὰ πλοίοις·] Ante πλοίοις deest μόνον, cujus et ellipsin videre est apud *Longin.* sect. 35. Οὐ γὰρ μεγέθει τῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ καὶ &c. pro μόνον μεγέθει &c. Vide exempla jam prolata p. 23. n. c.

b Ἐδόκει δὲ θεῖον &c.] Ponte quidem junctum hunc amnem Darium posthac Alexandrúmque trajecisse narrant Historici. De Syriâ (*scil.* Mesopotamiæ parte) et Araxe illo mox sequenti vide *Indicem Geograph.*

c Διὰ τῆς Ἀραβίας,] Quâ de vide sis *Indicem* modò adpellatum.

d Πεδίον, ἅπαν ὁμαλὸν &c.] Mesopotamiæ campos sæpiùs memorat *Q. Curtius,* l. 3. c. 2, et 8. l. 4. c. 9. Jure autem optimo æquatam regionis hujus planitiem mari adsimulavit; quippe quod ipsum *Æquor* adpellatum sit, quòd æquatum est et planum, auctoribus *Varrone* de L. L. l. 6. c. 2. et *Nonio* ad v. *Æquor.* Ἀψίνθιον autem *Theophrastus* l. 4. c. 6. ἐν τοῖς πρὸς ἄρκτον reperiri tradit. Sed in aliis atque aliis plagis varia crescunt ejusdem plantæ genera; quæ *Plinius* enumerat l. 37. c. 7.

[a] ἦσαν εὐώδη, ὥσπερ ἀρώματα· [b] δένδρον δ' οὐδὲν ἐνῆν. Θηρία δὲ, πλεῖστοι μὲν [c] οἱ ἄγριοι ὄνοι, [d] οὐκ ὀλίγαι δὲ στρουθοὶ αἱ μεγάλαι· ἐνῆσαν δὲ καὶ [e] ὠτίδες καὶ δορκάδες· ταῦτα δὲ τὰ θηρία οἱ ἱππεῖς ἐδίωκον ἐνίοτε. Καὶ οἱ μὲν ὄνοι, ἐπεί τις διώκοι, προδραμόντες [f] ἀνειστήκεσαν· (πολὺ

arbor certè *in eâ* inerat nulla. Verùm feræ *inerant*, silvestres quidem asini quamplurimi, ac struthiocameli non pauci: inerant etiam otides et dorcades: atque has feras equites nonnunquam insequebantur. Et asini quidem *isti*, cùm quis *eas* insequeretur, præcurrebant ac *deinde* restitabant: (quippe

a Ἦσαν εὐώδη &c.] Eandem forsan, ac Noster, Arabiam voluit *Q. Curtius*, l. 5. c. 1. quam *regionem* vocat *odorum fertilitate nobilem*. *Theophrastus* etiam l. 4. c. 6. de locis, ubi plantæ odoratæ nascantur, scribit abundè venire τὰ εὔοσμα περὶ Ἀραβίαν καὶ Συρίαν καὶ &c. quem vide sis ad l. 9. c. 7.

b Δένδρον] Rerum sibi tractandarum quatuor has potissimùm species enumerat *Theophrastus* l. 1. c. 5. δένδρον, θάμνος, φρύγανον, πόα: quarum primam his verbis describit. Δένδρον ἐστὶ τὸ ἀπὸ ῥίζης μονοστέλεχες, πολύκλαδον, ὀζωτὸν, οὐκ εὐαπόλυτον. Vox ὕλη apud Xenoph. *Œcon.* p. 501-2. edit. *Steph.* complectitur (uti cæteras alibi species) τὰ φρυγανώδη καὶ τὰ ποώδη. Hic autem illa præcipuè denotare videtur, simul et τὰ θαμνώδη, scil. *frutices;* quorum inter aquaticum genus, arundines principatum tenere dicit *Plinius* l. 16. c. 36.

c Οἱ ἄγριοι ὄνοι,] Desertis hoc animal gaudere locis, Sacra subinde docet Scriptura. Hinc ab *Oseâ* בודד i. e. *solitarium* dicitur VIII. 9. Conf. *Job.* XXIV. 5. *Jer.* II. 14. *Jes.* XXXII. 14. ubi cùm prædicitur fore, ut *Jerusalem* fiat *gaudium onagrorum*, idem est, ac si vastanda dicatur, et in desertum redigenda. Sic et de *Nebucadnetsare* legitur, *Dan.* V. 21. *cum onagris fuit habitatio ejus*, i. e. in locis ab hominum consortio remotissimis; interprete eruditis. *Bocharto*. Quod autem Noster mox de istius animalis velocitate tradit, id verò multiplici auctorum testimonio confirmatur. *Oppianus* Κυνηγ. l. 3. v. 184 et seq. onagrum describit κραιπνὸν, ἀελλοπόδην, κρατερώνυχον, ὠκύτατον θεῖν. *Ælian.* de Anim. l. 14. c. 10. Ὄνοι (scil. ἄγριοι) Μαυρούσιοι ὤκιστοι δραμεῖν, παρά γε τὴν πρώτην ὁρμὴν εἰσὶν ὀξύτατοι, ὡς, καὶ νὴ Δία, αὔρας τινὸς ἐμβολὴν εἶναι, ἢ πτερὸν αὐτόχρημα ὄρνιθος. Porrò (uti monuit vir summus, modò laudatus) ex celeritate cursûs factum videtur פרא, quod pro *onagro* Hebræi et Arabes usurpant. Quippe פרא, vel פרי, Syris *currere* est. Cæterùm de carne hujusce feræ Nostro adsentitur *Plinius* l. 8. c. 44. Nam *pullis eorum*, (onagrorum) inquit, *ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur.*

d Οὐκ ὀλίγαι δὲ στρουθοὶ &c.] In quibusdam exemplaribus perperam scribitur ὀλίγοι. Hebræis aves istæ sunt בנות יענה, *Jes.* XIII. 21. *filiæ ululæ*, ut pessimè quidam Interpretes verterunt. Interp. LXX. quidem, ad *Jes.* locum modo citatum, habent σειρῆνες, licèt aliàs passim et rectiùs reddiderint στρουθοὶ vel στρουθία. Clar. *Fuller. Misc.* S. l. 6. c. 7. Interpretibus iis Lexicographisque, qui per בנות יענה intelligunt *ululas, noctuas, bubones* patrocinatus est: sed *Bochartus*, multis probat *Hieroz.* l. 2. c. 14. verbis istis in SS. designari *struthiones fœminas*, aves eremicolas, in aridis locis, qualia describit Xenophon, versantes. Porrò per *Arabem*, de quo loquitur *Jes.* cap. dicto, v. 20. rectè intellexeris *Scenitas* illos, per deserta et inculta loca vagabundos. Sed de hâc avi mox iterum.

e Ὠτίδες καὶ δορκάδες·] De prioribus paulò infrà. Δορκάδες autem *à videndo*, seu *clariùs prospiciendo* nomen auctore *Etymologo*, sortiuntur: Δορκὰς παρὰ τὸ δέρκω, τὸ βλέπω — ὀξυδερκὲς γὰρ τὸ ζῶον, καὶ εὐόμματον. Cui accedit *Phavorinus*. Hoc de animali copiosè adcuratéque, suo scilicet more, tractat doctis. *Bochartus* l. 3. c. 25. operis sæpiùs laudati.

f Ἀνειστήκεσαν] *Stephanus* aut ἵστασαν, aut ἵσταναν (quod MS. Eton. exhibet) scribendum putat. Ipse verò libentiùs reposuerim ἐφειστήκεσαν, quo verbo rem

γὰρ τοῦ ἵππου θᾶττον ἔτρεχον) καὶ πάλιν ἐπεὶ πλησιάζοι ὁ ἵππος, ταυτὰ ἐποίουν· ὥστε οὐκ ἦν λαβεῖν, εἰ μὴ διαστάντες οἱ ἱππεῖς θηρῷεν διαδεχόμενοι τοῖς ἵπποις. Τὰ δὲ κρέα τῶν ἁλισκομένων ἦν παραπλήσια τοῖς ἐλαφείοις, ἁπαλώτερα δέ. Στρουθὸν δὲ οὐδεὶς ἔλαβεν· οἱ δὲ διώξαντες τῶν ἱππέων ταχὺ ἐπαύοντο· πολὺ γὰρ ἀπέσπα ἀποφεύγουσα, [a] τοῖς μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς δὲ πτέρυξιν ἄρασα, ὥσπερ ἱστίῳ χρωμένη. [b] Τὰς δὲ ὠτίδας, [c] ἄν τις ταχὺ ἀνίστῃ,

multò velociùs equo currebant) ac rursùs *ubi* adpropinquaret equus, eadem factitabant: adeò ut nulla esset *eos* capiendi ratio, nisi per intervalla collocati equites venarentur, alii alios *recentibus* equis excipientes. Erant autem eorum, qui capiebantur, carnes cervinis *quidem* similes, sed *aliquantò* teneriores. At struthiocamelum nemo cepit; *eámque avem* ex equitibus qui insequebantur, *citò* desiêrunt: nam fugiendo longè avolabat, pedibus quidem cursu, alis verò sublata, tanquam velo usa. Otidas autem, si quis celeriter

ferè eandem Noster in Κυνηγετ. exprimit. Τὰ μὲν εὐναῖα ὁ λαγὼς ποιεῖται (sic enim ex emendatione Leunclavianâ legerim) ἐφιστάμενος, τὰ δὲ δρομαῖα τρέχων. edit. *Steph*. p. 572. et infrà paulò p. 573. Περιλαμβάνοντες (lepores) δὲ τὰς κύνας, ἐφίστανται, καὶ &c. Sed quo minùs hæc probetur emendatio, impedient forsan *Suidas* et *Phavorinus*, qui pariter ἀνίστη, ἀντὶ τοῦ ἐφίστη poni statuunt. Quorum, hàc saltem in re, haud multùm apud me valet auctoritas; cùm nullum ad istam interpretationem muniendam exemplum adduxerint.

a Τοῖς μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς &c.] Egregiè locus hic illustrando commati 18. cap. XXXIX. libri *Job* inservire possit. De cursu autem volatúve στρουθῶν, inter se unâ et mente et voce penè consentiunt auctores. *Diodor. Sic*. Arabiæ feris adnumeratam hanc avem describit l. 2. p. 133. edit. *Rhodom*. atque iterum, l. 3. p. 162. unde pauca libet (cùm omnia huc adduci nec fas nec opus sit) pro re delibare: τοῦτο (ὀρνέου γένος) πέτεσθαι μὲν μετέωρον οὐ δύναται. διὰ τὸ βάρος· τρέχει δὲ πάντων ὠκύτατον, μικρὸν ἄκροις τοῖς ποσὶ τῆς γῆς ἐπιψαῦον· μάλιστα δ' ὅταν κατ' ἀνέμου πνοὰς ἐξαίρῃ τὰς πτέρυγας ὑπεξάγει καθαπερεί τις ναῦς ἱστιοδρομοῦσα. *Ælian*. de Anim. l. 2. c. 27.—Θεῖ δὲ ὤκιστα (ἡ στρουθὸς) καὶ τὰς παρὰ τὴν πλευρὰν ἑκατέραν πτέρυγας ἁπλοῖ, καὶ ἐμπίπτον τὸ πνεῦμα κολποῖ, δίκην ἱστίων, αὐτάς. Eundem vide sis l. 4. c. 37. et *Plin*. H. N. l. 10. c. 1. qui et *equitis* eam (ut Noster modò suprà) *celeritatem vincere* tradit: quod idem, ex benigniori orientalis ingenii venâ, *Jobus*, loc. cit. elegantissimè *deridere* dixit. Testimoniorum licèt jam abundè sit, mihi tamen temperare nequeo, quominùs, *Claudianus* quæ de struthiocamelo cecinit, adferam:

Vasta velut Lybiæ venantum vocibus ales
Cùm premitur, calidas cursu transmittit arenas,
Inque modum veli sinuatis flamine pennis
Pulverulenta volat—
in Eutrop. l. 2. v. 310 et seq.

En *cursum* et *volatum* aliti huic tributum! quippe animal est (ut Diodori verbis l. 2. p. 133. utar) χερσαῖον ἅμα καὶ πτηνόν: lucem hæc locutioni Xenophonteæ, ἀπέσπα ἀποφεύγουσα, fœnerant adeò, ut adcuratam simul et concinnam eam ostendant.

b Τὰς δὲ ὠτίδας, &c.] *Athenæus* l. 9. c. 10. adlatis his de *otide* verbis, ait: ἀληθῆ λέγειν φησὶ τὸν Ξενοφῶντα ὁ Πλούταρχος περὶ τῶν ὠτίδων. Idem, loco cit. *otos* (de quibus *Plin*. l. 10. c. 23.) et *otidas* malè inter se confundit. Cur autem breves sint et tardi volatûs, causam adfert *Ælian*. l. 5. c. 24.—βαρεῖαί τε εἰσι, καὶ σαρκῶν ὄγκον περιφέρουσι. Atque eâdem de causâ *Tardæ Plinio* l. 10. c. 22. videntur dictæ:

ἔστι λαμβάνειν· πέτονται γὰρ βραχὺ, ὥσπερ πέρδικες, καὶ ταχὺ ἀπαγορεύουσι. Τὰ δὲ κρέα αὐτῶν ἥδιστα ἦν.

Πορευόμενοι δὲ διὰ ταύτης τῆς χώρας ἀφικνοῦνται [d] ἐπὶ τὸν Μασκᾶν ποταμὸν, τὸ εὖρος πλεθριαῖον. Ἐνταῦθα ἦν [e] πόλις ἐρήμη, μεγάλη, ὄνομα δὲ αὐτῇ Κορσωτή· περιεῤῥεῖτο δὲ αὕτη ὑπὸ τοῦ Μασκᾶ κύκλῳ. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, [f] καὶ ἐπεσιτίσατο τὸ στράτευμα. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς ἐρήμους τρεισκαίδεκα, παρασάγγας ἐνενήκοντα, τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐν δεξιᾷ ἔχων, καὶ ἀφικνεῖται [g] ἐπὶ Πύλας. Ἐν τούτοις τοῖς σταθμοῖς πολλὰ

suscitet, licet capere: nam breve *ad intervallum* volant, tanquam perdices, et citò fatiscunt. Carnes harum erant suavissimæ.

Facto per hanc regionem itinere, Mascam fluvium perveniunt, cujus erat *unius* plethri latitudo. Hìc urbs erat deserta, ampla, cui nomen Corsote; quæque Mascâ erat undique circumflua. Manserunt hoc loco triduum, et cibaria parabat exercitus. Hinc castris decimis tertiis apud loca deserta *positis* parasangas nonaginta progreditur, Euphratem fluvium ad dextram habens, et ad Pylas *Arabiæ* pervenit. In his stationibus multa jumenta fame

Proximæ eis (scil. *Tetraonum* generi) *sunt*, *quas Hispania aves tardas adpellat*, *Græcia otidas*, *damnatas in cibis*. Ultima verò verba suspicionem inferunt, *tardam* et *otida* perperam pro avi eâdem accipi solere. Vide sis notas et emendat. Cl. *Harduini* ad loc. *Plinii* modò cit. Attamen forsan dixerit aliquis, alium aliî populo cibum in deliciis esse: ejusdémque adeò generis animantes, sub diversis cœli plagis repertas, hìc grati, illic ingrati esse saporis. Cæterùm, pro ἥδιστα apud *Athen.* loc. cit. legitur ἡδέα.

c Ἂν τις ταχὺ ἀνίστη,] "Præteriti imperfecti (verba sunt *Stephani*) tertia persona est ἀνίστη, quæ nullo modo convenit: neque ἂν potentialis particula aptè illi loco adjungi potest. At si ἂν sumamus pro ἐὰν (ut certè sumi debet) tunc novè hæc particula indicativo modo jungetur, pro εἰ. Sed etiamsi demus potuisse dici ἐὰν ἀνίστη, pro εἰ ἀνίστη, non ἐστὶ, sed ἦν sequi debuisse manifestum est. Quæ omnia incommoda vitare poterit, qui mutato tantùm accentu, ἀνιστῇ legat in subjunctivo modo." Hæc ille: cujus equidem sententiæ tantâ diligentiâ expositæ libens accesserim, ni ea omnia quæ dicit incommoda, nulla esse putarem. Quippe ἂν εἰ modo interdum indicativo jungi, docebunt, exemplis adlatis, vulgares etiam Grammatici: quod autem ad ἐστὶ attinet, ipse *Stephanus* ostendit in *Append.* ad scripta de *Dial. Atticâ*, præsens pro præterito imperfecto nonnunquam poni, exemplis ex Thucyd. citatis: quibus vir doctus hæc rectè subjungit: *Sic solent in narrationibus præsenti uti tempore*, *aut saltem verba præsentis temporis admiscere*, *tanquam de re*, *quæ eo ipso tempore geratur*, *loquentes*. Quod si cui magìs adriserit lectio, quam *Stephanus* recipiendam censet, suo, per me licet, ingenio fruatur.

d Ἐπὶ τὸν Μασκᾶν] Quo de fluvio consule *Indic. Geograph.* de plethri mensurâ diximus K. Π. p. 522. Edit. Oxon. 1727.

e Πόλις ἐρήμη,] Vide sis p. 8. n. d.

f Καὶ ἐπεσιτίσατο &c.] Liberiùs sanè, atque minùs adcuratè, hæc *Leunclavius* vertit: *et exercitui frumentatione prospiciebatur*; quasi *passivo* non *medio* sensu poneretur verbum ἐπεσιτίσατο. Suprà paulò p. 45. dixit noster: Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἐπεσιτίσαντο, *scil.* οἱ στρατιῶται. *Scholiasta* ad *Thucyd.* l. 6. ferè extremum, ἐπισιτίζεσθαι, τὸ μετὰ τὸ φαγεῖν, λαβεῖν τι εἰς ἑτέραν τροφήν.

g Ἐπὶ Πύλας] De quibus adeundus est *Index Geograph.*

τῶν ὑποζυγίων ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ λιμοῦ· οὐ γὰρ ἦν χόρτος, [a] οὐδὲ ἄλλο δένδρον οὐδὲν, ἀλλὰ ψιλὴ ἦν ἅπασα ἡ χώρα· οἱ δὲ ἐνοικοῦντες, [b] ὄνους ἀλέτας περὶ τὸν ποταμὸν ὀρύττοντες καὶ ποιοῦντες, εἰς Βαβυλῶνα ἦγον καὶ ἐπώλουν, καὶ ἀνταγοράζοντες σῖτον ἔζων. [c] Τὸ δὲ στράτευμα ὁ σῖτος ἐπέλιπε, καὶ πρίασθαι οὐκ ἦν, εἰ μὴ ἐν τῇ Λυδίᾳ ἀγορᾷ, [d] ἐν τῷ Κύρου βαρβαρικῷ, [e] τὴν καπίθην [f] ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων, τεττάρων σίγλων. Ὁ δὲ σίγλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιοβόλιον Ἀττικούς· ἡ δὲ καπίθη δύο χοίνικας Ἀττικοὺς ἐχώρει. Κρέα οὖν ἐσθίοντες οἱ στρατιῶται διεγίγνοντο. [g] Ἦν δὲ τούτων τῶν σταθμῶν, οὓς πάνυ μακροὺς

peribant: nam neque pabulum hìc erat, neque ulla præterea arbor, sed regio universa nuda erat: incolæ verò lapides molares propter fluvium effodere solebant et formare, *quos deinde* Babylonem vectos vendebant, atque emto vicissim frumento vitam sustinebant. *Jam* verò frumentum milites defecerat, neque coëmendi *ejus* facultas erat *reliqua*, nisi in foro Lydio, *illorum* in agmine barbarorum, qui Cyrum sequebantur, farinæ *nimirum* triticeæ vel hordeaceæ capitham, siglis quatuor. Siglus autem septem Atticos obolos et dimidium *alterius* valet; ac duos chœnices Atticos capitha continebat. Quamobrem carnes comedendo vitam sustentabant milites. Et ex his *quidem* stationibus erant, in quas per longa admodùm movebat spatia, quoties

a Οὐδὲ ἄλλο δένδρον] Dicit ἄλλο, quasi priùs δένδρον τι memorâsset. Similiter adhibet ἄλλῃ K. Π. p. 345. et ἄλλοι, p. 200. Edit. Oxon. 1727.

b Ὄνους ἀλέτας &c.] *Hesychio* interprete, ὄνος est, ὁ ἀνώτερος λίθος τοῦ μύλου. Apud Evangel. Marci, c. IX. v. 42. est λίθος μυλικός: Matthæi, c. XVIII. v. 6. μύλος ὀνικός: similiter Lucæ XVII. 2. locutione desumptâ ex vetusto more asinos ad circumagendas molas adhibendi. Molæ autem *asinariæ* quæ dicuntur, *Catonis* c. 10. de R. R. majores erant; minores *trusatiles A. Gell.* l. 3. c. 3. quæ ab hominibus versabantur. Vide sis quæ viri eruditi notârunt ad *Jul. Poll.* l. 7. c. 4. Post ὄνους MS. Eton. et exemplaria quædam, quorum meminit *Stephanus*, habent οὓς ἡμεῖς μύλους, οἱ δ' Ἀττικοὶ μύλας, παρὰ τὸν ποταμὸν &c. Sed quin ex scholio verba hæc irrepserint, minimè tam mihi quàm *Stephano* dubium est. Cæterùm ad ποιοῦντες, quod statim sequitur, ex *Phavorino* notandum, ποιεῖν λέγεσθαι ἐπὶ τῶν ποιητικῶν, τεκτονικῆς scilicet καὶ τῶν τοιούτων.

c Τὸ δὲ στράτευμα ὁ σῖτος ἐπέλιπε,] Id omne, nimirum, quod modò ἐπεσιτίσαντο.

d Ἐν τῷ Κύρου βαρβαρικῷ] Scil. στρατεύματι. ut suprà p. 26. vel στρατῷ, uti mox postea: quâ de ellipsi agitur p. 6. n. d.

e Τὴν καπίθην] Hâc de mensurâ, cæterisque sive ponderibus sive mensuris, quæ sequuntur, consulendus est *Index* iis explicandis destinatus.

f Ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων,] *Muretus* ἀλεύρων ἢ delenda censet; eáque interpretes neglexisse videntur. At *Muretus* idem, parum sibi constans, has easdem voces conjungendas autumat ad K. Π. l. 5. p. 329. Edit. Oxon. 1727. ubi vide scripta n. 5. Cùm autem vulgata scriptura codicum auctoritate nitatur, minimè rejicienda videtur. *Hesychius:* Ἄλευρα κυρίως, τὰ τοῦ σίτου, ἄλφιτα δὲ τὰ τῶν κριθῶν: cui accedit *Phavorinus.* Voces illas distinguit etiam *Jul. Poll.* l. 7. c. 5. Τῇ δὲ ἀρτοπώλιδι ἀνήκει ἄλευρα, ἄλφιτα, &c. *Sed panis venditrici conveniunt farinæ*, &c.

g Ἦν δὲ &c.] Deficit hìc vox τινὲς, ut τινὰς apud K. Π. p. 390. Edit. Oxon. 1727. Ejusdem ferè ἐλλείψεως videre est exempla Lucæ XXI. 16. Apocal. II. 10. Act. XXI. 16. Συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν scil. τινὲς &c. Vide etiam Joan. VI. 39.

ἤλαυνεν, ὁπότε ἢ πρὸς ὕδωρ βούλοιτο [a] διατελέσαι ἢ πρὸς [b] χιλόν. Καὶ δή ποτε στενοχωρίας καὶ πηλοῦ φανέντος ταῖς ἁμάξαις δυσπορεύτου, ἐπέστη ὁ Κῦρος σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν ἀρίστοις καὶ εὐδαιμονεστάτοις, καὶ ἔταξε Γλοῦν καὶ Πίγρητα, [c] λαβόντας τοῦ βαρβαρικοῦ στρατοῦ συνεκβιβάζειν τὰς ἁμάξας. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκουν αὐτῷ σχολαίως ποιεῖν, ὥσπερ ὀργῇ ἐκέλευσε τοὺς περὶ αὐτὸν Πέρσας τοὺς κρατίστους, συνεπισπεῦσαι τὰς ἁμάξας. Ἔνθα δὴ μέρος τι [d] τῆς εὐταξίας ἦν θεάσασθαι. Ῥίψαντες γὰρ τοὺς [e] πορφυροῦς κάνδυς, ὅπου ἕκαστος ἔτυχεν ἑστηκὼς, [f] ἵεντο, ὥσπερ

vel ad aquam vel ad pabulum iter peragere volebat. Quin et aliquando *itineris* angustiis lutóque objectis, plaustris haud sine difficultate perviis, Cyrus cum præstantissimis et fortunatissimis *iis, quos* circa se *habebat*, substitit; ac Glun Pigretémque, adsumptis barbarorum copiis, conjunctis viribus plaustra *ex locis difficilibus* educere jussit. Cùm autem *illi hoc* tardè ei facere viderentur, quasi indignabundus præstantissimos, *qui* circa ipsum *erant*, Persas operis unà positis plaustra celeriter expedire jussit. Hìc verò studii ordinis conservandi specimen quoddam videre erat. Nam purpureis abjectis candyis, eo quo quisque loco fortè stabat, quemadmodùm de victoriâ quispiam

XVI. 17. Deinde ἦν ponitur pro ἦσαν. Similiter apud *Aristoph*. Λυσιστρ. v. 1262.

Ἦν γὰρ τὤνδρες οὐκ ἐλάσσως
Τᾶς ψάμμας τοὶ Πέρσαι.

Bisetus: Ἦν γὰρ τὤνδρες.

Ἦσαν γὰρ τοὶ ἄνδρες, ἤγουν οἱ ἄνδρες, οἱ &c. Σημείωσαι δὲ τὸ ἦν, ἀντὶ τοῦ ἦσαν κατὰ συγκοπὴν εἰρῆσθαι. *Sophocl*. Τραχ. v. 529.

Ἦν δὲ ἀμφίπλεκτοι
Κλίμακες· ἦν &c.

Schol. ἦν, ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον. Cum his consentit etiam *Moschopulus*.

a Διατελέσαι,] Eodem hìc sensu adhibetur verbum compositum, quo simplex τελῶ, apud *Thucyd*. l. 4. ferè medio: Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐκ τῆς Μελιτίας ἀφώρμησεν, ἐς Φάρσαλόν τε ἐτέλεσε καὶ &c. i. e. *Eodem die, quo Melitiâ discesserat, Pharsalum pervenit*, &c. Idem est verborum ἀνύειν et διανύειν usus apud *Polyb*. utì ad Matth. X. 23. adnotavit Clar. *Raphelius*. Utrumque verbum, τελεῖν scil. et ἀνύειν, eodem sensu usurpat *Thucyd*. l. 2. prope fin. In iis autem omnibus deficere videtur accusat. ὁδόν. Itaque verba Evangelistæ loc. cit. τελέσητε τὰς πόλεις resolvi possint in τελέσητε τὴν εἰς τὰς πόλεις ὁδόν. Adpositè verò, nec sine emphasi quâdam, Noster verbum adhibere compositum videtur, cùm de eo loquitur, qui strenuè adeò continuabat iter, ut non prius quiescendum statueret, quàm ad loca reficiendo exercitui opportuna perveniret.

b Πρὸς χιλόν.] *Hesychius:* Χιλὸς, ἡ τροφὴ, καὶ χόρτος τῶν βοσκημάτων. *Moschopulus:* Χιλὸς, ἡ τροφὴ τῶν βοσκομένων ζώων. Hoc modo *Phavorinus* exponit χῦλος: et *Hesych*. χυλοῦσθαι, παχύνεσθαι, σιτίζεσθαι. Apud illum autem reposuerim χιλὸς, apud hunc χιλοῦσθαι.

c Λαβόντας τοῦ βαρβαρικοῦ — συνεκβιβάζειν &c.] Scil. μέρος τι. Vide supra p. 34. n. c. significanter autem adeò atque ornatè, variatâ subinde elocutione, dixit συνεκβιβάζειν, συνεπισπεῦσαι, μετεώρους ἐξεκόμισαν &c. ut nihil suprà. Vide sis *Longin*. de *Sublim*. sect. 30.

d Τῆς εὐταξίας] Vocis hujus significationem ex iis, quæ de verbo ἀτακτεῖν notavimus K. Π. p. 563. Edit. Oxon. 1727. petere licet.

e Πορφυροῦς κάνδυς,] Vide K. Π. p. 19. Edit. Oxon. 1727. et *Indicem* voc. Persic. ei adjectum; et quæ dicta sunt Histor. hujus p. 14. n. b.

f Ἵεντο, ὥσπερ &c.] Verborum tam delectum quàm ordinem ad rem, quâ de

ἂν δράμοι τὶς περὶ νίκης, καὶ μάλα κατὰ πρανοῦς γηλόφου· ἔχοντες τούτους τε τοὺς πολυτελεῖς χιτῶνας, καὶ τὰς ποικίλας [a] ἀναξυρίδας· ἔνιοι δὲ καὶ στρεπτοὺς περὶ τῷ τραχήλῳ, καὶ ψέλλια [b] ἐπὶ τῶν χειρῶν· εὐθὺς δὲ σὺν τούτοις εἰςπηδήσαντες εἰς τὸν πηλὸν, θᾶττον ἢ ὥς τις ἂν ᾤετο, μετεώρους ἐξεκόμισαν τὰς ἁμάξας. Τὸ δὲ σύμπαν, δῆλος ἦν Κῦρος σπεύδων πᾶσαν τὴν ὁδὸν, [c] καὶ οὐ διατρίβων, ὅπου μὴ ἐπισιτισμοῦ ἕνεκα, ἢ τινὸς ἄλλου ἀναγκαίου ἐκαθέζετο· νομίζων, ὅσῳ μὲν ἂν θᾶττον ἔλθοι, τοσούτῳ ἀπαρασκευαστοτέρῳ βασιλεῖ [d] μαχεῖσθαι· ὅσῳ δὲ σχολαιότερον, τοσούτῳ πλέον βασιλεῖ συναγείρεσθαι στράτευμα. Καὶ συνιδεῖν δ' ἦν τῷ προςέχοντι τὸν νοῦν ἡ βασιλέως ἀρχὴ [e] πλήθει

curreret, per collem admodùm etiam præcipitem impetu ferebantur; cùm magni pretii tunicas haberent, et subligacula variis *distincta* coloribus; nonnulli etiam torques circa collum, et circum manus armillas: attamen cum his statim ubi in lutum insiliissent, citiùs opinione cujusquam, plaustra in sublime sublata exportârunt. Ad summam, planè constitit Cyrum iter totum accelerare, neque *usquam* cunctari, nisi frumentationis vel alterius necessariæ rei causâ alicubi consideret: quippe existimabat, tantò se imparatiore cum rege dimicaturum, quantò celeriùs *ipse* accesserit: quantò autem tardiùs, tantò majores regi copias coactum iri. Et intelligere sanè potuit, quicunque *rem* attentiùs consideraret, regis imperium regionis quidem *ampli-*

agitur, feliciter depingendam mirificè adcommodavit auctor. Currendi certamina, gymnicis in Græcorum ludis celebria, eum respexisse, nullus licet monuerim, animadvertet lector.

a Ἀναξυρίδας.] Lege scripta K. Π. p. 595. n. 3. Edit. Oxon. 1727.

b Ἐπὶ τῶν χειρῶν] K. Π. p. 19. Edit. Oxon. 1727. περὶ ταῖν χεροῖν. Sed solent auctores, (verba ferè sunt *Eustath.* ad Il. ά. p. 47.) ἀδιαφορεῖν ἐν τοῖς δυϊκοῖς καὶ τοῖς πληθυντικοῖς.

c Καὶ οὐ διατρίβων,] Scil. τὸν χρόνον· Similiter, K. Π. p. 231. Edit. Oxon. 1727. —ἔλεγεν ὅτι ἐξαμαρτάνοι διατρίβων, καὶ οὐκ ἄγων ὡς &c. Ejusdem nominis, crebas sanè ellipses passi, genitivus pluralis paulò pòst deest in διὰ ταχέων.

d Μαχεῖσθαι·] MS. Eton. συμμαχεῖσθαι. Libri quidam editi, μάχεσθαι· quo nimirum verbum hoc illi συναγείρεσθαι, mox sequenti, tempore conveniret. Sed præsens temporis futuri significationem, Atticos apud Scriptores, interdum habere, notius est, opinor, quàm ut exemplis probari oporteat: quæ tamen si quis requirat, adeat velim *H. Stephani* Append. ad Scripta de Dial. Atticâ. Apud hunc Nostrum paulò infrà lecturi sumus — ἡ δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλώντων καὶ διακοψόντων. ubi ἐλώντων Atticè scribitur pro ἐλασόντων, ut participiis his inter se conveniat.

e Πλήθει μὲν χώρας &c.] *Aristot.* Metaphys. l. 5. c. 13. Λέγεται δὲ πλῆθος μὲν, τὸ διαιρετὸν δυνάμει εἰς μὴ συνεχῆ· μέγεθος δὲ, τὸ εἰς συνεχῆ. Sed ad ἀκρίβειαν amussimve philosophicam, auctores politioris elegantiæ studiosi suam exigi orationem minimè patiuntur. De quantitate (utì loquuntur) continuâ, successivâ, πλῆθος Noster adhibuit etiam hujus historiæ extremo. Vocis quoque μέγεθος vicem explet apud *Demosth.* in Philip. orat. 4. init. p. 96. Ἡ μὲν οὖν ἀσέλγεια, καὶ πλεονεξία, ᾗ πρὸς πάντας ἀνθρώπους Φίλιππος χρῆται, τοσαύτη τὸ πλῆθος, ὅσην ἀκούετε.

μὲν χώρας καὶ ἀνθρώπων ἰσχυρὰ οὖσα, τῷ δὲ μήκει τῶν ὁδῶν, καὶ τῷ διεσπάσθαι τὰς δυνάμεις, ἀσθενής, εἴ τις διὰ ταχέων τὸν πόλεμον ποιοῖτο.

[a] Πέραν δὲ τοῦ Εὐφράτου, κατὰ τοὺς ἐρήμους σταθμούς, ἦν πόλις εὐδαίμων καὶ μεγάλη, ὄνομα δὲ Καρμάνδη· ἐκ ταύτης οἱ στρατιῶται [b] ἠγόραζον τὰ ἐπιτήδεια, [c] σχεδίαις διαβαίνοντες ὧδε· [d] Διφθέρας, ἃς εἶχον στεγάσματα, ἐπίμπλασαν χόρτου κούφου, εἶτα συνῆγον καὶ συνέσπων,

tudine hominúmque multitudine firmum esse, verùm ob itinerum longitudinem, et quia copiæ *hinc indè* distractæ sint, *idem* imbecillum esse, si quis celeriter bellum gerat.

Ultra Euphratem, exadversùs stationes *illas* desertas, erat urbs opulenta magnáque, *cui* nomen Carmanda: ex hâc milites commeatum pretio comparabant, dum ratibus operâ tumultuariâ confectis in hunc modum trajiciebant: Pelles *eas*, quas pro tegumentis habebant, levi fœno implebant: deinde

a Πέραν δὲ τοῦ Εὐφράτου &c.] *Diodor. Sic.* l. 2. p. 99. Μεγάλοι δ' ὄντες (scil. Euphrates et Tigris) καὶ συχνὴν χώραν ἔχοντες καὶ διαπορευόμενοι, πολλὰς ἀφορμὰς παρέχονται τοῖς ἐμπορικῇ χρωμένοις ἐργασίᾳ. Διὸ καὶ συμβαίνει τοὺς παραποταμίους τόπους πλήρεις ὑπάρχειν ἐμπορίων εὐδαιμόνων, καὶ μεγάλα συμβαλλομένων πρὸς τὴν τῆς Βαβυλωνίας ἐπιφάνειαν.

b Ἠγόραζον] *Thomas Magister:* Ὠνήσομαι κάλλιον ἢ ἀγοράσω. Grammatici nempe verbum ἀγοράζειν pro ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν potissimùm poni existimant. Ità fere *Scholiasta* ad *Aristoph.* Ἱππ. v. 1370. Ἀχαρν. v. 720. ubi Ἀττικῶς isto venire sensu scribit. Idem alibi similiter. Sed ipse poëta Comicus Πλουτ. v. 985.

Καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον
Ἐκέλευσεν ἄν, &c.

ostendit Atticæ Musæ minimè alienam esse verbi significationem, ei quam tribuit hoc loco Xenophon. Hæc ferè de significatione v. ἀγοράζειν ex priscis Græcorum monumentis haurire est. Quid verò illo homine facias, qui infenso æque in criticam atque religionem animo, ad sacros codices protervâ manu temerandos adgressus, verbum illud *concionari* potiùs, quàm *emere* vertendum statuit? Is quidem fuerit necesse est,

Ὃς δ' οὔτ' ἐρυθριᾷν οἶδεν, οὔτε (prô dolor)
διδιέναι·

atque dignus sanè, qui ἐν τοῖς ἀγοραίοις concionetur. Macte itaque esto famâ, quam tibi jure pepererunt egregia illa inscitiæ impudentiæque specimina, perinde bonis literis, judicio sanæ mentis hominum, ac doctrinæ Evangelicæ contraria. Te certe incolumi, nomenque tuum prostituente, *Tolandos*, *Collinos*, cæterósque gregis increduli duces, ætas hæc minimè desiderabit.

c Σχεδίαις] Scil. ναυσὶ, *ratibus*, seu alio quodam instrumentorum genere, usum navium præbente. *Hesychius:* Σχεδία, μικρὰ ναῦς. et paulò pòst, οὕτω λέγεται καὶ ἡ εἰκαίως πεπηγμένη ναῦς. Similiter *Suidas*. Et *Eustathius* ad *Hom.* Il. ε΄. p. 516. Σχεδία, inquit, ἡ δι' ὀλίγου συμπαγεῖσα ναῦς. Et nimirum σχέδιος adjectivum, denotans *tumultuarium opus, seu quid subitò factum ex materiâ, quæ* σχεδὸν *seu ad manus est.*

d Διφθέρας, ἃς εἶχον &c.] Simili ad trajiciendum Hydaspen adparatu usum esse Alexandrum tradit *Arrianus*, l. 5. *exped.* c. 12. Αὐτὸς δὲ (Ἀλέξανδρος) — ἄγων ἐπὶ τὴν νῆσον καὶ τὴν ἄκραν, ἔνθεν διαβαίνειν αὐτῷ ἦν ἐγνωσμένον. Καὶ ἐνταῦθα ἐπληροῦντο τῆς νυκτὸς αἱ διφθέραι τῆς κάρφης ἐκ πολλοῦ ἤδη παρεννησμέναι, καὶ κατεῤῥάπτοντο ἐς ἀκρίβειαν.

ὡς μὴ ἅπτεσθαι [a] τῆς κάρφης τὸ ὕδωρ· ἐπὶ τούτων διέβαινον, καὶ ἐλάμβανον τὰ ἐπιτήδεια, οἶνον τε ἐκ [b] τῆς βαλάνου πεποιημένον τῆς ἀπὸ τοῦ φοίνικος, καὶ σῖτον μελίνης· τοῦτο γὰρ ἦν ἐν τῇ χώρᾳ πλεῖστον. Ἀμφιλεξάντων δέ τι ἐνταῦθα τῶν τε τοῦ Μένωνος στρατιωτῶν καὶ τοῦ Κλεάρχου, ὁ Κλέαρχος κρίνας ἀδικεῖν τὸν τοῦ Μένωνος, [c] πληγὰς ἐνέβαλεν· ὁ δ' ἐλθὼν πρὸς τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, ἔλεγεν· ἀκούσαντες δ' οἱ στρατιῶται, ἐχαλέπαινον, καὶ ὠργίζοντο ἰσχυρῶς τῷ Κλεάρχῳ. Τῇ δ' αὐτῇ ἡμέρᾳ Κλέαρχος ἐλθὼν ἐπὶ τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐκεῖ κατασκεψάμενος τὴν ἀγορὰν, ἀφιππεύει ἐπὶ τὴν αὑτοῦ σκηνὴν διὰ τοῦ Μένωνος στρατεύματος, σὺν ὀλίγοις [d] τοῖς περὶ αὐτόν· (Κῦρος δ' οὔπω ἧκεν, ἀλλ' ἔτι προσήλαυνε) τῶν δὲ Μένωνος στρατιωτῶν ξύλα σχίζων τὶς, ὡς εἶδε τὸν Κλέαρχον [e] διελαύνοντα, ἵησι τῇ ἀξίνῃ· καὶ οὗτος μὲν αὐτοῦ ἡμαρ-

coarctabant constringebántque *suturis*, nè festucas aqua tangeret: his trajiciebant, commeatúmque comportabant, *videlicet* vinum ex palmarum glandibus factum, et panici frumentum: nam hujus in eâ regione maxima erat copia. Cæterùm ortâ inter Menonis et Clearchi milites aliquâ hoc loco controversiâ, Clearchus postquam Menonis *militem* injuriæ illatæ reum statuisset, plagas *ei* injecit: is ad exercitum suum reversus, *rem* exponit; quâ milites auditâ molestè ferebant, et Clearcho graviter irascebantur. Eodem die Clearchus cùm ad trajectum fluminis accessisset, atque rerum venalium forum ibidem inspexisset, ad tabernaculum suum per Menonis castra cum paucis circa se equo revehitur: (Cyrus autem nondum venerat, sed adhuc erat in itinere) quidam verò è Menonis militibus, ligna qui scindebat, ut Clearchum *exercitum* perequitantem vidit, securi *jactâ* petit *eum*: et ab eo

a Τῆς κάρφης] *Phavorinus:* Κάρφη, ὁ ξηρὸς καὶ κοῦφος χόρτος. Similiter *Suidas:* utroque, opinor, locum hunc Xenophontis respiciente.

b Ἐκ τῆς βαλάνου &c.] *Etymol.* M. Βάλανος, ὁ τῶν δρυῶν καρπός. Pleniùs et accuratiùs *Phavorinus:* Βάλανοι, καὶ τῶν δρυῶν ὁ καρπὸς, et ὁ τῶν φοινίκων. *J. Poll.* l. 1. c. 12. Ὁ δὲ καρπὸς, (τοῦ φοίνικος) ὁ μὲν τοῦ ἄῤῥενος, ψήν· ὁ δὲ τῆς θηλείας, βάλανος. Cæterùm, ex palmis etiam *Plinius*, l. 13. c. 4. *in Oriente vina* expressa tradit. In orbe Orientali Babyloniæ Arabiæque palmas præcipuam obtinere nobilitatem docebit *Diodor. Sic.* l. 2. p. 136. Vide sis K. Π. p. 522. n. 1. Edit. Oxon. 1727.

c Πληγὰς ἐνέβαλεν] Lege scripta p. 24. n. d.

d Τοῖς περὶ αὐτόν.] Scil. *amicis*, *familiaribus*, *comitibus:* quos istâ periphrasi creberrimè designant auctores. Vide suprà p. 41. Eandem et Latini locutionem imitantur. *Cornel. Nep.* in *Eumene* c. 10. *Sed non passi sunt hi, qui circa erant;* scil. Antigoni *comites* sive *familiares.* Terent. *Eunuchi* A. 3. Sc. 5. v. 53.—*paucæ, quæ circum illam essent*, &c. Similiter Historici passim. Cicero etiam Græcè dicit οἱ περὶ αὐτὸν, de Cæsaris stipatoribus; *Ep.* 52. ad *Attic.* l. 13.

e Διελαύνοντα,] Pro quo *Suidas* ad v. Ἵησι legit προσιόντα. Fugit autem, ut alia multa, locus hic Cl. editorem Xenophontéus.

τεν· ἄλλος δὲ λίθῳ, καὶ ἄλλος· εἶτα πολλοὶ, κραυγῆς γενομένης. Ὁ δὲ καταφεύγει εἰς τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, καὶ εὐθὺς [a] παραγγέλλει εἰς τὰ ὅπλα· καὶ τοὺς μὲν ὁπλίτας ἐκέλευσεν αὐτοῦ μεῖναι, τὰς ἀσπίδας πρὸς τὰ γόνατα θέντας· αὐτὸς δὲ λαβὼν τοὺς Θρᾷκας καὶ τοὺς ἱππέας, οἳ ἦσαν αὐτῷ ἐν τῷ στρατεύματι πλείους ἢ τετταράκοντα, (τούτων δ' οἱ πλεῖστοι Θρᾷκες) ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Μένωνος, ὥστε ἐκείνους ἐκπεπλῆχθαι καὶ αὐτὸν Μένωνα, καὶ τρέχειν ἐπὶ τὰ ὅπλα. Οἱ δὲ καὶ ἕστασαν [b] ἀποροῦντες τῷ πράγματι. [c] Ὁ δὲ Πρόξενος (ἔτυχε γὰρ ὕστερον προσιὼν, καὶ τάξις αὐτῷ ἑπομένη τῶν ὁπλιτῶν) εὐθὺς οὖν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ἄγων, [d] ἔθετο τὰ ὅπλα, καὶ ἐδεῖτο τοῦ Κλεάρχου, μὴ

quidem hic aberrat; verùm alius lapide, itémque alius: deinde multi, clamore excitato. At ille ad ipsius copias fugâ pervenit, ac ut statim ad arma *concurrant*, *suis* edixit; et gravis quidem armaturæ milites istic manere jussit, scutis ad genua positis: ipse, adsumptis Thracibus et equitibus, ex quibus in exercitu erant ei plures quadraginta, (horum autem plurimi Thraces erant) *sic* adversùs Menonis *milites* provectus est, ut illi et Menon ipse timore perculsi essent, et ad arma concurrerent. Stabant verò nonnulli, incerti prorsùs quid agerent. Proxenus autem (nam fortè tandem accessit, gravísque eum armaturæ militum acies sequuta est) *suos* statim in medium inter utrosque spatium ducens, armis ritè dispositis constitit, et Clearchum roga-

a *Παραγγέλλει εἰς* &c.] Quidquid præcipiant imperatores, brevi complectantur oportet, monente cùm re ipsâ, tum artis tacticæ peritiâ; utì docent *Arrian*. Tact. p. 73. edit. Blanc. et *Ælian*. c. 53.

b *Ἀποροῦντες τῷ πράγματι*.] Nomen hoc, cum articulo suo, in MS. Eton. atque edit. Ald. deest: quibus tamen libri alii hunc rectè locum tribuêre. Est quippe familiaris auctoribus locutio. Noster suprà pag. 24. *Κῦρος δὲ τούτοις ἀπορῶν τι καὶ* &c. *Plutarch*. Ἐρωτ. διηγ. p. 772. sub init. *Ἀπορῶν δὲ τῷ πράγματι ὁ Θεοφάνης*.——

c Ὁ δὲ Πρόξενος — *εὐθὺς οὖν* &c.] Epanalepsi subservit hæc partic. utì et Marc. III. 31. Luc. XIX. 12. Joh. VI. 24.

d *Ἔθετο τὰ ὅπλα*,] Ab *Amasæo* pessimè acceptus est hic locus. Græca quæ adduximus, cætera ut omittamus, Latinis his rependit, *in medios scuta projici jubet*. At *Leunclavius*, verborum, quam vulgârunt *Lexicographi*, interpretationem secutus, vertit, *arma deponebat*: rectè quidem, si *κατέθετο* legisset. Aliud verò hic sonant *τίθεσθαι τὰ ὅπλα*, nempè *armatus consistere*, *armis instrui*, &c. Hanc phraseos vim tandem intellexit *Leunclavius*; quippe qui paulò infrà, *τούτους δὲ θέσθαι τὰ ὅπλα περὶ τὴν αὐτοῦ σκηνὴν*, reddidit, *qui cum armis tabernaculum suum circumsisterent:* et lib. 7. sub init. *Θέσθε τὰ ὅπλα*, *armati consistite;* et mox, *τίθεσθαι τὰ ὅπλα*, *in armis* suos *constituere*. Scholiastæ *Thucyd*. verba huc optimè quadrare videntur: is autem, l. 2. ineunte, *θέμενοι τὰ ὅπλα* poni dicit *ἀντὶ τοῦ, περιθέμενοι ἑαυτοῖς. Ὅμηρος, Σάκε' ὤμοισιν ἔθεντο. ἀνόητον γὰρ τὸ, μεταξὺ πολεμίων ὄντας, μὴ περικεῖσθαι τὰ ὅπλα. τοῦτο δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἐν τῇ ὁδῷ τυχὸν ἐβάσταζον αὐτὰ, ὡς δ' εἰς τοὺς πολεμίους ἦλθον, ἐνεδύσαντο*. Jam verò Menon licèt Clearchúsque nullo Proxenum odio prosequerentur, infestis tamen animis inter se jam jam concurrunt; ideóque neutiquam arma erant ei deponenda, qui se utriusque temeritati interposuerat. Idem *Scholiasta* l. 8. haud ità longè à fine, *θέμενοι τὰ ὅπλα*, exponit, *ὁπλισθέντες*. Similiter *Suidas*, *θέμενος τὰ ὅπλα*, inquit, *ἀντὶ τοῦ περιθέμενος, καὶ ὁπλισάμε-*

ποιεῖν ταῦτα. Ὁ δὲ ἐχαλέπαινεν, ὅτι αὐτοῦ ὀλίγου δεήσαντος καταλευσθῆναι, πρᾴως λέγοι τὸ αὐτοῦ πάθος· ἐκέλευέ τε αὐτὸν ἐκ τοῦ μέσου ἐξίστασθαι. Ἐν τούτῳ δὲ, [a] ἐπεὶ ἧκε Κῦρος καὶ ἐπύθετο τὸ πρᾶγμα, εὐθὺς ἔλαβε τὰ ὅπλα εἰς τὰς χεῖρας, καὶ [b] σὺν τοῖς παροῦσι τῶν Περσῶν, ἧκεν ἐλαύνων εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει ὧδε· "Κλέαρχε καὶ "Πρόξενε, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ παρόντες Ἕλληνες, οὐκ ἴστε ὅ, "τι ποιεῖτε. Εἰ γάρ τινα ἀλλήλοις μάχην συνάψετε, νο- "μίζετε ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἐμέ τε κατακεκόψεσθαι, καὶ "ὑμᾶς οὐ πολὺ ἐμοῦ ὕστερον· κακῶς γὰρ τῶν ἡμετέρων

bat, nè hæc faceret. At ferebat ille graviter, quòd cùm parum abfuisset quin lapidibus obrueretur, leniter ipsius de casu loqueretur: eúmque *adeò* de medio excedere jubebat. Intereà, cùm venisset Cyrus, ac rem intellexisset, mox sumpsit in manus arma, et cum iis qui aderant Persis in medium invectus est, et hujusmodi quædam dicit: "Nescitis *planè* quid agatis, Clearche "Proxenéque, ac Græci cæteri qui adestis. Nam si quam inter vos pugnam "consereretis, existimate et me hoc ipso die, et vos non multò pòst, ad inter- "necionem cæsum iri: nam si res nostræ malè se habeant, hi omnes, quos

femorum tegumentis, et galeis omnes, præter Cyrum: ac Cyrus nudo capite pugnam expectans constitit. Fertur etiam alios Persas capitibus nudis aleam prælii subire. Habebant autem equi omnes, Cyro qui aderant, frontium pectorúmque munimenta; gladios etiam Græcos habebant equites.

Et jam meridies erat, nec hostes adhuc conspiciebantur: verùm ubi postmeridianum tempus adpetiisset, pulvis visus est, tanquam nubes albicans, et

a Κῦρος δὲ ψιλὴν &c.] Adjectivum hoc non capitis ornamentum omne, sed κράνη tantùm, sive bellica ejus tegumenta, Cyro Persísque denegat: indicátque adeò domi militiæque capita ipsorum pileis pariter, seu tiaris, non item galeis, fuisse obtecta. *Herodot.* l. 5. c. 49. ἀναξυρίδας δὲ ἔχοντες (Persæ) ἔρχονται ἐς τὰς μάχας, καὶ κυρβασίας ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι. *Strabo* quoque l. 15. p. 1067. eorum armaturam describens, περὶ τῇ κεφαλῇ πίλημα πυργωτόν eos habuisse tradit. Ex *Plutarcho* etiam, in vitâ *Artox.* p. 1016. Cyrum hunc, tiarâ capiti priùs impositâ, pugnam iniisse constat: nam, ἀποπίπτει δὲ τῆς κεφαλῆς, inquit, ἡ τιάρα τοῦ Κύρου — Aliàs autem de κράνεσι eorum χαλκοῖς legimus apud *Herodot.* l. 7. c. 84. et *Xenoph.* Κ. Π. p. 471. Edit. Oxon. 1727.

b Οἱ δ' ἵπποι ἅπαντες &c.] Vide Κ. Π. p. 472. 462. Edit. Oxon. 1727. atque ibi notata.

c Δείλη] *Thomas Magister:* Δείλης ἑώας, καὶ δείλης μεσημβρίας, καὶ δείλης ὀψίας, Ἀττικοί· τὸ δὲ, ἀντὶ τοῦ δείλης ὀψίας, δείλης μόνον λέγειν ἁπλῶς Ἑλληνικόν. Ità *Phavorinus* etiam, *Mœris Attic.* Δείλης πρωΐας, τὸ μετὰ ἕκτην ὥραν· δείλης ὀψίας, πρὸς ἑσπέραν. Κατ' ἰδίαν δὲ δείλης οὐ λέγουσιν οἱ Ἀττικοί λέγεται μόνον δείλης καθ' ἑαυτὸ παρὰ τοῖς Ἕλλησι: *scil.* ἀντὶ τοῦ δείλης ὀψίας, ut ille suprá. Dicendum itaque videtur, vocem δείλη, hoc quæ loco adhibetur ἁπλῶς, denotare δείλην πρωΐαν, i. e. *tempus pomeridianum, quod incipit statim ab inclinatione solis primò in vesperam à meridie.* Lexicon Gr. Lat. vetus: δείλης, *meridie*, scil. inclinante; cui statim ibidem opponitur δείλη πρὸς ἑσπέραν, *crepusculum.* Hesych. Δείλη ὀψία, ἡ περὶ δύσιν ἡλίου· Δείλη πρωΐα, ἡ μετ' ἄριστον ὥρα. Ità ferè *Suidas*, qui in exemplum locum hunc Xenophontis adduxit; ubi minùs recte Cl. editor δείλη exposuit *vespertinum tempus.* Rectè atque ordine μέρη hæc ἡμέρας disposuit *J. Pollux* l. 1. c. 7. *segm.* 68. — ἡλίου ὑπὲρ κεφαλῆς ἱσταμένου, κλίναντος εἰς τὰ μεσημβρινὰ τοῦ θεοῦ, δείλης, δείλης ὀψίας — *Dio Chrysost.* loc. paulò suprà cit. divisione diei factâ, primo loco memorat πρωΐ, 2. πλήθουσαν ἀγορὰν, 3. τὰς μεσημβρίας, 4. δείλην, 5. ἑσπέραν. Atque ista sanè divisio ad Xenophontis narrationem hanc, quæ primùm ἀγορὰν πλήθουσαν, deinde, μέσον ἡμέρας, et paulò pòst δείλην exhibet, optimè convenit.

d Χρόνῳ δ' οὐ συχνῷ &c.] Sic ex conjecturâ reposui. Priùs legebatur χρόνῳ δὲ συχνῷ. Sed vergente jam (utì rectè observavit *Leunclavius*) ad vesperam die, magnum tempus haud poterat locum habere. Huic emendationi adstipulatur etiam Versio Gallica vetus, quam suprà laudavimus; habet enim *puis en un instant &c.*

περ μελανία τις ἐν τῷ πεδίῳ [a] ἐπιπολύ. Ὅτε δὲ [b] ἐγγύτερον ἐγίγνοντο, τάχα δὴ καὶ [c] χαλκός τις ἤστραπτε, καὶ αἱ λόγχαι, καὶ αἱ τάξεις καταφανεῖς ἐγίγνοντο. Καὶ ἦσαν [d] ἱππεῖς μὲν λευκοθώρακες ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου τῶν πολεμίων· (Τισσαφέρνης ἐλέγετο τούτων ἄρχειν) ἐχόμενοι δὲ τούτων, γεῤῥοφόροι· ἐχόμενοι δὲ ὁπλῖται [e] σὺν ποδήρεσι ξυλίναις ἀσπίσιν· (Αἰγύπτιοι δὲ οὗτοι ἐλέγοντο εἶναι) ἄλλοι δ' ἱππεῖς, ἄλλοι τοξόται. [f] Πάντες δὲ οὗτοι κατὰ ἔθνη, [g] ἐν πλαισίῳ πλήρει ἀνθρώπων ἕκαστον ἔθνος ἐπορεύετο. [h] Πρὸ δ' αὐτῶν, ἅρματα διαλείποντα συχνὸν ἀπ' ἀλλήλων, τὰ δρεπανηφόρα λεγόμενα· [i] εἶχον δὲ τὰ δρέπανα ἐκ τῶν

haud longo pòst tempore, tanquam nigror quidam per campum latè *diffusus*. Cùm vero propiùs accessissent, statim et æreum quiddam fulgebat, et hastæ et ordines jam conspiciebantur. Et equites quidem lævo in hostium *cornu* loricis erant albis induti: (quibus Tissaphernes præesse dicebatur) his proximi erant scuta qui gestabant Persica: *quos* proximè secuti *sunt* gravis armaturæ milites cum scutis ligneis ad pedes usque pertinentibus: (hi ferebantur esse Ægyptii) *deinceps* alii equites, alii sagittarii. Atque hi omnes *cùm* per gentes *disponerentur*, agmine quadrato, *eoque* viris pleno, gens quæque incedebat. Ante hos *agebantur* currus, longo inter se spatio distantes, qui falcati adpellabantur: falces *hi* habebant ab axibus in obliquum porrectas, et

a Ἐπιπολύ.] Quod plenè et divisim scripseris ἐπὶ πολὺ διάστημα: hæc enim vox sæpè ἐλλείπει in βραχὺ, πολὺ &c. *Thucydides* lib. 2. haud ità longè à fine, — καὶ ἐπεδίωξαν ἐπὶ πολύ. Ubi *Scholiasta:* ἐπὶ πολύ. διάστημα, δηλονότι.

b Ἐγγύτερον ἐγίγνοντο.] Vide sis quæ notavimus p. 7. ad v. παρεγίνετο.

c Χαλκός τις &c.] Adi p. 13. n. b.

d Ἱππεῖς μὲν λευκοθώρακες] Ejusmodi forsan induti thoracibus quales descripsimus K. Π. p. 463. n. 1. Edit. Oxon. 1727.

e Σὺν ποδήρεσι &c.] Vide K. Π. pag. 486. Edit. Oxon. 1727.

f Πάντες δὲ οὗτοι κατὰ ἔθνη, &c.] Hæc non minùs, quàm ἕκαστον ἔθνος, quæ statim sequuntur, ad verbum ἐπορεύετο referenda sunt. Eâdem fere structurâ usus est Apostolus Gal. VI. 1. — ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον — σκοπῶν σεαυτὸν μὴ &c. Apud Nostrum itidem Ἑλλην. l. 4. haud longè ab init. ἥτις πέμπει nomen plurativum πόλεσι statim excipiunt: ἆθλα προὔθηκε ταῖς πόλεσιν, ἥτις ἄριστον στράτευμα πέμποι. *Q. Curt.* l. 4. c. 12. sic ferè de exercitu Darii: *Pedites his plurium gentium non mixtas, sed suæ quisque nationis junxerant copias.*

g Ἐν πλαισίῳ.] *Scholiastes* et *Thucyd.* l. 6. ferè medium: Ἐν πλαισίῳ, ἐν τετραγώνῳ σχήματι· *Hesych.* Πλαίσιον, ἡ ἐν τετραγώνῳ τῶν στρατιωτῶν τάξις. Vide sis *Indic. Tactic.* K. Π. adjectum.

h Πρὸ δ' αὐτῶν, ἅρματα &c.] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 253. Ἀρταξέρξης δὲ πρὸ μὲν τῆς φάλαγγος πάσης ἔστησεν ἅρματα δρεπανηφόρα. *Plutarch.* p. 1014. Εὖ δὲ καὶ κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἔταξε δρεπανηφόρων τὰ ῥωμαλεώτατα πρὸ τῆς ἑαυτοῦ φάλαγγος, ὡς πρὶν ἐν χερσὶ γενέσθαι, διακόψοντα τὰς τάξεις βίᾳ τῆς εἰσελάσεως. Vide suprà p. 56. n. c. *Suidas* locum hunc Xenophontéum citat ad v. Συχνὸν, quam ἀντὶ τοῦ πολὺ poni ait.

i Εἶχον δὲ τὰ δρέπανα &c.] Libet hæc ex *Curtianâ*, l. 4. c. 15. prælii ad Arbela descriptione adducere: *Ipse* (Darius) *ante se falcatos currus habebat: quos signo dato universos in hostem effudit; ruebant laxatis habenis aurigæ, quò plures non satis proviso impetu obtererent. Alios ergo hastæ multùm ultra temones eminentes; alios ab utroque latere demissæ falces laceravère.*

ἀξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα, καὶ [a] ὑπὸ τοῖς δίφροις εἰς γῆν βλέποντα, ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντύχοιεν. [b] Ἡ δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλώντων καὶ διακοψόντων. [c] Ὃ μέντοι Κῦρος εἶπεν, ὅτε καλέσας παρεκελεύετο τοῖς Ἕλλησι τὴν κραυγὴν τῶν βαρβάρων ἀνασχέσθαι, ἐψεύσθη τοῦτο· [d] οὐ γὰρ κραυγῇ, ἀλλὰ σιγῇ [e] ὡς ἀνυστὸν, καὶ ἡσυχῇ, ἐν ἴσῳ καὶ βραδέως προσῄεσαν. [f] Καὶ ἐν τούτῳ Κῦρος παρελαύνων αὐτὸς σὺν Πίγρητι τῷ ἑρμηνεῖ,

sub sellis in terram spectantes, ut in quamcunque rem incidissent, *eam* discinderent. Erat autem hoc *ipsis* consilii, ut *currus istos* in ordines Græcorum agerent *eos*que *adeò* dirimerent. Verùm in eo Cyrus quod dixerat, cùm Græcos advocatos adhortaretur, ut barbarorum clamorem sustinerent, falsus est: non enim cum clamore, sed quanto maximè silentio poterant, et sedatè, æquabiliter et lentè *ad prælium* accedebant. Atque ibi tum Cyrus ipse cum Pigrete interprete, aliísque tribus aut quatuor, prætervectus *equo*,

Vide sis eundem Auctorem l. 4. c. 9. ubi de istiusmodi curribus agitur. Cæterùm pro ἀξόνων, in edit. Flor. et MSto Eton. perperam legitur ἀξίνων.

a Ὑπὸ τοῖς δίφροις] *Phavorinus:* Δίφρος, τόπος τοῦ ἅρματος· λέγεται δὲ δίφρος, ὡς εἰ-σὶ δίφορος, (in quo nempe duo illi, παραιβάτης καὶ ἡνίοχος sedebant) καὶ τροπῇ καὶ συγκοπῇ δίφρος· ἀπ' αὐτοῦ δὲ, ὡς καιριωτέρου, μέρους, καὶ τὸ ὅλον ἅρμα δίφρος ἐλέγετο. Ità ferè *Eustathius Etymol.* m. alii. Vide K. Π. p. 417 et seq. Edit. Oxon. 1727.

b Ἡ δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς &c.] Lege modò ex *Plutarcho* adlata. *Demetrius* (uti dicitur) *Phaler.* Ἑρμην. sect. 104. Πολλαχοῦ δὲ καὶ τὸ πλάγιον μεῖζον τοῦ εὐθέως· οἷον, Ἡ δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλόντων (repone, ἐλώντων) καὶ διακοψόντων· ἀντὶ τοῦ, διενοοῦντο ἐλάσαι καὶ διακόψαι. In libris quibusdam ἐλόντων et διακοψάντων, in aliis ἐλθόντα καὶ διακόψαντα, leguntur. Sed διακοψόντων tam *Phalerei* quàm *Plutarchi*, loco pauld suprà cit. exemplarium auctoritate confirmatur: et ἐλώντων eleganter pro ἐλασόντων adhibetur. *Thomas Magister:* Ἐλάω καὶ ἐλῶ, ἀντὶ τοῦ ἐλαύνω Ἕλληνες λέγουσι· οἱ δὲ Ἀττικοὶ, ἀντὶ τοῦ ἐλάσω. *Aristophan.* ἐν Νεφέλαις v. 123. Ἀλλ' ἐξελῶ σ' ἐς κόρακας ἐκ τῆς οἰκίας. ità ferè et v. 800. utrobique pro ἐξελάσω. *Mœris Attic.* Ἐλῶ, Ἀττικῶς· ἐλάσω, Ἑλληνικῶς. Noster in re structurâque adeò simili utitur verbo ἐμβαλούντων K. Π. 419. Edit. Oxon. 1727. Idem ejusdem Hist. p. 438. δρέπανα τε σιδηρᾶ περὶ τοῖς ἄξοσι προσήρμοσται, ὡς ἐλῶντες καὶ οὕτω &c. Quod verò ad loquendi rationem adtinet, Ἡ δὲ γνώμη ἦν, ὡς &c. geminam ferè reperire est K. Π. p. 74. Edit. Oxon. 1727. Ὡς οὖν ἐμοῦ, ἔφη, μηδέποτε ἀμελήσοντος τοῦ τὰ &c. οὕτως ἔχε τὴν γνώμην. Adi sis hujus voluminis p. 42. n. d. Porrò, præsens atque futurum tempus de re eâdem adhibentur *Apocal.* II. 5.

c Ὃ μέντοι Κῦρος εἶπεν, &c.] Vide suprà p. 54.

d Οὐ γὰρ κραυγῇ, ἀλλὰ &c.] *Plutarchus*, loco sæpè cit. ἐπεὶ τὰ σιγῇ καὶ σχέδην ἐπάγων (Artaxerxes) θαῦμα ἐν τοῖς Ἕλλησι τῆς εὐταξίας παρεῖχε, κραυγὰς ἀτάκτους, καὶ σκιρτήματα, καὶ πολὺν τάραχον αὐτῶν καὶ διασπασμὸν ἐν πλήθει τοσούτῳ προσδεχομένοις.

e Ὡς ἀνυστὸν,] In editis plerisque libris legitur ὡς ἂν οἰστὸν in MSto Eton. ἂν ἰστὸν: quæ depravata esse liquet. Scriptura verò, quam reposuimus, sensum huic loco aptissimum fundit; valet enim κατὰ τὸ δυνατὸν, vel κατὰ δύναμιν: nec novo adhibetur exemplo. *Plutarch.* in vitâ *Lycurgi* p. 57. ἐπεθύμησεν, ὡς ἀνυστὸν ἀνθρωπίνης προνοίας, ἀθάνατον αὐτὴν (τὴν νομοθεσίαν) ἀπολιπεῖν, καὶ &c. Porrò, de hâc lectione restituendâ consentiunt *Stephanus* et *Muretus*.

f Καὶ ἐν τούτῳ] *Scil.* χρόνῳ, vel καιρῷ, ut mox postea integrè loquitur. Hujus forsan ellipseos, usitatissimæ quidem, exemplum extat Act. XXIV. 16.

καὶ ἄλλοις τρισὶν ἢ τέτταρσι, τῷ Κλεάρχῳ ἐβόα, ἄγειν τὸ στράτευμα κατὰ μέσον τὸ τῶν πολεμίων, ὅτι ἐκεῖ βασιλεὺς εἴη· κἂν τοῦτο, ἔφη, νικῶμεν, πάνθ' ἡμῖν [a] πεποίηται. Ὁρῶν δὲ ὁ Κλέαρχος τὸ μέσον στίφος, καὶ ἀκούων Κύρου ἔξω ὄντα τοῦ Ἑλληνικοῦ εὐωνύμου βασιλέα, (τοσούτῳ γὰρ πλήθει περιῆν βασιλεὺς, ὥστε μέσον τὸ ἑαυτοῦ ἔχων, τοῦ Κύρου εὐωνύμου ἔξω ἦν) [b] ἀλλ' ὅμως ὁ Κλέαρχος οὐκ ἤθελεν ἀποσπάσαι ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὸ δεξιὸν κέρας, φοβούμενος μὴ κυκλωθείη ἑκατέρωθεν· τῷ δὲ Κύρῳ ἀπεκρίνατο, ὅτι αὐτῷ μέλοι, ὅπως καλῶς ἔχοι.

Καὶ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ τὸ μὲν βαρβαρικὸν στράτευμα ὁμαλῶς προῄει· τὸ δ' Ἑλληνικὸν, [c] ἅτ' ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ μένον, συνετάττετο ἐκ τῶν ἔτι προσιόντων. Καὶ ὁ Κῦρος παρελαύνων [d] οὐ πάνυ πρὸς αὐτῷ τῷ στρατεύματι, κατεθεᾶτο ἑκατέρους

Clearcho clamore significabat, ut adversus mediam hostium aciem copias *suas* duceret, quòd istic rex esset: et hanc si vicerimus, inquit, omnia nobis confecta fuerint. Clearchus tametsi medium *illum* videret globum, ac de Cyro audiret, regem ultra Græcorum cornu lævum esse, (nam tantâ rex hominum multitudine abundabat, ut suorum quamvìs mediam obtineret aciem, Cyri *tamen* ultra cornu lævum esset) non tamen vólebat Clearchus cornu dextrum à flumine abstrahere, quippe qui metueret nè utrâque ex parte circumdaretur: Cyro verò respondebat, curæ sibi futurum, ut res præclarè gereretur.

Atque eo tempore exercitus barbaricus æquabiliter procedebat: Græcus, utpote qui in eodem adhuc loco stetit, ex iis qui subinde accedebant, instruebatur. Et Cyrus *equo* provectus non prorsùs ipsum juxta exercitum, utros-

a Πεποίηται.] Perfectum hìc vicem futuri temporis ἐμφατικῶς obtinet, summámque adeò rei futuræ, quasi jam factæ, certitudinem indicat.

b Ἀλλ' ὅμως ὁ Κλέαρχος &c.] Sermonem sic instituerat Xenophon, ut eum absque nomine hoc proprio absolutum dare potuerit. Sed mentione regiarum copiarum interpositâ, tandem eum ut resumat, idem præfecti nomen repetit. Similiter K. Π. p. 19, 20. Edit. Oxon. 1727. de Cyro scribit — ὁρῶν δὴ αὐτὸν (Astyagem) κεκοσμημένον &c. deinde, factâ quâdam orationis digressione, pergit — ὁρῶν δὴ τὸν κόσμον &c. iterato perinde ibi participio, atque hoc loco Clearchi nomine. Non est itaque, cur quis eandem pronominis repetendi veniam Evangelistæ negaverit, Act. VII. 35. Τοῦτον τὸν Μωϋσῆν ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες, Τίς σὲ κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; τοῦτον ὁ Θεὸς &c. Vide sis etiam insignem pronominis ἐγὼ repetitionem K. Π. p. 122. Edit. ejusd. Ἐγὼ δὴ, ὡς — οὕτω δὴ καὶ ἐγὼ, &c. Cæterùm, Clearcho vitio vertit Plutarchus, p. 1015. quòd dicto audiens Cyro non esset: cujus auctoris sententiæ suam temerè opponentem *Ablancortium* meritò castigat *Cl. Dacerius* in notis Versioni suæ Gallicæ ad dictum Plutarchi locum adjectis.

c Ἅτ' ἔτι &c.] Plerique libri typis impressi exhibent ὅτ' ἔτι, quarum prior vocula in MSto Eton. omnino deest: sed licèt sensus non postulet, ut quid inter Ἑλληνικὸν et ἔτι legatur, tamen levi mutatione ἅτε pro ὅτι reponendum cum *Stephano* censuerim. Cæterùm, pro μένον, quod mox sequitur, *Muretus* legit ἔμενον. Sed retinenda est vulgata lectio, et cum αὐτῷ intelligenda vox τόπῳ, sæpissimè κατ' ἔλλειψιν omissa.

d Οὐ πάνυ πρὸς αὐτῷ τῷ στρατεύματι]

ἄποθεν, τούς τε πολεμίους ἀποβλέπων, τούς τε φιλίους. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ Ξενοφῶν Ἀθηναῖος, [a] ὑπελάσας ὡς συναντῆσαι, ἤρετο εἴτι παραγγέλλοι· ὁ δ᾽ ἐπιστήσας εἶπε, καὶ λέγειν ἐκέλευε πᾶσιν, ὅτι [b] τὰ ἱερὰ καὶ τὰ σφάγια καλὰ εἴη. Ταῦτα δὲ λέγων, θορύβου ἤκουσε διὰ τῶν τάξεων ἰόντος, καὶ ἤρετο τίς [c] ὁ θόρυβος. Ὁ δὲ Ξενοφῶν εἶπεν, ὅτι τὸ σύνθημα παρέρχεται δεύτερον ἤδη. Καὶ ὃς ἐθαύμασε, τίς παραγγέλλει, καὶ ἤρετο ὅ, τι καὶ εἴη [d] τὸ σύνθημα. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι ΖΕΥΣ ΣΩΤΗΡ καὶ ΝΙΚΗ. Ὁ δὲ Κῦρος ἀκούσας, Ἀλλὰ δέχομαί τε, ἔφη, καὶ τοῦτο ἔστω. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώ-

que eminùs spectabat, conversis tum in hostiles tum in copias sociales oculis. Eum verò de Græcorum exercitu Xenophon Atheniensis ubi vidisset, equo nonnihil incitato ut *ei* occurreret, num aliquid imperaret, quærebat: qui cùm substitisset aiebat, *quod* et omnibus dici curaret jussit, exta et hostias pulchra ostentare. Hæc proferens, tumultum ordines pervagari audiit, et quis *esset* ille tumultus, quæsivit. Aiebat Xenophon, tesseram vice jam alterâ per *aciem* ire. Et miratus est is, quis *eam dari* jusserat, interrogavítque *adeò* quænam sit tessera. Respondit ille, JUPITER SERVATOR et VICTORIA. Quod ubi Cyrus audîsset, Accipio, inquit, atque hæc esto. Hæc loquutus, suum in

Opinor, *suo:* cujus cùm è medio provectus esset, non juxta cornu alterutrum statim substitit; sed eum petivit locum, ubi ex intervallo tam suas quàm hostiles copias conspiceret.

a Ὑπελάσας] *Glossar.* Græco-lat. vetus: Ὑπελαύνω, *Subago*, *subagito:* ut eum denotet, qui sensim furtímque equum agitaret. Hìc tamen ὑπὸ quandam diminutionis vim verbo suo addere videtur.

b Τὰ ἱερὰ καὶ τὰ σφάγια] *Eustath.* ad *Hom.* Il. κ'. 788. Ἱερά, τὰ ἱερευόμενα. et ad Il. ά. p. 1346. Ἱερὰ, τὰ σπλάγχνα. quo forsan sensu vox hìc accipienda est; ut ἱερὰ καλὰ denotent lætas divinationum conjecturas ab extis præcipuè factas; σφάγια verò etiam omina respiciat à variis hostiæ jam casuræ motibus capta. Vide doctis. *Potteri* Archæol. Gr. l. 2. c. 14. Sin autem ἱερὰ malis *sacra*, quam primam sibi vindicat significationem, reddere, Virgiliana hæc cum Xenophontéis istis conferre juvabit:

— *dum sacra secundus haruspex*
Nunciet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.

Æn. l. 11. v. 739 et seq.

c Ὁ θόρυβος. Ὁ δὲ Ξενοφῶν] In MSto Eton. post θόρυβος additur ἡ: in aliis quibusdam vet. teste *Stephano*, εἴη: quod cùm verbum sæpissimè per ellipsin omitti soleat, huic etiam loco, nec injuria, deest. Cæterùm, pro Ξενοφῶν in iisdem libris legitur Κλέαρχος.

d Τὸ σύνθημα. Ὁ δὲ — ὅτι ΖΕΥΣ &c.] Vide sis K. Π. p. 232. n. 1. et p. 475. Edit. Oxon. 1727. In MSto Eton. et edit. *Ald.* pro ὅ, τι καὶ εἴη — legitur ὅ, τι εἴη sine καί. Sed immeritò omissa fuit hæc particula; quippe quæ Atticos apud scriptores sæpè παρέλκει. *Æschin.* dial. 11. 12. καλῶς δὲ καὶ σὺ ποιεῖς παραινῶν. *Ælian.* Hist. V. l. 1. c. 16. καὶ πῶς ὅπερ ἡμῶν καλῶς Ἀπολλόδωρος ὅτω δοξάζει, — Noster Hist. Gr. l. 2. ferè medio, τοῦτον τί ποτε καὶ καλέσαι χρή. In iisdem libris deest etiam τε post δέχομαι, quod ex auctorum itidem usu retinendum est.

ραν ἀπήλαυνε· καὶ [a] οὐκ ἔτι τρία ἢ τέτταρα στάδια ἀπειχέτην τὼ φάλαγγε ἀπ' ἀλλήλων, ἡνίκα [b] ἐπαιάνιζόν τε οἱ Ἕλληνες, καὶ ἤρχοντο ἀντίοι ἰέναι τοῖς πολεμίοις. Ὡς δὲ πορευομένων [c] ἐξεκύμαινέ τι τῆς φάλαγγος, τὸ ἐπιλειπόμενον ἤρξατο [d] δρόμῳ θεῖν· [e] καὶ ἅμα ἐφθέγξαντο πάντες, οἷόν περ τῷ Ἐνυαλίῳ ἐλελίζουσι, καὶ πάντες δὲ ἔθεον. Λέγουσι δέ τινες, [f] ὡς καὶ ταῖς ἀσπίσι πρὸς τὰ δόρατα ἐδούπησαν, φόβον ποιοῦντες τοῖς ἵπποις. [g] Πρὶν δὲ τόξευμα

locum revectus est: nec jam tria quatuórve stadia phalanges ab se invicem distabant, cùm Græci pæanem cantabant, et adversùs hostes ire incipiebant. Cúmque, progredientibus iis, pars quædam phalangis fluctuum instar sese prorueret, *ea* à tergo quæ relicta erat, citato cursu *ad illam* tendere cœpit; simúlque, quemadmodùm *Enyalio* ἐλελεῦ canere solent, omnes conclamârunt, cucurrerunt omnes. Nonnulli aiunt, eos etiam scutis ad hastas adlisis sonitum excivisse, quo terrorem equis incuterent. Priusquàm verò sagitta utros-

a Οὐκ ἔτι] Conjunctim hæc vulgò scribuntur, ideóque adeò adnumeranda sunt, de quibus dictum est p. 50. n. c.

b Ἐπαιάνιζον] *Scholiastes* ad *Thucyd.* lib. 1. δύο παιᾶνας ᾖδον οἱ Ἕλληνες, πρὸ μὲν τοῦ πολέμου, τῷ Ἄρει· μετὰ δὲ τὸν πόλεμον, τῷ Ἀπόλλωνι. Adi K. Π. p. 482. Edit. Oxon. 1727.

c Ἐξεκύμαινέ τι τῆς &c.] Magnificè hoc Noster; translatione permovendis animis, signandis rebus, ac sub oculos subjiciendis adhibitâ. Vide *Quinctil.* l. 8. c. 6. *Demetrius Phaler.* sect. 85. improbato Poëtæ judicio, quòd rem magnam tenui deterreret metaphorâ, cùm moto tonitru *cœlum tubâ canere* diceret, Ἐπέρα δὲ, inquit, ἐπιποιήσωμεν μεταφορὰν, μικρότητος αἰτίαν γινομένην μᾶλλον ἢ μεγέθους. Δεῖ γὰρ ἐκ τῶν μειζόνων μεταφέρειν εἰς τὰ μικρὰ, οὐ τὸ ἐναντίον· οἷον ὡς ὁ Ξενοφῶν φησιν, Ἐπεὶ δὲ πορευομένων ἐξεκύμαινέ τι τῆς φάλαγγος — τὴν γὰρ τῆς τάξεως παρεκτροπὴν ἐκκυμαινούσῃ θαλάσσῃ εἴκασε, καὶ προσωνόμασεν. Εἰ δέ τις μεταβαλὼν εἴποι ἐκφαλαγγίσασαν τὴν θάλασσαν, τάχα μὲν οὐδὲ οἰκείως μετοίσει πάντη δὲ πάντως μικροπρεπῶς. Porrò, apud *Arrian.* l. 2. c. 10. stili Xenophontei æmulum, legimus κυμῆναν τῆς φάλαγγος. Eandem et Latinis scriptoribus familiarem esse metaphoram, nemini paulò humaniori ignotum est.

d Δρόμῳ θεῖν,] Ità Noster posthac plus vice simplici. Matth. XIII. 14. Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ &c. et XV. 4. θανάτῳ τελευτάτω. Itaque frustra sunt *Gatakerus* aliíque, quibus locutiones has Evangelistæ ex Hebræo fonte derivare visum est. Simili prorsùs modo *Aristoph.* in *Avib.* v. 205. — θέοντας δρόμῳ. Et *Dionys. Hal.* Antiq. Rom. l. XI. c. 11. μηδὲ ὄψει δυναμένους ἰδεῖν &c.

e Καὶ ἅμα ἐφθέγξαντο πάντες, οἷόνπερ &c.] Vide K. Π. p. 195. n. 2. et p. 428. n. 2. et p. 234. Edit. Oxon. 1727. Quibus adde, si libet, quæ *Curtius* l. 4. c. 12. prope fin. de Macedonibus Persísque in prælium ruentibus tradit. Cæterùm, ἐλελίζειν est *proferre* ἐπιφώνημα illud seu ἐπίφθεγμα πολεμικὸν, quod dicitur ἐλελεῦ. *Demetr. Phaler.* sect. 98. ait, Ξενοφῶν δὲ Ἠλέλιξέ φησιν ὁ στρατηγός· τὴν τοῦ ἐλελεῦ ἀναβόησιν, ἣν ἀνεβόα στρατηγὸς συνεχῶς, παραποιήσας ὀνόματι. Lege eundem sect. 94 et seq. περὶ μεγαλοπρεπείας ἐκ τῶν πεποιημένων ὀνομάτων: et *Quinctil.* Instit. Orat. l. 8. c. 6. p. 520 et seq.

f Ὡς καὶ ταῖς ἀσπίσι &c.] Rem eandem Noster aliâ orationis expressit formâ l. 4. ferè medio, οἱ δὲ κάμνοντες — τὰς ἀσπίδας πρὸς τὰ δόρατα ἔκρουσαν. Paulò aliter *Arrian.* l. 1. c. 6. Ὁ δὲ (Alexander) καὶ ἐπαλαλάξαι ἐκέλευσε τοὺς Μακεδόνας, καὶ τοῖς δόρασι δουπῆσαι πρὸς τὰς ἀσπίδας: ubi vide sis auctorum verba, morem quæ eundem designant, à Cl. *Gronovio* adducta: necnon quæ notavit doctis. *Spanhemius* ad *Callim.* hymn. in *Del.* v. 136.

g Πρὶν δὲ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι,] Scil. πρὸς seu εἰς αὐτοὺς, vel αὐτῶν: utì Noster *Hist. Gr.* l. 2. ἡμεῖς δὲ ἐς τὸ κάταντες καὶ δόρατα ἀφιέντες, καὶ ἀκόντια, καὶ πέτρους, ἐξικνούμεθά τι αὐτῶν, καὶ &c. et alibi. *Herodotus* l.

ἐξικνεῖσθαι, ἐκκλίνουσιν οἱ βάρβαροι τοῖς ἵπποις καὶ φεύγουσι. Καὶ ἐνταῦθα δὴ ἐδίωκον μὲν [a] κατὰ κράτος οἱ Ἕλληνες, ἐβόων δὲ ἀλλήλοις, μὴ θεῖν δρόμῳ, ἀλλ' ἐν τάξει ἕπεσθαι. Τὰ δὲ ἅρματα ἐφέρετο τὰ μὲν δι' αὐτῶν τῶν πολεμίων, τὰ δὲ καὶ [b] διὰ τῶν Ἑλλήνων, κενὰ ἡνιόχων. [c] Οἱ δὲ, ἐπεὶ προΐδοιεν, ἵσταντο· [d] ἔστι δ' ὅς τις καὶ κατελήφθη, ὥσπερ [e] ἐν ἱπποδρόμῳ, ἐκπλαγείς· [f] καὶ οὐδὲν μέντοι οὐδὲ τοῦτον παθεῖν ἔφασαν· οὐδὲ ἄλλος δὲ τῶν Ἑλλήνων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ ἔπαθεν οὐδεὶς οὐδὲν, πλὴν ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ τοξευθῆναί τις ἐλέγετο.

libet adsequeretur, barbari inclinatis equis fugiunt. Atque ibi tum Græci totis viribus insequebantur, aliíque aliis clamabant, nè cursu *in hostes* citato tenderent, sed ordine servato sequerentur. Currus autem partim per hostes ipsos, partim per Græcos, aurigis vacui ferebantur. *Quos* cùm *ex his* quidam præviderant, subsistebant; fuit etiam qui deprehensus erat, tanquam in equestri curriculo, obstupefactus; et nè hunc quidem quidquam *mali* passum esse prodidêre *nonnulli:* nec alius *quisquam* Græcorum hâc in pugnâ quidquam passus est, nisi quòd ad *latus* lævum sagittâ quidam percussus dicebatur.

4. c. 139. — λύων δὲ ὅσον τόξευμα ἐξικνεῖται: quo in loco, sicut et in *Thucydidéo* illo l. 4. ὑπὸ τῶν τοξευμάτων καὶ λίθων ἀπὸ &c. vox τόξευμα denotat (non *sagittæ jactum*, sed) *ipsam sagittam*. *Thomas Magister:* Τόξευμα οὐ μόνον ἡ τοξεία, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ τόξον, i. e. πᾶσαν τὴν τοξικὴν σκευήν· et in primis, τὸ τοξευόμενον. In istis verò locutionibus, ἐντὸς γίγνεσθαι τοξεύματος, et, εἰς τόξευμα ἀφικνεῖσθαι, nomen hoc pro *teli jactu* ponere solet Xenophon.

a Κατὰ κράτος] In libris nonnullis scribitur κατακράτος: quod et apud alios auctores, sive manu scriptos, sive typis impressos, passim fieri solet. Voces alias, in quibus eandem videre est scripturæ varietatem, jam suprà notavimus p. 50. atque alibi.

b Διὰ τῶν Ἑλλήνων,] Sic rescribendum vidit olim *Muretus*. Vulgò legitur δι' αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων: sed αὐτῶν ab iis quæ modò præcesserant, δι' αὐτῶν τῶν πολεμίων, ad Græcos etiam male transivit.

c Οἱ δὲ,] i. e. τινὲς, utì et suprà p. 46. Οἱ δὲ καὶ ἵστασαν &c. *Lucian.* et *Timone*, prope ab init. Οἱ δὲ καὶ αὐτῷ σοι τὰς χεῖρας &c. Ad quem locum hæc *Scholiastæ* verba in *Exercit.* suis *Philol.* adduxit Cl. *Lamb. Bos.* Ὁμοία ἡ σύνταξις ταύτῃ τῇ ἐν τῇ ἱερᾷ τοῦ εὐαγγελίου Ματθαίου συγγραφῇ, τῇ, Οἱ δὲ ἐδίστασαν· ἀντὶ γὰρ τοῦ τινὲς, τὸ οἱ δὲ κεῖται. Matth. XXVIII. 17. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν αὐτῷ· οἱ δὲ ἐδίστασαν. Imperitè itaque ac temerè *Beza* hìc legendum censuit οὐδὲ ἐδίστασαν: quod ei scilicet οἱ δὲ pro τινὲς rarum videbatur; cùm contrà atque ille, auctores inter Græcos principes ità loqui soleant.

d Ἔστι δ' ὅστις] *Mat. Devarius* in libel. de L. G. partic. c. 41. ità scripsit: "Verbum ἐστὶ, in numero multitudinis, "articulo etiam relativo plurali præponi-"tur, et ἀοριστολογικὸν itidem nomen ef-"ficit. Nam εἰσὶν οἱ, pro τινὲς, i. e. *nonnul-*"*li*, accipitur. In singulari verò numero, "non nisi negativâ præcedente invenitur: "οὐκ ἔστιν ὅς, pro οὐδεὶς, et οὐκ ἔστιν ὅστις "&c." Sed in eo falli accuratissimum cæteroquin Grammaticum, phrasis hæc Xenophontéa docet.

e Ἐν ἱπποδρόμῳ,] *Hesychius*, Ἱππόδρομος, ἀγὼν Ἀθήνησι Θησεῖ ἀγόμενος: eadem sunt et *Phavorini* verba. De loco autem ipso, in quo cursu equestri certatum est, vocem usurpant auctores.

f Καὶ οὐδὲν μέντοι οὐδὲ &c.] Sic supra p. 52. et alibi sæpè voculas Noster negativas iterat. Eodem Atticorum exemplo scribit *Demosthenes* in *Midiam* orat. p. 633. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς οὐδενὸς ἕνεκα τούτων οὐδὲν ἐν ὑμῖν πώποτ' εἶπον. *Æschin.* dialog. 2. *sect.* 11. — οἷς μήτ' ἂν πεῖσαι δύναι-

Κῦρος δὲ, ὁρῶν τοὺς Ἕλληνας [a] νικῶντας τὸ καθ' αὐτοὺς καὶ διώκοντας, ἡδόμενος [b] καὶ προσκυνούμενος ἤδη ὡς βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, οὐδ' ὡς ἐξήχθη διώκειν· ἀλλὰ [c] συνεσπειραμένην ἔχων τὴν τῶν σὺν ἑαυτῷ ἑξακοσίων ἱππέων τάξιν, ἐπεμελεῖτο ὅ, τι ποιήσει βασιλεύς. [d] Καὶ γὰρ ᾔδει αὐτὸν, ὅτι μέσον ἔχοι τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος. [e] Καὶ πάντες δὲ οἱ τῶν βαρβάρων ἄρχοντες μέσον ἔχοντες τὸ αὐτῶν ἡγοῦντο, [f] νομίζοντες οὕτως ἐν ἀσφαλεστάτῳ εἶναι, ἢν

Cyrus autem, cùm Græcos hostium agmen sibi objectum vincere et insequi cerneret, lætitiâ adfectus et veneratione *licèt* jam ab iis, qui circa ipsum erant, tanquam rex exceptus *esset*, *tamen* nè sic quidem ad insequendum concitatus erat; sed cum sexcentorum, *quos* secum *habebat*, equitum turmâ conglobatâ, quid rex facturus esset studiosè observabat. Nôrat enim, eum mediam exercitûs Persici *aciem* obtinere. Quin etiam omnes barbarorum principes medium suos inter *ordines locum* tenentes, ducis exequebantur officia; quòd

τό τις μηδένα τῶν παρόντων, μήτ' ἂν ὠφεληθείη μηδὲν ἀπ' αὐτῶν. Similiter auctores sacri, quò quid ἐμφατικωτέρως negarent, ingeminatas id genus particulas adhibuêre. Marc. XIV. 25. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἔτι οὐ μὴ πίω ἐκ &c. Luc. XXIII. 53. — καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος. Heb. XIII. 5. Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω. De quo commate vide quæ notavit doctis. *Blackwallus* in Class. Sacr. parte sec. cap. 2.

a Νικῶντας τὸ καθ' αὐτοὺς] *Scil.* βαρβαρικὸν, vel τῶν βαρβάρων κέρας seu στῖφος. Eâdem constructione dicitur νικᾷν τοὺς ἀντιπάλους, apud *Aristoph.* βατράχ. v. 1059. Itidem in oratione solutâ: Καὶ Τιμοθέῳ μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, νικήσαντι Λακεδαιμονίους — *Dinarch.* in orat. contra *Demosth.* p. 91. edit. *Steph.* Noster paulò infrà: νικᾷ τοὺς πρὸ βασιλέως &c. Porrò, τὸ καθ' ἑαυτοὺς similiter adhibuit *Thucyd.* l. 1. ferè med. Καὶ αὐτὸ μὲν τὸ τοῦ Ἀριστέως κέρας, καὶ ὅσοι περὶ ἐκεῖνον ἦσαν — ἐτρέψαντο τὸ καθ' ἑαυτοὺς, καὶ ἐπεξῆλθον διώκοντες ἐπὶ πολύ· i. e. *Ac ipsum quidem Aristei cornu, et quotquot — circum ipsum erant*, hostium cornu *sibi oppositum in fugam verterunt*, &c. *Diodor. Sic.* his ipsis de Græcis scribit p. 253. εὐθὺς τρεψάμενοι τοὺς καθ' αὐτοὺς — i. e. *agmen sibi adversum.* Verba autem Xenophontis *Amasæus* sic vertit: *Cyrus cùm Græcos ex suâ aciei parte vincentes cerneret &c.* nec multò aliter *Leunclavius*, cujus ità se habet versio: *Cyrus, cùm Græcos à parte suâ victores evasisse cerneret* &c.

b Καὶ προσκυνούμενος &c.] Vide sis K. Π. p. 284. n. 2. et p. 596. n. 4. Edit. Oxon. 1727.

c Συνεσπειραμένην &c.] *Suidas:* Συνεσπειραμένοι συγκεκλεισμένοι εἰς στενότητα. De eo omni dicitur, quod in orbem convolvitur. *Servius* ad *Virg.* Æn. l. 2. v. 217. *Propriè*, inquit, *spiræ sunt volubilitas funium. Indè et posteriora, serpentium* spiræ *dicuntur*, quæ *sic involvuntur in gyrum, ut funes.* Phavorinus: Σπεῖρα, ἡ τῶν ὄφεων συστροφή et paulò pòst — σύναξις, πλῆθος στρατευμάτων: atque ità ferè *Suidas* et *Hesychius*. Josephus de B. J. l. 4. c. 4. sect. 6. de Idumæorum commento contra tempestatem verba faciens, συσπειραθέντες, ait, τοῖς σώμασι ἀλλήλους ἀντέθαλπον, &c. Nec eundem verbi *conspiro* sensum respuit Latinitas, si modò libris MSS. quos adpellat Cl. *Davisius* ad *Cæs.* de B. C. l. 3. c. 46. fides sit habenda: in eis enim, pro vulgatâ scripturâ *constipati*, legitur *conspirati*.

d Καὶ γὰρ ᾔδει αὐτὸν, ὅτι &c.] Eâdem mox infrà utitur locutione Atticâ — πρῶτον μὲν ἐπέδειξεν αὐτὸν, ὅτι περὶ &c. Similiter loquuti sunt auctores sacri: Marc. I. 24. Οἶδά σε τίς εἶ, ὁ &c. Joh. XI. 31. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι — ἰδόντες τὴν Μαρίαν, ὅτι ταχέως ἀνέστη &c.

e Καὶ πάντες δὲ οἱ τῶν βαρβάρων &c.] Vide p. 61. n. d.

f Νομίζοντες οὕτως ἐν &c.] Locum hunc

ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ἑκατέρωθεν ᾖ, καὶ εἴ τι παραγγεῖλαι χρῄζοιεν, ἡμίσει ἐν χρόνῳ αἰσθάνεσθαι τὸ στράτευμα. Καὶ βασιλεὺς δὴ τότε μέσον ἔχων τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς, ὅμως ἔξω ἐγένετο τοῦ Κύρου εὐωνύμου κέρατος. Ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς αὐτῷ ἐμάχετο ἐκ τοῦ ἐναντίου, [a] οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ τεταγμένοις ἔμπροσθεν, ἐπέκαμπτεν ὡς εἰς κύκλωσιν. Ἔνθα δὴ Κῦρος δείσας, μὴ ὄπισθεν γενόμενος κατακόψῃ τὸ Ἑλληνικὸν, ἐλαύνει ἀντίος· καὶ ἐμβαλὼν [b] σὺν τοῖς ἑξακοσίοις, νικᾷ τοὺς πρὸ βασιλέως τεταγμένους, καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψε [c] τοὺς ἑξακισχιλίους· [d] καὶ ἀποκτεῖναι λέγεται αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ Ἀρταγέρσην τὸν ἄρχοντα αὐτῶν.

Ὡς δὲ ἡ τροπὴ ἐγένετο, διασπείρονται καὶ οἱ Κύρου ἑξακόσιοι, εἰς τὸ διώκειν ὁρμήσαντες· [e] πλὴν πάνυ ὀλίγοι ἀμφ' αὐτὸν κατελείφθησαν, σχεδὸν οἱ ὁμοτράπεζοι καλού-

existimarent, ità se in tutissimo esse, si vires ipsorum utrinque *collocatæ* sint, et si quid imperatum vellent, exercitum *id* tempore dimidio *breviori* animadversurum. Et rex quidem eo tempore quanquam aciem *exercitûs* sui mediam obtineret, tamen ultra Cyri cornu lævum erat. Cùm autem nemo in ipsum ex adverso pugnaret, nec in eos qui ante ipsum dispositi fuerunt, inflexione tanquam ad *hostes* circumveniendos uti cœpit. Ibi verò Cyrus veritus, nè posteaquam à tergo foret, Græcorum concideret exercitum, adversus provehitur; atque facto cum sexcentis illis impetu, vincit eos qui ante regem erant dispositi, et illos sex mille *equites* in fugam vertit: *quin* et ipse manu suâ Artagersem eorum præfectum interfecisse dicitur.

Ut autem fuga facta est, Cyri etiam *illi equites* sexcenti, ad insequendum impetu invecti, dissipantur: veruntamen pauci admodùm circa ipsum reliqui

Xenophontéum respicit, opinor, *Arrianus* de exp. Alex. l. 2. c. 8. ubi cùm tradiderat Darium mediam aciem tenuisse, subjicit: καὶ τὸν νοῦν τῆς τάξεως ταύτης Ξενοφῶν ὁ τοῦ Γρύλλου ἀναγέγραφεν. Vide Nostrum etiam K. Π. p. 627. Edit. Oxon. 1727. Cæterùm in MSto Eton. legitur καὶ inter οὕτως et ἐν; et pro ἡμίσει ἐν χρόνῳ, idem liber exhibet ἥμισυ ἂν χρόνῳ. Sed nil mutandum.

a Οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ &c.] Edit. *Steph.* pravam hanc loci distinctionem, οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ τεταγμένοις ἔμπροσθεν ἐπέκαμπτεν ὡς εἰς κύκλωσιν, ἔνθα δὴ &c. exhibet: *Ald.* pravitate tam lectionis quàm distinctionis (ut alibi sæpè) laborat: sic enim sese dat — ἐν δὲ τοῖς αὐτοῦ τεταγμένοις, ἔμπροσθεν &c.

b Σὺν τοῖς ἑξακοσίοις] Quorum suprà modo meminerat p. 61.

c Τοὺς ἑξακισχιλίους] De quibus mentio facta est p. 56.

d Καὶ ἀποκτεῖναι λέγεται &c.] *Plutarchus* p. 1015. Ἀποστρέψαντος δὲ τὸν ἵππον τοῦ Ἀρταγέρσου, βαλὼν ὁ Κῦρος ἔτυχε, καὶ διήλασε παρὰ τὴν κλεῖδα διὰ τοῦ τραχήλου τὴν αἰχμήν. Τὸν μὲν οὖν Ἀρταγέρσην ἀποθανεῖν ὑπὸ Κύρου, σχεδὸν ἅπαντες ὁμολογοῦσι.

e Πλὴν &c.] Lexicon Gr. L. vetus: Πλὴν, *verùm;* cùm nimirum absolutè effertur, valet ὅμως. *Moschopulus:* Πλὴν, παρὰ μὲν τοῖς κοινοῖς, πρὸς γενικὴν ἀεὶ λέγεται· παρὰ δὲ τοῖς Ἀττικοῖς, πρὸς τὴν ἡγουμένην πτῶσιν· καὶ ἀντὶ ὅμως. Hoc ferè modo accipitur ista particula Matth. XVIII. 7. XXVI. 39. Philip. IV. 14. Vide K. Π. p. 484. n. 3. Edit. Oxon. 1727.

μενοι. Σὺν τούτοις δὲ ὢν, καθορᾷ βασιλέα καὶ τὸ ἀμφ' ἐκεῖνον [a] στίφος· καὶ εὐθὺς οὐκ [b] ἠνέσχετο, ἀλλ' εἰπὼν, Ὁρῶ τὸν ἄνδρα, [c] ἵετο ἐπ' αὐτόν· καὶ παίει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ τιτρώσκει διὰ τοῦ θώρακος, ὥς φησι [d] Κτησίας ὁ ἰατρὸς, καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμά φησι. Παίοντα δ' αὐτὸν [e] ἀκοντίζει τὶς παλτῷ ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν βιαίως· [f] καὶ ἐνταῦθα μαχόμενοι καὶ βασιλεὺς καὶ Κῦρος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτοὺς ὑπὲρ ἑκατέρου, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα

fuêre, ferè qui mensæ participes dicebantur. Hos cùm apud se haberet, regem *equitúmque* circa illum globum conspicit; statímque se non continuit, quin cùm dixisset, Video hominem, in ipsum impetu rueret; atque *adeò* pectus *ei* ferit, et per loricam vulnus infligit, utì Ctesias tradit medicus, qui se etiam vulnus *illud* curâsse narrat. *Cyrum*, verò eum dum ferit, palto quidam acriter vibrato sub oculum percutit: atque ibi tum et rege et Cyro inter se dimicantibus, et *utriusque* pro utroque stipatoribus, quot ex iis qui circa

a Στίφος·] Vox est nonnunquam etiam συμπεπωμένη: quod monuisse sat est.

b Ἠνέσχετο] Valet pro ἀνεῖχε ἑαυτόν. Idem verbi medii usus, tum apud auctores passim, tum apud Matth. XXVII. 5. καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο: quod phrasi, quâ *Lucianus* in *Toxari* p. 618. utitur, expresseris istâ, ἀπῆγξε ἑαυτόν.

c Ἵετο ἐπ' αὐτὸν &c.] Verbo eodem ἐμφατικῷ ad impetum et ardorem animi exprimendum jam suprà adhibuit p. 41. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 254. et *Plutarch.* p. 1016. Artaxerxem à Cyro primùm in terram dejectum fuisse tradunt.

d Κτησίας ὁ &c.] Excerptas quasdam ex *Ctesiæ* scriptis historias servavit *Photius*; quas videre est hujus apud *Biblioth.* p. 107 et seq. edit. Rothom. 1653. Ibidem legas licet varia variorum auctorum de Cnidio illo testimonia: quibus addas *Plin.* N. H. l. 2. c. 106. et *Suid.* ad v. De medicis exercituum itinera comitantibus, vide K. Π. p. 77. Edit. Oxon. 1727.

e Ἀκοντίζει τὶς &c.] *Diodorus* etiam *Sic.* loco cit. Cyrum ὑπό τινος τῶν τυχόντων Περσῶν πληγέντα tradit. *Plutarch.* ex *Dione*, eum regis ipsius manu seu (ut alii) à Care quodam; ex *Ctesiâ*, à Caunio quodam (quod eodem ferè recidit) percussum cecidisse refert.

f Καὶ ἐνταῦθα μαχόμενοι &c.] Ità locum distinxit *Stephanus*. In aliorum editionibus στιγμὴ plena (quæ dicitur) perperam, opinor, ad ἑκατέρου ponitur. Cæterùm, casus nominativus more Attico hìc absolutè videtur adhibitus, pro μαχομένων καὶ βασιλέως καὶ Κύρου, καὶ τῶν &c. *Euripid.* itidem *Phœnis.* v. 292.

Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
Μαντεῖα σεμνὰ,——
Ἐν τῷ δ' ἐπεστράτευσεν Ἀργείων στόλος.

Ubi Scholiastes Σολοικοφανὲς, ait, τοῦτό ἐστιν. Ἔδει γὰρ εἰπεῖν, Μέλλοντος πέμπειν &c. Frustrà verò sunt interpretes *Euripidis*, qui hanc loquendi rationem ex Hebræo fonte fluxisse putârunt. Hujusmodi enim anacoluthα sunt apud elegantissimos auctores usitata. *Thucyd.* l. 6. in orat. Niciæ: πολλὴ γὰρ οὖσα (sc. στρατιὰ) οὐ πάσης ἔσται πόλεως ὑποδέξασθαι: pro πολλῆς γὰρ οὔσης, utì notat Scholiastes. *Ælian.* H. V. l. 7. c. 1. Ἀφικομένη δὲ (Semiramis) πρὸς τὸν τῶν Ἀσσυρίων βασιλέα, κλητὴ κατὰ κλέος τῆς ὥρας, ἰδὼν ἐντυχὼν τῷ ἀνθρώπῳ, ἠράσθη αὐτῆς. h. e. *cùm venisset* &c. Idem l. 10. c. 18. βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ &c. h. e. βουκολοῦντος &c. l. 13. c. 46. Ὕστερον δὲ ὁ παῖς, νεανίας γενόμενος, &c. *Polyæn.* l. 1. c. 18. Οἱ πολέμιοι τὸ λόγιον εἰδότες, κοινὸν αὐτοῖς ἦν παράγγελμα &c. pro τῶν πολεμίων εἰδότων &c. Idem l. 2. c. 2. Οἱ δὲ αὖ κατὰ τὸ μέσον πεδίον ὄντες, ὁπόσοι, &c. pro τῶν δὲ ὄντων &c. Vide et K. Π. p. 45. lin. penult. Edit. Oxon. 1727.

ἀπέθανον, Κτησίας λέγει· ([a] παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν) Κῦρος δὲ, αὐτός τε ἀπέθανε, [b] καὶ ὀκτὼ οἱ ἄριστοι τῶν περὶ αὐτὸν ἔκειντο ἐπ' αὐτῷ. [c] Ἀρταπάτης δὲ, ὁ πιστότατος αὐτῷ τῶν σκηπτούχων θεράπων, λέγεται, ἐπειδὴ εἶδε πεπτωκότα Κῦρον, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου, περιπεσεῖν αὐτῷ. Καὶ οἱ μέν φασι βασιλέα κελεῦσαί τινα ἐπισφάξαι αὐτὸν Κύρῳ· οἱ δὲ, ἑαυτὸν ἐπισφάξαι, σπασάμενον τὸν ἀκινάκην· εἶχε γὰρ χρυσοῦν. Καὶ στρεπτὸν δὲ ἐφόρει, καὶ ψέλλια, καὶ τὰ ἄλλα, [d] ὥσπερ οἱ ἄριστοι τῶν Περσῶν· ἐτετίμητο γὰρ ὑπὸ Κύρου [e] δι' εὔνοιάν τε καὶ πιστότητα.

Κῦρος μὲν οὖν οὕτως [f] ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ ὢν Περσῶν, τῶν

regem erant perierint, refert Ctesias: (nam apud illum *tunc temporis* erat) Cyrus et ipse mortem occubuit, et super ipsum octo ex stipatoribus ejus jacuêre præstantissimi. Artapates autem, fidelissimus ei inter sceptuchos minister, posteaquam Cyrum cecidisse vidit, ab equo cùm desiliisset, super eum procubuisse fertur. Et nonnulli tradunt regem cuidam præcepisse, hunc utì super Cyrum jugularet; alii, seipsum *eum* jugulâsse, stricto acinace: *acinacem* enim aureum habebat. Quin et torquem gestabat, et armillas, et alia, quemadmodùm Persarum præstantissimi *solent:* honore enim à Cyro ornatus erat, tum propter benevolentiam tum fidem.

Et sic quidem Cyrus finivit, qui vir inter Persas, ex consensu omnium

a Παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν] *Diodoro Sic.* l. 2. p. 118. auctore, Ctesias, *γενόμενος αἰχμάλωτος, διὰ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην ἀνελήφθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως.*

b Καὶ ὀκτὼ οἱ ἄριστοι τῶν &c.] Vide K. Π. p. 241. n. 1. et 242. n. 2. Edit. Oxon. 1727. De Xenophonteâ prælii hujus expositione sic *Plutarchus*, p. 1014. *Τὴν δὲ μάχην ἐκείνην πολλῶν μὲν ἀπηγγελκότων, Ξενοφῶντος δὲ μονονουχὶ δεικνύοντος ὄψει, καὶ τοῖς πράγμασιν, ὡς οὐ γεγενημένοις ἀλλὰ γινομένοις, ἐφιστάντος ἀεὶ τὸν ἀκροατὴν ἐν πάθει καὶ συγκινδυνεύοντα, διὰ τὴν ἐνάργειαν· οὐκ ἔστι νοῦν ἔχοντος ἐπεξηγεῖσθαι, πλὴν ὅσα τῶν ἀξίων λόγου* &c.

c Ἀρταπάτης δὲ, ὁ &c.] Vide K. Π. p. 509. Edit. Oxon. 1727. De Charo sic ferè *Q. Curt.* l. 8. c. 9. *Quem* (*sc.* amicum, cui nomen Alexander) *ut Charus jacentem conspexit, ruere in hostem omnium præter ultionem immemor cæpit; multosque hastâ, quosdam gladio interemit. Sed cùm tot unum incesserent manus, super amici corpus procubuit exanimis.*

d Ὥσπερ οἱ ἄριστοι τῶν &c.] Vide suprà p. 42. et 17. unde liquet, summo illum in honore habitum esse, cui hujusmodi ornamenta regis munere gestare licebat. Vide et K. Π. p. 19. 463. 578. et secundæ, quam ei præmisimus, Dissert. p. 51. Edit. Oxon. 1727.

e Δι' εὔνοιάν τε καὶ &c.] Servi erga dominum benevolentiam iisdem verbis designat *Lucianus* in *Bis. Accus.* p. 751. quâ de virtute Socratem cum Ischomacho egregiè disserentem inducit Xenophon in *Œconom.* ferè medio. Vide et K. Π. p. 182. Edit. Oxon. 1727. Meritò itaque Apostolus *εὔνοιαν* Eph. VI. 7. in servorum numerat officiis.

f Ἐτελεύτησεν,] Τελευτᾷν propriè sonat *finire, ad finem perducere.* Usus est hìc itaque Noster, et K. Π. p. 658. 659. Edit. Oxon. 1727. ellipsi (quam vulgaris recepit usus) accusativi *βίον:* cujus et exemplum videre est Luc. VII. 2. Eandem locutionem imitatur *Tacitus* Annal. l. 6. c. 50. *Sic Tiberius finivit, octavo &c.* Plenè dixit *Euripid.* Hec. v. 417. — *ποῖ τελευτήσω βίον;* Et *Isocrat.* in Panegyr. p. 72. edit. Steph. Cum casu genitivo legitur etiam apud Nostrum K. Π. p. 655.

[a] μετὰ Κῦρον τὸν ἀρχαῖον γενομένων, βασιλικώτατός τε καὶ ἄρχειν ἀξιώτατος, ὡς παρὰ πάντων ὁμολογεῖται τῶν [b] Κύρου δοκούντων ἐν πείρᾳ γενέσθαι. Πρῶτον μὲν γὰρ παῖς ἔτι ὢν, ὅτε ἐπαιδεύετο καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ καὶ τοῖς ἄλλοις παισὶ, πάντων πάντα κράτιστος ἐνομίζετο. [c] Πάντες γὰρ οἱ τῶν ἀρίστων Περσῶν παῖδες ἐν ταῖς βασιλέως θύραις παιδεύονται· ἔνθα πολλὴν μὲν [d] σωφροσύνην καταμάθοι ἄν τις, αἰσχρὸν δ' οὐδὲν οὔτε ἀκοῦσαι οὔτ' ἰδεῖν ἐστι. [e] Θεῶνται δ' οἱ παῖδες καὶ τοὺς τιμωμένους ὑπὸ βασιλέως καὶ ἀκούουσι, καὶ ἄλλους ἀτιμαζομένους· ὥστ' εὐθὺς παῖδες ὄντες μανθάνουσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι. Ἔνθα Κῦρος εὐμαθέστατος μὲν πρῶτον τῶν ἡλίκων ἐδόκει εἶναι, τοῖς τε πρεσβυτέροις καὶ τῶν ἑαυτοῦ ὑποδεεστέρων

ejus qui consuetudine usi fuissent, post Cyrum illum priscum ortos, maximè regiâ fuit indole ac imperio dignissimus. Primùm enim cùm puer adhuc esset, unáque cum fratre cæterísque pueris institueretur, omnium in omnibus præstantissimus habebatur. Nam omnes primorum Persarum *filii* regis ad portas educantur; ubi multam animadvertere possit aliquis modestiam, turpe verò quidquam nec audire est nec videre. Spectant autem pueri tum eos, qui honore à rege ornantur et audiunt, tum alios qui ignominiâ notantur: adeò ut statim à pueris et imperare discant et parere. Hìc Cyrus primùm visus est ex æqualibus maximè docilis, et senibus obedientior quàm vel ii,

Edit. ejusd. ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω: quod κατ' ἔλλειψιν dictum videtur, et hoc ferè modo supplendum: ἐπειδὰν, τὸ λοιπὸν τοῦ &c.

a Μετὰ Κῦρον τὸν &c.] Cujus mirificam virtutis indolem adfatim Noster in Κ. Π. Edit. Oxon. 1727. depinxit.

b Κύρου &c.] Vide p. 23. n. a. de nominis proprii repetitione: quâ *Cicero* usus est de Nat. D. l. 3. c. 34. *qui cùm — in fanum venisset Jovis Olympii, aureum ei detraxit amiculum, — quo Jovem ornârat — tyrannus Gelo.* De verbo δοκεῖν vide notata ad Κ. Π. p. 6. Edit. Oxon. 1727. *Thom. Magister:* Πεῖρα, ἡ ἐπιστήμη, ἡ ἐμπειρία, καὶ ἡ μετοχὴ καὶ ἀπόλαυσις. Porrò, ἐν τῷ ἔργῳ γίνεσθαι, i. e. *in opere versari*, apud *Æschin.* dial. 3. sect. 13. pariter atque ut hoc loco dicitur ἐν πείρᾳ γίνεσθαι, i. e. *esse participem, frui usu* alicujus; atque indè quali sit ingenio præditus, perspicere. Infrà l. 2. prope fin. rem eandem noster aliâ orationis expressit formâ: Κλέαρχος, ὁμολογουμένως ἐκ πάντων τῶν ἐμπείρως αὐτοῦ γενομένων.

c Πάντες γὰρ οἱ τῶν &c.] In iis nimirum Fori liberalis ἀρχείοις, de quibus consulenda est *Dissertatio* II. p. 45. Κ. Π. præmissa. Noster Κ. Π. p. 665. Edit. Oxon. 1727. Ἀλλά τοι καὶ τοὺς παῖδας τὸ μὲν παιδεύεσθαι ἐπὶ ταῖς θύραις, ἔτι διαμένει — Conf. p. 561. et 639. Vide sis etiam *Dissertat.* modò adpellatæ p. 50.

d Σωφροσύνην &c.] *Cicero* in Tusc. disp. l. 3. cap. 8. — *temperans, quem Græci* σώφρονα *adpellant, eámque virtutem* σωφροσύνην *vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem, adpellare, nonnunquam etiam modestiam.* Adi Κ. Π. p. 566, 567. Edit. Oxon. 1727.

e Θεῶνται δ' οἱ παῖδες καὶ τοὺς &c.] Lege Κ. Π. p. 556. et 666. et *Dissertat.* II. Κ. Π. præmissæ p. 45. Edit. Oxon. 1727.

μᾶλλον πείθεσθαι· ἔπειτα δὲ φιλιππότατος, καὶ τοῖς ἵπποις ἄριστα [a] χρῆσθαι. [b] Ἔκρινον δ' αὐτὸν καὶ τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἔργων, τοξικῆς τε καὶ ἀκοντίσεως φιλομαθέστατον εἶναι, καὶ μελετηρότατον. Ἐπεὶ δὲ [c] τῇ ἡλικίᾳ ἔπρεπε, καὶ [d] φιλοθηρότατος ἦν, καὶ πρὸς τὰ θηρία μέντοι φιλοκινδυνώτατος. Καὶ ἄρκτον ποτὲ [e] ἐπιφερομένην οὐκ ἔτρεσεν, ἀλλὰ συμπεσὼν κατεσπάσθη ἀπὸ τοῦ ἵππου· [f] καὶ

qui *ordine fortunâque* quàm ipse erant inferiores: deinde equorum studiosissimus, equísque uti *quàm* optimè *visus est*. *Iidem* eum etiam res ad bellum *spectantes*, sagittas emittendi *artem* jaculaque intorquendi cupidissimum esse discendi, et exercitationum *istiusmodi* tolerantissimum judicabant. Cùm verò *ejus id* ætati conveniret, et venandi studiosissimus erat, et promptissimus ad subeunda in feris invadendis pericula. Etiam ursam aliquando irruentem non extimuit, sed *cum eâ* congressus ab equo detractus est; et ea qui-

a Χρῆσθαι.] "Post χρῆσθαι, (*Stephani* sunt verba) "videtur deesse participium "aliquod, videlicet ἐπιστάμενος, aut δυνάμενος, aut hujusmodi quodpiam. Nisi "fortè ἄριστα mutandum putet aliquis in "ἄριστος: cui tamen vix adstipulari au"sim. Sed et subaudiendum esse ex "præced. verbum ἐδόκει dicere quis pos"sit." Hæc ille. Imò verò luce clarius est ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti debere verbum ἐδόκει: atque adeò vacillatione istâ haud opus erat. Rectè autem scribitur ἄριστα, quod hìc sumitur adverbialiter; utì passim fit in multis nominibus adjectivis, in numero plurali, genere neutro positis.

b Ἔκρινον &c.] Scil. ἄνθρωποι, Κύρου nimirum ἐν πείρᾳ γινόμενοι, utì Noster suprà pauló. Idem supplementum postulat Evangelistarum oratio. Matth. IX. 17. Οὐδὲ βάλλουσι &c. Luc. XII. 48. καὶ ᾧ παρέθεντο &c. *Ælian*. H. V. l. 3. c. 8. Πολλάκις γὰρ ἐκ τούτων ἐθαυμάζοντο &c. scil. ἄνθρωποι. Eâdem de ellipsi vide sis Cl. *Periz*. ad *Sanct*. *Min*. l. 4. c. 4. Cæterùm, in τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἔργων, intelligendum est ἡκόντων, vel aliud quodpiam hujusmodi participium. Plenè dixit *Æschin*. dial. 2. sect. 2. Ἔτι δὲ τἄλλα τὰ εἰς πλοῦτον ἥκοντα — i. e. *Insuper etiam alia ad divitias pertinentia*—

c Τῇ ἡλικίᾳ &c.] Vocis hujus potestas ad quamvis sanè pertinet ætatem; at ætatem peculiari quâdam ratione juvenilem denotat. *Phavorinus*: Ἡλικία, ἀντὶ τοῦ ἐν ἡλικίᾳ. (repono, ἀντὶ τοῦ οἱ ἐν ἡλικίᾳ) οἱ νέοι. *Suidas*: Ἡλικία τῆς πόλεως, ἀντὶ τοῦ οἱ ἐν ἡλικίᾳ, οἱ νέοι. *Harpocration*: Ἡλικίᾳ, ἀντὶ τοῦ ἐν ἡλικίᾳ οἱ νέοι. Legenda hæc et distinguenda ad eum modum, quem in repræsentandis *Phavorini* verbis tenuimus. Dicuntur autem εἶναι ἐν ἡλικίᾳ et οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ juvenes, qui firmatâ jam ætate florent. *Thucyd*. l. 7. haud procul fine ἡλικίας μετέχων, i. e. *Scholiaste* monente, νεότητος: quem apud auctorem haud pauca hujusmodi exempla reperire licet.

d Φιλοθηρότατος ἦν,] Nimirum venandi studium erat ἐκ τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἔργων. Vide sis K. Π. p. 13, 14. et quæ notavimus ad p. 567. Edit. Oxon. 1727.

e Ἐπιφερομένην &c.] Pari sensu atque elegantiâ Noster adhibet προσφερόμενον K. Π. p. 39. Edit. Oxon. 1727. καὶ ὡς εἶδεν ἐκ τοῦ ἐναντίου κάπρον προσφερόμενον, — utroque participio ex vi vocis mediæ propriè *se inferentem* sonante. Cæterùm, verbo τρεῖν inest quædam etiam *fugiendi* significatio. *Hesych*. Τρέσαι, φυγεῖν, φοβηθῆναι. Τρεσάντων, φοβηθέντων· ἢ διὰ δέος φυγόντων. *Suidas*: Τρέσας, ἀντὶ τοῦ φυγὼν, φοβηθεὶς, δειλιάσας.

f Καὶ τὰ μὲν ἔπαθεν, &c.] Scil. τραύματα. *Phavorinus*: Ὠτειλὴ, κυρίως μὲν τραῦμα, τὸ ἐκ τοῦ οὐτάσαι — διαφέρει δὲ οὐλῆς ὠτειλὴ, ὅτι ὠτειλὴ μὲν, αὐτὸ τὸ τραῦμα· οὐλὴ δὲ, τύλος ἢ τύπος θεραπευθέντος τοῦ τραύματος. Similiter *Ammonius*: Ὠτειλὴ καὶ Οὐλὴ διαφέρει· Ὠτειλὴ μὲν γάρ ἐστι τὸ πρόσφατον τραῦμα, παρὰ τὸ οὐτᾶσθαι· Οὐλὴ δὲ, ἡ ὑγιασμένη σάρξ ἐκ τραύματος παλαιοῦ. Sensum tamen posteriorem hunc

τὰ μὲν ἔπαθεν, ὧν καὶ τὰς ὠτειλὰς φανερὰς εἶχε, τέλος δὲ κατέκτανε· καὶ τὸν πρῶτον μέντοι βοηθήσαντα πολλοῖς μακαριστὸν εἶναι ἐποίησεν.

[a] Ἐπεὶ δὲ κατεπέμφθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς σατράπης Λυδίας τε καὶ Φρυγίας τῆς μεγάλης, καὶ Καππαδοκίας, στρατηγὸς δὲ καὶ πάντων ἀπεδείχθη, οἷς καθήκει εἰς Καστωλοῦ πεδίον ἀθροίζεσθαι, πρῶτον μὲν [b] ἐπέδειξεν αὐτὸν, ὅτι περὶ πλείστου ποιοῖτο, [c] εἴ τῳ σπείσαιτο, καὶ εἴ τῳ συνθεῖτο, καὶ εἴ τῳ ὑπόσχοιτό τι, μηδὲν ψεύδεσθαι. Καὶ γὰρ οὖν ἐπίστευον μὲν αὐτῷ αἱ πόλεις ἐπιτρεπόμεναι, ἐπίστευον δ' οἱ ἄνδρες· καὶ εἴ τις πολέμιος ἐγένετο, σπεισαμένου Κύρου ἐπίστευε μηδὲν ἂν παρὰ τὰς [d] σπονδὰς παθεῖν. Τοιγαροῦν ἐπεὶ Τισσαφέρνει ἐπολέμησε, [e] πᾶσαι αἱ πόλεις ἑκοῦσαι Κῦρον εἵλοντο ἀντὶ Τισσαφέρνους, πλὴν Μιλησίων· οὗτοι δὲ, ὅτι οὐκ ἤθελε τοὺς φεύγοντας προέσθαι, ἐφοβοῦντο αὐτόν.

dem passus est *vulnera*, quorum cicatrices habebat manifestas, tandem verò *feram* occidebat: atque ut illum, qui *tum ei* primus opem tulit, beatum prædicarent multi certè fecit.

Posteaquam autem à patre Lydiæ, Phrygiæ magnæ et Cappadociæ satrapa *constitutus, ac eò* deductus est; et *eorum* etiam omnium, quorum ad officium pertinebat in Castoli planitiem convenire, designatus est præfectus, primùm demonstravit, plurimi se facere, si *quis esset fortè* quocum fœdus iniisset, si *quid* cum aliquo constituisset, si cui aliquid pollicitus esset, fraude malâ nihil agere. Itaque ergò civitates ipsi commissæ, fidem *ipsi* habebant, habebant et *ipsi* viri fidem: et si quis extitisset hostis, fœdus ubi Cyrus *cum eo* pactus esset, nihil præter pacta passurum *se* confidit. Quapropter posteaquam bellum adversùs Tissaphernem movisset, civitates omnes, præter Milesios, ultro Tissapherni Cyrum prætulerunt; hi verò, quòd exules deserere nollet, eum metuebant. Etenim tum reapse, tum verbis declaravit, nun-

voci ὠτειλὴ tribuit hoc loco Xenophon. Sic *Plutarchus* Quæst. Rom. p. 276. Ad quæstionem Διὰ τί τοὺς παραγγέλλοντας ἀρχὴν, ἔθος ἦν ἐν ἱματίῳ τοῦτο ποιεῖν ἀχίτωνας; — respondet, ὅτι τοὺς ἀξίους ἀρχῆς, οὐ γένεσιν, οὐδὲ χρήμασιν, οὐδὲ δόξαις, ἀλλὰ τραύμασι καὶ ὠτειλαῖς ἔκρινον. *Hesych.* Ὠτειλαὶ, τραύματα, οὐλαί.

a Ἐπεὶ δὲ κατεπέμφθη] Vide suprà p. 2.

b Ἐπέδειξεν αὐτὸν, ὅτι &c.] Vide scripta p. 69. n. d.

c Εἴ τῳ σπείσαιτο, καὶ εἴ τῳ συνθεῖτο,] Adpositè *Ammon.* Σπονδαὶ καὶ Συνθῆκαι διαφέρει· Σπονδαὶ μὲν γὰρ, ὡς ἐκ πολέμου συντίθενται πρὸς ἀλλήλους, ἃς ἀναγράφονται, ἐφ' οἷς διακρίνονται· οἷον συντιθέμενοι μὴ πολεμήσειν, μηδ' ἀδικήσειν ἀλλήλους. Συντίθενται δὲ εἰρήνην καὶ φιλίαν πρὸς ἀλλήλους, καὶ τὸ παρὰ ταύτας προτιθὲν, ἀρχὴ γίνεται πολέμου. *Suidas:* Σπένδομαι — τὸ φιλιοῦσθαι, οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰς ἐπὶ τῶν πολεμίων συμβάσεις.

d Σπονδὰς] *Suidas:* Σπονδὴ, οἴνου ἔκχυσις ἐπὶ τιμῇ τῶν δαιμόνων· ἢ φιλίᾳ· nimirum, propterea quòd libationibus utebantur ii, qui amicitiam inter se et fœdera pangebant.

e Πᾶσαι αἱ πόλεις &c.] Vide suprà p. 3. et 7.

Καὶ γὰρ ἔργῳ ἐπεδείκνυε, καὶ ἔλεγεν, ὅτι οὐκ ἄν ποτε προεῖτο, ἐπεὶ ἅπαξ αὐτοῖς φίλος ἐγένετο, οὐδ' εἰ ἔτι μὲν μείους γένοιντο, ἔτι δὲ καὶ κάκιον πράξειαν. Φανερὸς δ' ἦν, καὶ εἴ τις ἀγαθὸν ἢ κακὸν ποιήσειεν αὐτὸν, νικᾷν πειρώμενος· καὶ εὐχὴν δέ τινες αὐτοῦ ἐξέφερον, ὡς εὔχοιτο τοσοῦτον χρόνον ζῆν, ἔς τε νικῴη καὶ τοὺς εὖ καὶ τοὺς κακῶς ποιοῦντας [a] ἀλεξόμενος. Καὶ γὰρ οὖν πλεῖστοι δὴ [b] αὐτῷ ἐνί γε ἀνδρὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν, ἐπεθύμησαν καὶ χρήματα, καὶ πόλεις, καὶ τὰ ἑαυτῶν σώματα [c] προέσθαι.

Οὐ μὲν δὴ οὐδὲ τοῦτ' ἄν τις εἴποι, ὡς τοὺς κακούργους καὶ ἀδίκους εἴα καταγελᾷν, ἀλλ' ἀφειδέστατα πάντων ἐτιμωρεῖτο. [d] Πολλάκις δ' ἦν ἰδεῖν παρὰ τὰς στειβομένας

quam se *eos* destituturum, posteaquam amicus iis extitisset, nè si pauciores quidem etiam forent, et verò etiam fortunâ magis adversâ uterentur. Præætereà palàm ad superandos eos adnitebatur, quicunque ipsum *vel* beneficiis adfecissent vel injuriis: nonnulli etiam votum ejus extulerunt, optare se ut tamdiu viveret, donec et *eos* qui benè, et qui malè de ipso meriti essent, vicem *cujusque meritis* rependendo vinceret. Itaque ergò uni huic ex omnibus ætatis nostræ hominibus plurimi et opes, et urbes, et corpora sua in fidem tradere cupiebant.

Neque hoc quidem dixerit quisquam, quòd improbos ac sceleratos *sibi* illudere sineret, sed in eos severissimè animadvertit. Ac sæpenumerò tritis

a Ἀλεξόμενος.] *Hesych.* Ἀλέξασθαι, ἀμῦναι, βοηθῆσαι. Ἀλέξησις, βοήθεια, καὶ ἀντίτισις. Ità *Phavorinus* etiam: *Suidas:* Ἀλεξόμενον· ἀμυνοῦντα· τὸν κακῶν ἄρξαντα. Subjicit hæc tandem: Εὔχετο δὲ ὁ Κῦρος τοσοῦτον ὑπερζῆν, ἔς τε νικῴη τοὺς εὖ καὶ κακῶς ποιοῦντας ἀλεξόμενος. Quæ cùm ex hoc loco Xenophontéo deprompta sint, ad ejus exemplar exigi debent et restitui.

b Αὐτῷ ἐνί γε ἀνδρὶ] Ità rectè legit *Stephanus;* cùm alii exhibent αὐτῶν. quod in αὐτῷ mutandum monuit etiam *Muretus.* Porrò, de phrasi ἐνί γε ἀνδρὶ, Nostro perquam familiari, diximus K. Π. p. 582. n. 2. Edit. Oxon. 1727. Similiter scribit *Thucyd.* l. 1. ferè medio: — καὶ ὄχλῳ, ὅσος οὐκ ἐν ἄλλῳ ἐνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστί. i. e. *et hominum multitudine, quanta quidem in nullo alio, uno duntaxat, est Græciæ loco.*

c Προέσθαι.] *Hesych.* Προέσθαι, προδοῦναι. quâ notione verbum illud paulò suprà — ὅτι οὐκ ἤθελε τοὺς φεύγοντας προέσθαι, — adhibuit Xenophon. Hìc autem valet, *tradere in potestatem, permittere arbitrio* &c. Sic K. Π. p. 332. Edit. Oxon. 1727. — διὰ δὲ τὸ μηδένα αὐτοῖς ἐθελήσειν προέσθαι μήτε χρήματα πολλὰ, μήτε &c.

d Πολλάκις δ' ἦν ἰδεῖν &c.] Istiusmodi nimirum suppliciis eos, morte quos haud statim multandos censuerant, Persæ coërcere solebant. *Q. Curt.* l. 5. c. 5. *Jámque haud procul urbe* (Persepoli) *erant, cùm miserabile agmen, inter pauca fortunæ exempla memorandum, regi* (Alexandro) *occurrit. Captivi erant Græci ad quatuor millia ferè, quos Persæ vario suppliciorum modo adfecerant: alios pedibus, quosdam manibus, auribúsque amputatis, inustísque barbararum literarum notis, in longum sui ludibrium reservaverant.* Similiter *Diodor. Sic.* de Græcis istis Alexandro obviam venientibus, l. 17. p. 542. ἀπήντησαν αὐτῷ — ἠκρωτηριασμένοι πάντες, οἱ μὲν χεῖρας, οἱ δὲ πόδας, οἱ δὲ ὦτα καὶ ῥῖνας. *Justin.* l. 11. c. 14. *Ammian. Marcel.* l. 27. c. 12. et l. 30. c. 8.

ὁδοὺς, καὶ ποδῶν καὶ χειρῶν καὶ ὀφθαλμῶν στερουμένους ἀνθρώπους· ὥστε ἐν τῇ τοῦ Κύρου ἀρχῇ ἐγένετο, καὶ Ἕλληνι καὶ βαρβάρῳ μηδὲν ἀδικοῦντι ἀδεῶς πορεύεσθαι, ὅποι τις ἤθελεν, ἔχοντι ὅ, τι προχωροίη. Τοὺς μέντοιγε ἀγαθοὺς εἰς πόλεμον ὡμολόγητο διαφερόντως τιμᾷν. Καὶ πρῶτον μὲν ἦν αὐτῷ πόλεμος πρὸς Πεισίδας καὶ Μυσούς· στρατευόμενος οὖν καὶ αὐτὸς εἰς ταύτας τὰς χώρας, οὓς ἑώρα [a] ἐθέλοντας κινδυνεύειν, τούτους καὶ ἄρχοντας ἐποίει ἧς κατεστρέφετο χώρας, καὶ ἄλλοις δώροις ἐτίμα· ὥστε φαίνεσθαι τοὺς μὲν ἀγαθοὺς, εὐδαιμονεστάτους, τοὺς δὲ κακοὺς, δούλους τούτων ἀξιοῦσθαι εἶναι. Τοιγαροῦν πολλὴ ἦν [b] ἀφθονία τῶν ἐθελόντων κινδυνεύειν, ὅπου τις οἴοιτο Κῦρον αἰσθήσεσθαι.

[c] Εἰς γεμὴν δικαιοσύνην, εἴ τις αὐτῷ φανερὸς γένοιτο [d] ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος, περὶ παντὸς ἐποιεῖτο [e] τούτους

in viis cernere erat homines pedibus, manibus, oculis privatos: adeò ut *iis in locis* Cyrus ubi imperaret, *cuivis* tam Græco quàm barbaro iniqui nihil patranti securè liceret iter facere, quocunque vellet *eorum* aliquis, *cùm* quidquid *tandem ipsi* commodum esset haberet. Bellicâ quidem certè virtute præditos eximiis *omnium* consensu honoribus ornabat. Ac primùm contra Pisidas et Mysos bellum gessit: et cùm ipse quidem exercitum in expeditionem adversùs regiones istas educeret, quos ultro se in belli offerre discrimina videbat, eos cùm agri, quem suam in ditionem redegerat, præfectos constituebat, tum aliis ornabat præmiis? adeò ut viri fortes palàm essent beatissimi, ignavi verò digni, qui his servirent, haberentur. Quapropter magna erat illorum copia, qui discrimina adire vellent, ubi quis animadversurum id Cyrum arbitraretur.

Quod verò ad justitiam attinet, si quem suæ factis probandæ palàm cupidum animadverteret, ipsi antiquissimum erat illos locupletiores reddere iis,

a Ἐθέλοντας] Editio *Steph.* exhibet ἐθελοντὰς, &c. Vide quæ de eâdem scripturâ diximus p. 51. n. a. Hìc certè vulgata rectè se habet lectio, cùm mox sequatur τῶν ἐθελόντων &c.

b Ἀφθονία τῶν &c.] In vet. quibusdam libris legitur ἀφθονία οὕτω τῶν &c. Sed pro οὕτω libens reposuerim αὐτῷ. quod MS. Eton. præfert.

c Εἰς γεμὴν δικαιοσύνην,] Locutio videtur elliptica, hunc in modum supplenda: Τὸ γεμὴν εἰς δικαιοσύνην ἧκον, vel ἀνῆκον, &c. Similia ferè extat ellipsis Luc. XIV. 28.—τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν; et 32. τὰ πρὸς εἰρήνην. scil. ἀνήκοντα. Vide *Budæi* Comm. L. Gr. p. 553. 1040. Confer quæ paulò suprà notavi ad phrasin τῶν εἰς τὸν πόλεμον, scil. ἡκόντων vel ἀνηκόντων: utì plenè scripsit *Dionys. Hal.* A. R. l. 5. sect. 69.

d Ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος,] *Scil.* τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην. Absolutè etiam, seu potiùs ellipticè dixit *Ælian.* H. V. l. 9. c. 36. Ψάλτης Ἀντιγόνῳ ἐπεδείκνυτο. scil. τὴν τέχνην· utì planè loquutus est idem l. 2. c. 27. Confer *Theophrast.* περὶ ἀρετῆς. sub fin. necnon *Budæi* Comm. L. G. p. 683.

e Τούτους] Suprà modò à plurativo ad singularem numerum transierat oratio: ἀφθονία τῶν ἐθελόντων κινδυνεύειν, εἴ τις &c.

πλουσιωτέρους ποιεῖν τῶν ἐκ τοῦ ἀδίκου φιλοκερδούντων. Καὶ γὰρ οὖν ἄλλα τε πολλὰ δικαίως αὐτῷ [a] διεχειρίζετο, [b] καὶ στρατεύματι ἀληθινῷ ἐχρήσατο. Καὶ γὰρ στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ οὐ χρημάτων ἕνεκα πρὸς ἐκεῖνον ἔπλευσαν, ἀλλ' ἐπεὶ ἔγνωσαν κερδαλεώτερον εἶναι Κύρῳ καλῶς πειθαρχεῖν, ἢ τὸ κατὰ μῆνα κέρδος. Ἀλλὰ μὴν [c] εἴ τις γέ τι αὐτῷ προστάξαντι καλῶς ὑπηρετήσειεν, [d] οὐδενὶ πώποτε ἀχάριστον εἴασε τὴν προθυμίαν. Τοιγαροῦν κράτιστοι δὴ ὑπηρέται παντὸς ἔργου Κύρῳ ἐλέχθησαν γενέσθαι. Εἰ δέ τινα ὁρῴη δεινὸν ὄντα οἰκονόμον ἐκ τοῦ δικαίου, καὶ [e] κατα-

qui ex injustitiâ lucrum avidè captarent. Itaque cùm alia multa justè ab ipso administrabantur, tum exercitum habebat verum. Etenim duces et cohortium præfecti non pecuniæ causâ ad illum navigabant, sed quod esse fructuosius existimarent, Cyro dicto rectè audientes esse, quam menstruum lucrum. At si quis certè quidem ipsi, cùm quid imperâsset, pulchrè navâsset operam, nullius unquam animi alacritatem munere carere patiebatur. Quapropter in rebus omnibus Cyro *qui aderant* administri, præstantissimi sanè fuisse perhibentur. Quòd si quem justâ ratione rem familiarem administrandi

jam verò vice versâ singularem excipit numerus plurativus. Vide omnino p. 31. n. a.

a Διεχειρίζετο] *Hesych.* Διαχειρίζεται, φονεύει: Sic et *Phavorinus:* quorum apud utrumque διαχειρίζει exponitur διοικεῖ: at verbum hoc παθητικῶς eo sensu sumptum non agnoscunt. Conjunxit etiam διαχειρίζω et διαχειρίζομαι *J. Poll.* l. 5. *segm.* 156. tanquam eâdem potestate prædita; eo saltem discrimine intellecto, quod media inter et activa verba observandum est. Hìc verò loci διεχειρίζετο passivè accipiendum videtur: nisi quis sensum ei vocis mediæ reciprocum tribuere malit, atque adeò αὐτῷ redundare censeat.

b Καὶ στρατεύματι ἀληθινῷ] De eo sæpè sumitur ἀληθινὸν, nomini suo quod respondet, et reverà tale est, quale dici solet: opponitúrque *fictitio*, sive ei, quod *speciem* tantùm rei habet. Sic *Ælian.* H. V. l. 2. c. 3. ἀληθινὸν ἵππον opponit τῷ ἐν τῇ εἰκόνι. Eodem sensu adhibetur apud *Lucian.* in *Lucio* p. 649. 651. Pari modo Θεὸς dicitur ἀληθινὸς 1 Thess. I. 9. atque adeò opponitur τοῖς μὴ φύσει θεοῖς, sive τοῖς εἰδώλοις, i. e. *diis Ethnicorum fictitiis.* Ità Christus, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, dicitur ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, 1 Joh. V. 20. ubi ὁ ἀληθινὸς Θεὸς opponitur τοῖς εἰδώλοις v. 21. memoratis. Confer Joh. XVII. 3. Similiter ἀρχηγὸς οὗτος τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ὁ εὐλογητὸς, Joh. I. 9. adpellatur τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, tanquam qui verè talis sit; quíque adeò inter alios omnes, id quibus aliquando nominis contigerit, unus supra contentionis modum eminent.

c Εἴ τις γέ τι &c.] Ità ex MSto Eton. adsentiente *Æ. Porro*, restituimus locum, qui antehac, in editis libris, quos vidi, omnibus, præferebat εἴ τις γέ τοι &c. Fatendum tamen est voculæ τι ellipsin satis esse usitatam.

d Οὐδενὶ &c.] Hanc scripturam exhibent MS. Eton. atque edit. *Ald.* et *Steph.* In aliis perperam legitur οὐδὲν πώποτε &c.

e Κατασκευάζοντα] *Tho. Magister*, Κατασκευάζω, τὸ ἐργάζομαι: quod κατ' ἐξοχὴν sonat τὸ γεωργικῶς ποιεῖσθαι, interprete *Eustathio* sub fin. Il. ζ. cui fidem facit auctorum consensus. Hìc, opinor, denotat partim adparatum σκευῶν παντοίων, οἷς γῆ τι ἐργάζεται, καὶ καρποὶ συγκομίζονται, utì loquitur *Dionys. Hal.* A. R. l. 8. sect. 87. partim ejusmodi rerum omnium dispositionem, quæ ad commodum regionis esset idonea.

σκευάζοντά τε ἧς ἄρχοι χώρας, καὶ [a] προςόδους ποιοῦντα, [b] οὐδένα ἂν πώποτε ἀφείλετο, [c] ἀλλὰ καὶ πλείω προςεδίδου· ὥςτε καὶ ἡδέως [d] ἐπόνουν, καὶ θαῤῥαλέως ἐκτῶντο, καὶ ἃ πέπατο αὖ τις, ἥκιστα Κῦρον ἔκρυπτεν· οὐ γὰρ φθονῶν τοῖς φανερῶς πλουτοῦσιν ἐφαίνετο, ἀλλὰ πειρώμενος χρῆσθαι τοῖς τῶν ὑποκρυπτομένων χρήμασι. Φίλους γεμὴν ὅσους ποιήσαιτο, καὶ εὔνους γνοίη ὄντας, καὶ ἱκανοὺς κρίνειε συνεργοὺς εἶναι ὅ, τι τυγχάνει βουλόμενος κατεργάζεσθαι, ὁμολογεῖται πρὸς πάντων κράτιστος δὴ γένεσθαι θεραπεύειν. [e] Καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο· οὗπερ αὐτὸς ἕνεκα φίλων ᾤετο δεῖσθαι, ὡς συν-

peritum esse, ac eam cui præesset regionem instruere ac reditus facere videret, *fortunas* huic neutiquam adimere voluit, sed etiam plura tribuebat; adeò ut illi et libenter labores perferrent, et fidenter *bona* compararent, et quæ quispiam possideret, *ea* Cyrum minimè celaret: nec enim iis, qui palam opulenti erant, invidere videbatur, sed illorum uti pecuniis conari, qui *eas* occultarent. Amicos quidem certè quoscunque *sibi* adjungeret, ac benevolos esse animadverteret, judicarétque idoneos esse ad id, quidquid *tandem* esset, quod confici vellet, adjutores, obsequiis omnes consentiunt eum demerendi fuisse peritissimum. Etenim *quod ad* hoc ipsum *attinet*, cujus gratiâ ipse

a Προςόδους ποιοῦντα,] *Alteri* scil. sive in usum (non *suum*, sed) *ejus*, cui ὑπεύθυνος erat; tanquam τῶν προςόδων ἀποδεικτὴρ, utì noster ait K. Π. p. 557. Edit. Oxon. 1727. non κύριος: de quo si verba fierent, legeremus, opinor, προςόδους ποιησάμενον. Vide suprà p. 26. n. b. Eodem ferè modo Latini scriptores verbum *facio* adhibeut, quo Noster hìc loci ποιῶ. Vide *Nep.* in vitâ *Chabr.* sect. 2. Eund. in *Epamin.* sect. 3. et *Horat.* 1. Ep. 1. v. 65.

b Οὐδένα ἂν πώποτε ἀφείλετο,] Scil. ταύτην τὴν χώραν: quâ constructione usus est Noster K. Π. p. 309. Edit. Oxon. 1727. τὸν μόνον μοι καὶ φίλον παῖδα ἀφείλετο τὴν ψυχήν. *Tho. Magister*: Ἀφαιροῦμαι συντάσσεται ἀπὸ γενικῆς εἰς αἰτιατικὴν, καὶ ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς γενικὴν, καὶ ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς αἰτιατικὴν, καὶ ἀπὸ δοτικῆς εἰς αἰτιατικήν. Cæterùm, pro ἀφείλατο, quod hactenus legebatur, libens admonitu tum loci K. Π. Edit. ejusd. modò adlati, tum *Æ. Porti*, ἀφείλετο reposui.

c Ἀλλὰ καὶ πλείω &c.] De eodem Noster in *Œconom.* Λέγεται δὲ καὶ Κῦρός ποτε, — εἰπεῖν τοῖς ἐπὶ τὰ δῶρα κεκλημένοις· ὅτι αὐτὸς ἂν δικαίως τὰ ἀμφοτέρων δῶρα λαμβάνοι, (scil. καὶ τῶν πολέμῳ ἀγαθῶν, καὶ τῶν κατασκευαζόντων τὰς χώρας ἄριστα·) κατασκευάζειν τε γὰρ ἄριστος εἶναι ἔφη χώραν, καὶ ἀρήγειν τοῖς κατεσκευασμένοις. Hìc non sine emphasi dicitur πλείω προςεδίδου. *Schol.* in *Aristoph.* ἱππ. v. 37. πλεονάζουσι καὶ ἐλλείπουσι ταῖς προθέσεσιν Ἀττικοί. Confer quæ suprà notavimus p. 26. ad v. προς. αιτοῦσι. At verò ἐμφατικωτάτην præpositionis redundantiam videre est 1 Thess. III. 10. νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ δεόμενοι &c. i. e. *vehementissimè*, *etiam atque etiam*, *maximoperè orantes* &c.

d Ἐπόνουν, &c.] De subitâ numeri mutatione, vide suprà p. 77. n. e.

e Καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο,] Hæc ipsa formula est elliptica, quâ sacri sæpè utuntur auctores; quæque nonnihil interpretibus eorum negotii facessivit. En exempla! Matth. XII. 36. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον &c. ubi cum casu quarto intelligas oportet præpos. κατὰ, locúmque adeò vertas: *Dico autem vobis* ad *omne verbum otiosum* quod attinet, &c. 1 Cor. X. 16. Τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία &c. ad *panem* quod attinet, &c. 2 Pet. I. 5. Καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, &c. Adde huc Matth. XXI. 42. Joh. VI. 39. Act. X. 36. Eph. IV. 15.

εργοὺς ἔχοι, καὶ αὐτὸς ἐπειρᾶτο συνεργὸς τοῖς φίλοις κράτιστος εἶναι τούτου, ὅτου ἕκαστον αἰσθάνοιτο ἐπιθυμοῦντα.

Δῶρα δὲ πλεῖστα μὲν, οἶμαι, [a] εἷς γε ἀνὴρ ὢν, ἐλάμβανε [b] διὰ πολλά· ταῦτα δὲ δὴ πάντα μάλιστα τοῖς φίλοις [c] ἐδίδου, πρὸς τὸν τρόπον ἑκάστου σκοπῶν, καὶ ὅτου μάλιστα ὁρῴη ἕκαστον δεόμενον. Καὶ ὅσα τῷ σώματι αὐτοῦ κόσμον πέμποι τὶς, ἢ ὡς [d] εἰς πόλεμον, ἢ ὡς εἰς καλλωπισμὸν, καὶ περὶ τούτων λέγειν αὐτὸν ἔφασαν, ὅτι τὸ μὲν ἑαυτοῦ σῶμα οὐκ ἂν δύναιτο τούτοις πᾶσι κοσμηθῆναι, [e] φίλους δὲ καλῶς κεκοσμημένους, μέγιστον κόσμον ἀνδρὶ νομίζοι. [f] Καὶ τὸ μὲν τὰ μεγάλα νικᾷν τοὺς φίλους εὖ ποιοῦντα, οὐδὲν θαυμαστὸν, ἐπειδή γε καὶ δυνατώτερος ἦν· τὸ δὲ τῇ ἐπιμελείᾳ περιεῖναι τῶν φίλων, καὶ τῷ προθυμεῖσθαι χαρίζεσθαι, ταῦτα μᾶλλον ἔμοιγε δοκεῖ ἀγαστὰ εἶναι. Κῦρος γὰρ [g] ἔπεμπε βικοὺς οἴνου ἡμιδεεῖς πολλάκις, ὁπότε πάνυ ἡδὺν

amicis *sibi* opus esse existimabat, *nimirum* ut ad res gerendas adjutores haberet, etiam ipse conabatur amicis egregius esse ad id *omne* adjutor, quidquid *tandem* cupere quemque persentisceret.

Muneribus plurimis, opinor equidem, unus ipse multas ob causas cumulatus est: ea verò omnia potissimùm amicis, considerato cujusque ingenio, et quo quemque maximè videret egere, largiebatur. Ac de iis etiam, quæcunque *ei* ad ornatum corporis ipsius mitteret aliquis, vel ad bellum *idonea*, vel ad cultum splendidiorem, dicere *solitum* tradunt, non posse suum corpus omnibus his ornari, sed amicos præclarè ornatos se maximo homini ornamento ducere. Et magnis quidem beneficiis quòd amicos vinceret, nihil mirum *erat*, cùm esset sanè potentior: at quòd curâ gratificandíque *ipsis* studio superabat amicos, hæc verò mihi quidem potiùs admiranda videntur. Nam *ad eos* sæpè Cyrus doliola vini semiplena mittebat, quoties suave admodùm

a Εἷς γε ἀνὴρ ὢν,] Vide suprà p. 76. n. b.

b Διὰ πολλὰ] Scil. αἴτια. quod deest etiam nomen Act. IV. 21. — μηδὲν εὑρίσκοντες (scil. αἴτιον) τὸ &c. Confer Luc. XXIII. 14.

c Ἐδίδου.] *Muretus* legit διεδίδου. quod monuisse sat erit.

d Εἰς πόλεμον, ἢ &c.] Scil. ἧκον vel ἀνῆκον. Vide sis p. 77. n. c.

e Φίλους δὲ καλῶς &c.] Vide scripta ad Κ. Π. p. 584. n. 3. Edit. Oxon. 1727. Cæterùm, pro κοσμηθῆναι MS. Eton. dat κοσμῆσαι; rectè, opinor; nisi malis ἑαυτοῦ in αὐτοῦ cum *Stephano* mutare.

f Καὶ τὸ μὲν τὰ μεγάλα &c.] Quod idem immutatâ paulùm phrasi de Cyro maj. Noster enuntiavit Κ. Π. p. 581. Edit. Oxon. 1727. Καὶ τῷ μὲν δὴ μεγέθει δώρων ὑπερβάλλειν, πλουσιώτατον ὄντα, οὐ θαυμαστόν· τῇ δὲ θεραπείᾳ καὶ τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν φίλων βασιλεύοντα περιγίγνεσθαι, τοῦτο ἀξιολογώτερον.

g Ἔπεμπε βικοὺς &c.] Eâ nimirum de causâ, quam expressit Κ. Π. p. 574. Edit. Oxon. 1727. ὡς εὐεργέτημα ἀνθρώποις πρὸς ἀλλήλους οὐδέν ἐστιν ἀπὸ τῆς αὐτῆς δαπάνης ἐπιχαριτώτερον, ἢ σίτων καὶ ποτῶν μετάδοσις. Vide sis Dissertat. II. Κ. Π. præmissam p. 50. Edit. ejusd. et auctoribus ibi citatis adde *Heraclidis* frag. quod apud *Athen.* l. 4. c. 10. extat. De mensurâ βικῶν consule *Indicem*. Βικὸς autem interdum etiam παροξυτονεῖται.

λάβοι, λέγων ὅτι οὔπω δὴ [a] πολλοῦ χρόνου τούτου ἡδίονι οἴνῳ ἐπιτύχοι· [b] τοῦτο οὖν σοι ἔπεμψε, καὶ δεῖταί σου τοῦτον ἐκπιεῖν τήμερον σὺν οἷς μάλιστα φιλεῖς. Πολλάκις δὲ χῆνας ἡμιβρώτους ἔπεμπε, καὶ ἄρτων ἡμίσεα, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, [c] ἐπιλέγειν κελεύων τὸν φέροντα, Τούτοις ἥσθη Κῦρος· βούλεται οὖν καὶ σὲ τούτων [d] γεύσασθαι. Ὅπου δὲ χιλὸς [e] σπάνιος πάνυ εἴη, αὐτὸς δ' ἐδύνατο παρασκευάσασθαι διὰ τὸ πολ-

nactus esset, dicens se jam à longo tempore vinum suavius non adeptum esse: quamobrem illud tibi *Cyrus* misit, téque rogat ut illud hodiè cum iis quos maximè diligis ebibas. Sæpenumerò semesos etiam anseres mittebat, et partes panum dimidias, et hujus generis alia, cùm addere juberet eum, *hæc* qui ferret, Cyrus his delectatus est; quapropter te quoque vult hæc gustare. Ubi pabuli admodùm exiguum esset, *quod* ipse tamen comparare posset, ut-

a Πολλοῦ χρόνου] Scil. διὰ πολλοῦ &c. Vide suprà p. 26. n. d.

b Τοῦτο οὖν σοι ἔπεμψε, &c.] De transitu ab obliquâ rectam in orationem vide suprà p. 24. n. b. Verùm hoc loco egregiæ notandum venit ellipseos exemplum: nam post ἔπεμψε requiritur ἔφη vel ἔλεγεν ὁ φέρων, seu aliud quoddam ejusmodi supplementum. Non est itaque cur quisquam solœcismorum aut linguæ Hellenisticæ somniet ineptias, cum in N. T. textu duæ pluresve voces omissæ videantur. Haud aliam enim ad sensûs ἐντέλειαν opem scriptorum sacrorum oratio poscit, quàm et Græcorum τῶν ἔξω præstantissima exemplaria. Luc. IX. 13. legitur, Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον· Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύες, εἰ μή τι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράζωμεν &c. scil. οὐ δυνάμεθά τι αὐτοῖς διδόναι, εἰ μὴ &c. Joh. I. 8. Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός, scil. εἰς τὸν κόσμον ἦλθε, utì plenè loquitur c. XII. v. 46. 1 Joh. II. 19. Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν, scil. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον. Marc. XIV. 49. — καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. Ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. supple ex Matth. XXVI. 56. Ἀλλὰ τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα &c. 1 Tim. I. 3. καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ — ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν μηδὲ προσέχειν μύθοις &c. supple, οὕτω καὶ νῦν παρακαλῶ.

c Ἐπιλέγειν] *Munus* nimirum, *quod poterit*, *verbis* quasi *ornare*; utì Comicus. Eodem verbo composito usus est ad rem eandem exprimendam Κ. Π. p. 23. Edit. Oxon. 1727. Ἐνταῦθα δὴ τὸν Κῦρον — διαδιδόναι τοῖς ἀμφὶ τὸν πάππον θεράπουσιν ἐπιλέγοντα &c. Eâdem operâ monet hic locu s, minimè contemnendam esse *Mureti* conjecturam de reponendo διδίδου pro ἐδίδου.

d Γεύσασθαι.] Profanos apud Græciæ scriptores γεύεσθαι significare *cibum capere*, *vesci*, non *gustare* tantùm, jam olim viri eruditi ad Act. X. 10. XX. 11. adnotârunt. Eandem vim hìc etiam verbum istud obtinere videtur: cùm vix consentâneum sit, qui tanta misit fercula, qui vinum epotum voluit, eum suis illa degustanda solùm, non item comedenda, dedisse. Falsus est itaque *Vorstius*, qui ad Act. X. 10. phrasin se Hebraïcam deprehendisse putavit.

e Σπάνιος πάνυ εἴη] Ità edit. *Steph.* et *Leunclav.* Sed lectionem longè aliam exhibent MS. Eton. et edit. *Ald.* Ὅπου δὲ χιλὸς σπάνιος δυνατὸς εἴη, &c. Unde Cl. *Arnaud* Xenophontem scripsisse autumat σπάνιος δυνατῶς. δυνατῶς, inquit, significat *valdè*, idémque valet quod πάνυ. Vellem exempla protulisset. *Hesych.* quidem Δυνατῶς exponit ἰσχυρῶς, γενναίως, ἀσφαλῶς. Idem adverbium *J. Poll.* l. 4. segm. 24. iis adnumerat, quæ de rhetore adhiberi debent. Originem lectionis MS. Eton. et edit. *Ald.* neque fas neque tanti est hariolando indagare: ea tamen, quin corrupta sit, et quam recepimus, sincera, vix

λοὺς ἔχειν ὑπηρέτας, καὶ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν, διαπέμπων ἐκέλευε τοὺς φίλους τοῖς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἄγουσιν ἵπποις ἐμβάλλειν τοῦτον τὸν χιλὸν, ὡς μὴ πεινῶντες τοὺς ἑαυτοῦ φίλους ἄγωσιν. Εἰ δὲ δή ποτε πορεύοιτο, καὶ πλεῖστοι μέλλοιεν ὄψεσθαι, προσκαλῶν τοὺς φίλους ἐσπουδαιολογεῖτο, ὡς δηλοίη οὓς τιμᾷ· ὥςτε ἔγωγε, ἐξ ὧν ἀκούω, οὐδένα κρίνω ὑπὸ πλειόνων πεφιλῆσθαι, οὔτε Ἑλλήνων οὔτε βαρβάρων. Τεκμήριον δὲ τούτου καὶ τόδε· [a] παρὰ μὲν Κύρου, δούλου ὄντος, οὐδεὶς ἀπῄει πρὸς βασιλέα· [b] πλὴν Ὀρόντας ἐπεχείρησε· (καὶ οὗτος δὲ, ὃν ᾤετο πιστόν οἱ εἶναι, ταχὺ αὐτὸν εὗρε Κύρῳ φιλαίτερον, ἢ ἑαυτῷ) παρὰ δὲ βασιλέως πολλοὶ πρὸς Κῦρον ἀπῆλθον, ἐπεὶ πολέμιοι ἀλλήλοις ἐγένοντο· καὶ οὗτοι μέντοι, οἱ μάλιστα ὑπ' αὐτοῦ ἀγαπώμενοι, νομίζοντες, παρὰ Κύρῳ ὄντες ἀγαθοὶ, ἀξιωτέρας ἂν τιμῆς τυγχάνειν, ἢ παρὰ βασιλεῖ. Μέγα δὲ τεκμήριον καὶ τὸ ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ βίου αὐτῷ γενόμενον, ὅτι καὶ αὐτὸς ἦν ἀγαθὸς, καὶ κρίνειν ὀρθῶς ἐδύνατο τοὺς πιστοὺς καὶ εὔνους καὶ βεβαίους. [c] Ἀποθνήσ-

pote qui multos habebat ministros, *cuique id* curæ erat, dimittebat qui hortarentur amicos, ut equis, ipsorum qui vehebant corpora, pabulum objicerent, nè *illi* amicos suos fame confecti veherent. Quòd si aliquando iter faceret, ac complures *se* spectaturi essent, arcessitis amicis gravibus de rebus sermonem habebat, ut quos honore dignaretur significaret: adeò ut neminem equidem, sive Græcorum sive barbarorum, de quibus fando accepi, a pluribus amatum fuisse judico. Hujus *rei* hoc quoque argumentum est: *quòd* à Cyro, *alieno* qui *imperio* subjectus erat, ad regem nemo defecerit; *unum* extra Orontam *id qui facere* conatus est: (sed et ipse *rex*, quem sibi fidelem esse existimabat, eum protinùs Cyro, quàm sibi, amiciorem reperit) à rege verò multi ad Cyrum transierunt, posteaquam hostili alter in alterum animo esse cœpit; et quidam ii, qui maximè illi in amore erant, futurum existimantes ut apud Cyrum, si strenuos sese præberent, honorem *virtutis suæ* digniorem, quàm apud regem, consequerentur. Magnum et illud argumentum, quod in fine vitæ ipsi accidit, tum ipsum fuisse bonum, tum rectè seligere potuisse fideles, benevolos, constantes. Nam cùm vitam amitteret, omnes apud eum

dubito. Voces easdem conjunxit Noster Κ. Π. p. 21. Edit. Oxon. 1727. *καὶ ἰδεῖν ἵππον πάνυ σπάνιον ἦν.*

a Παρὰ μὲν Κύρου &c.] Eadem tam de Cyro quàm de Artaxerxe tradit Noster in *Œconom.* Cæterùm, de voce δοῦλος, quam de Cyro adhibet, vide scripta p. 33. Dissertat. II. quam nostra præfert. Κ. Π. Edit. Oxon. 1727.

b Πλὴν Ὀρόντας] Vide p. 47. et seq. et p. 70. n. e. Porrò οὗτος satis commodè ad regem refertur: atque adeò nullum hìc extat nominativi absoluti exemplum, ut aliquando cum *Raphelio* ad Luc. XXI. 6. putaveram.

c Ἀποθνήσκοντος γὰρ &c.] Noster in *Œconom.* Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἡγοῦμαι μέγα τεκμήριον ἄρχοντος ἀρετῆς εἶναι, ᾧ ἂν ἑκόντες

κοντος γὰρ αὐτοῦ, πάντες οἱ παρ' αὐτὸν φίλοι καὶ συντράπεζοι μαχόμενοι ἀπέθανον ὑπὲρ Κύρου, πλὴν Ἀριαίου· οὗτος δὲ τεταγμένος ἐτύγχανεν ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ τοῦ ἱππικοῦ ἄρχων· ὡς δ' ᾔσθετο Κῦρον πεπτωκότα, ἔφυγεν ἔχων καὶ τὸ στράτευμα πᾶν, οὗ ἡγεῖτο.

[a] Ἐνταῦθα δὴ Κύρου ἀποτέμνεται ἡ κεφαλὴ καὶ χεὶρ ἡ δεξια Βασιλεὺς δέ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, διώκων εἰσπίπτει εἰς τὸ Κύρειον στρατόπεδον· καὶ οἱ μὲν μετὰ Ἀριαίου οὐκέτι ἵστανται, ἀλλὰ φεύγουσι διὰ τοῦ αὐτῶν στρατοπέδου εἰς τὸν [b] σταθμόν, ἔνθεν ὥρμηντο· (τέτταρες δὲ ἐλέγοντο παρασάγγαι τῆς ὁδοῦ εἶναι) βασιλεὺς δέ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τά τε ἄλλα πολλὰ διαρπάζουσι, [c] καὶ τὴν Φωκαΐδα τὴν Κύρου παλλακίδα, τὴν σοφὴν καὶ καλὴν λεγομένην εἶναι, λαμβάνει. Ἡ δὲ Μιλησία ἡ νεωτέρα, ληφθεῖσα ὑπὸ τῶν

amici et mensæ participes pro Cyro pugnantes mortem oppetierunt, *unum* extra Ariæum: is in lævo fortè *aciei cornu* constitutus erat *copiarum* equestrium præfectus; ut autem cecidisse Cyrum intellexerat, fugam cum exercitu, cui præerat, toto capessebat.

Ibi tum Cyri caput manúsque dextra abscissa est. Rex cum suis hostes dum persequitur, in castra incidit Cyriana: nec jam quidem ampliùs Ariæi subsistunt copiæ, sed per castra sua stationem ad *illam*, unde *paulò antè* discesserant, fugiunt: (quatuor autem itineris *spatium* parasangas longum esse ferebatur) rex, et qui cum eo erant, tum alia multa diripiunt, tum etiam Cyri concubinam *patriâ* Phocæensem, quæ sapiens et elegans adpellabatur, *ille* capit. At Milesia natu minor *altera*, ab iis qui circa re-

ἴσωνται, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς παραμένειν ἐθέλωσιν. Ἐκείνῳ δὲ (Cyro) καὶ οἱ φίλοι ζῶντί τε συνεμάχοντο, καὶ ἀποθανόντι συναπέθανον πάντες περὶ τὸν νεκρὸν μαχόμενοι, πλήν γε Ἀριαίου· Ἀριαῖος δ' ἔτυχεν ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ κέρατι τεταγμένος. Vide sis K. Π. p. 484. Edit. Oxon. 1727. Hic *Diodoro Sic.* l. 14. p. 254. est Ἀριδαῖος. Ubi ex Xenophonte et Plutarcho libens reposuerim Ἀριαῖος.

a Ἐνταῦθα δὲ Κύρου ἀποτέμνεται &c.] A Mesabate, regis eunucho, atque ex lege quâdam Persarum; auctore *Plutarcho* p. 1019 et 1017. Cæterùm, θάνατος iste, utì Noster lib. 2. extr. ait, κάλλιστος ἐδόκει εἶναι.

b Σταθμὸν, ἔνθεν ὥρμηντο·] Sic ex conjecturâ rescripsi. MS. Eton. ἔνθα ὡρμῶντο. cùm editi libri, quos vidi, omnes exhibeant ἐν ᾧ ὥρμηντο. Conjecêre tamen viri docti lectionem alii aliam huc revocandam esse; *Stephanus*, ἐξ οὗ ὥρμηντο, vel ἔνθεν ὥρμηντο: *Leunclav.* ἔνθα ὡρμῶντο: *Muretus* ἐν ᾧ ὥρμουν. Exemplum τοῦ ἔνθεν significantis *unde*, quoniam quidem nobis invidêre Lexicographi, unum alterúmve proferre libet. *Herodot.* l. 2. c. 142. καὶ ἔνθεν νῦν ἀνατέλλει, (sol) ἐνθαῦτα δὶς καταδῦναι. Noster utramque vocem conjungit *Hist.* Gr. l. 6. ferè medio, ἔθεντο τὰ ὅπλα κατὰ χώραν, ἔνθεν ὥρμηντο — Idem infrà — ἐπάνειμι ἔνθεν &c.

c Καὶ τὴν Φωκαΐδα τὴν &c.] De quâ, nomine Aspasia, *Ælian.* V. H. l. 12. c. 1. copiosè, et narrationi Xenophontéæ çonvenienter. Cui addendus est *Plutarchus* p. 1024.

ἀμφὶ βασιλέα, ἐκφεύγει γυμνὴ [a] πρὸς τῶν Ἑλλήνων, οἳ ἔτυχον ἐν τοῖς σκευοφόροις ὅπλα ἔχοντες· καὶ ἀντιταχθέντες, πολλοὺς μὲν τῶν διαρπαζόντων ἀπέκτειναν, [b] οἱ δὲ καὶ αὐτῶν ἀπέθανον· οὐ μὴν ἔφυγόν γε, ἀλλὰ καὶ ταύτην ἔσωσαν, καὶ τἄλλα [c] ὅσα ἐντὸς αὐτῶν, καὶ χρήματα καὶ ἄνθρωποι, ἐγένοντο, πάντα [d] ἔσωσαν. Ἐνταῦθα διέσχον ἀλλήλων βασιλεύς τε καὶ οἱ Ἕλληνες, ὡς τριάκοντα στάδια, οἱ μὲν διώκοντες τοὺς καθ' ἑαυτούς, [e] ὡς πάντας νικῶντες· [f] οἱ δὲ ἁρπάζοντες, ὡς ἤδη πάντες νικῶν-

gem erant capta, nuda effugit ad Græcos, qui armati apud impedimenta fortè steterunt: quíque cùm acie instructâ restitissent, multos interfecerunt ex iis qui *castra* diripiebant, atque de ipsorum etiam numero nonnulli interiêre: neque tamen fugæ se dederunt, sed et *mulierem* istam salvam præstabant, ac alia quæcunque intùs habebant, tum facultates tum homines, omnia conservabant. Ibi rex atque Græci inter se stadia circiter triginta distabant, cùm hi oppositos sibi *hostes* insequerentur, quasi qui universos vicissent; illi *obvia quæque* raperent, quasi jam universi victoriam essent

a Πρὸς τῶν Ἑλλήνων,] *Muretus* legendum monet πρὸς τὸν τῶν Ἑλλήνων, ut intelligas σταθμόν: eundem accusativum ex præcedentibus ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum, et pro τῶν substituendum τὸν, censuit etiam *Stephanus*. Ex mente *Porti* subauditur τὸ στρατόπεδον. Intelligas velim suo cum articulo σταθμόν: nisi malis τὸν στρατὸν seu τὸ στράτευμα, quæ passim deficere solent.

b Οἱ δὲ] Vide suprà p. 68. n. c.

c Ὅσα ἐντὸς αὐτῶν, &c.] Pronomen hoc, γνώμην ἐμὴν, ab ὅσα, non ἐντὸς, pendet; quod et alibi sæpè sine casu ponitur: atque adeò sententia plenè prolata sic se habuerit, ὅσα ἐντὸς τὰ ἴδια αὐτῶν κτήματα &c. Itaque non adsentior viris eruditis, qui alteram illam constructionem amplexi, similiter hìc ἐντὸς αὐτῶν dici, atque Luc. XVII. 21. ἐντὸς ὑμῶν, i. e. *inter* vel *apud vos*, existimârunt. Porrò, cum ἐντὸς intelligendum videtur τοῦ στρατοπέδου vel τοῦ σταθμοῦ, pro ἐν τῷ στρατοπέδῳ &c. adeò ut locutionem evangelistæ atque ἐντὸς, cum nomine per ellipsin suppresso, rite, opinor, contenderis.

d Ἔσωσαν.] Ipsum hoc jam modò præcessit verbum; cujus tamen non est cur quisquam repetitionem gravetur. Eodem, quod ad compositionis rationem attinet, exemplo scripsit Noster Κ. Π. p. 93. Edit. Oxon. 1727. Καὶ σφόδρα μὲν ἐν τοῖς μουσικοῖς τὰ νέα καὶ ἀνθηρὰ εὐδοκιμεῖ, πολὺ δὲ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς μᾶλλον τὰ καινὰ μηχανήματα εὐδοκιμεῖ. Et p. 150. καὶ τῷ δευτέρῳ ἐκέλευσε ταὐτὰ τοῦτον παραγγεῖλαι, καὶ διὰ πάντων οὕτω παραδιδόναι ἐκέλευσε. Plura id genus exempla congessit Cl. *Wopkens* in *Tullian. Lect.* ubi luculenter ostendit, ex iteratis in eâdem sententiâ verbis, alterum immeritò delendum censuisse de Cicerone cæteroquin optimè meritos editores. Similiter 1 Cor. I. 18. verbum ἐστὶ, et ver. 27. ἐξελέξατο bis poni videre est.

e Ὡς πάντας &c.] Ineunte libro secundo legitur, — ἐλθόντες οἱ Ἕλληνες ἐκοιμήθησαν, οἰόμενοι πάντα νικᾶν. Unde hoc etiam loco πάντα νικῶντες legi rectè posse conjecit *Stephanus*. Sed et πάντας, quod libri omnes repræsentant, commodè retineri posse nemo negaverit.

f Οἱ δὲ ἁρπάζοντες,] Scil. βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ut suprà modó: vel ut mox infrà loquitur, βασιλεὺς σὺν στρατεύματι. Participium autem illud plurativum ad ea, quæ cum voce βασιλεὺς sunt intelligenda, refertur: nec alia videtur structuræ ratio 1 Tim. II. 15. ubi nomini singulari γυνὴ, verba itidem primò ipsi numero congruentia, discrepans deinde μείνωσι subjungi, videre est. Statuamus itaque oportet, posterius hoc verbum πάσας γυναῖκας, sub γυνὴ voce νοουμένας, respicere.

τες. Ὡς δὲ ᾔσθοντο οἱ μὲν Ἕλληνες, ὅτι βασιλεὺς σὺν στρατεύματι ἐν τοῖς σκευοφόροις εἴη, βασιλεὺς δ' αὖ ἤκουσε Τισσαφέρνους, ὅτι οἱ Ἕλληνες νικῷεν τὸ καθ' ἑαυτοὺς, καὶ εἰς τὸ πρόσθεν οἴχοιντο διώκοντες, ἐνταῦθα δὴ [a] βασιλεὺς μὲν ἀθροίζει τοὺς ἑαυτοῦ, καὶ συντάττεται· ὁ δὲ Κλέαρχος ἐβουλεύετο, Πρόξενον καλέσας (πλησιαίτατος γὰρ ἦν) εἰ πέμποιέν τινας, ἢ πάντες ἴοιεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀρήξοντες.

Ἐν τούτῳ βασιλεὺς πάλιν δῆλος ἦν προσιὼν, ὡς ἐδόκει, ὄπισθεν. Καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες [b] συστραφέντες παρασκευάζονται, ὡς [c] ταύτῃ προσιόντες καὶ δεξόμενοι· ὁ δὲ βασιλεὺς ταύτῃ μὲν οὐκ ἦγεν, ᾗ δὲ παρῆλθεν ἔξω τοῦ εὐωνύμου κέρατος, ταύτῃ καὶ ἀπήγαγεν, ἀναλαβὼν καὶ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτομολήσαντας, καὶ Τισσαφέρνην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Ὁ γὰρ Τισσαφέρνης ἐν τῇ

adepti. Verùm ubi Græci regem cum exercitu esse apud impedimenta cognôrunt, et rex de Tissapherne audierat, Græcos aciem sibi oppositam vicisse, ac *eam* insequendi causâ ulteriùs progredi, tum verò suos rex colligit instruítque: Clearchus autem, vocato *ad se* Proxeno, (nam *ei* proximus erat) utrùm quosdam mitterent, deliberabat, an omnes *potiùs* ad castra defendenda pergerent.

Intereà rex iterùm palàm accedebat, utì videbatur, à tergo. Ac Græci quidem conglobati, ut hâc *parte, quâ facturus impetum videbatur, ipsum* adirent exciperéntque, sese comparant: at rex *suos* eâ non ducebat, sed quâ lævum ultra cornu processerat, eâ etiam abduxit, receptis *ad se* iis, qui ad Græcos in prælio transfugerant, et cum suis etiam Tissapherne. Nam Tissaphernes primo in congressu non fugerat, sed ad flumen ipsum cum equi-

a Βασιλεὺς] Jam tertiùm in eâdem hâc periodo occurrit. Quo moniti exemplo modestiam discant fastidiosi isti dictionis, quâ Evangelistæ usi sunt et Apostoli: nec auriculas sequantur adeò, ut durum nescio quid absonúmve in oratione N. T. sacrâ passim sese audire somnient. Cæterùm, pro τὸ καθ' ἑαυτοὺς *Steph.* legendum censet, τοὺς καθ' &c. Sed utroque modo suprà locutus est Noster: vide p. 69. Cum articulo neutro βαρβαρικὸν ritè intelligas, βαρβάρους cum masculino.

b Συστραφέντες] Et, *Hesychio* interprete, συναλισθέντες. *Phavorinus:* συστρέφονται οἱ στρατιῶται, ἐπειδὰν ὑπὸ τῶν πολεμίων σκεδασθέντες αὖθις παρακαλῶσι στρέφεσθαι. De militibus dicitur, qui sese colligunt conglobántque ad impressionem validiùs faciendam; metaphorâ ab animalibus ductâ, quæ ad pugnam sese dum parant, συστρέφονται. *J. Poll.* l. 5. segm. 168. Συστρέψαι, συνελκύσαι, συναγαγεῖν, συναθροῖσαι, συσπειράσθαι, tanquam synonyma recenset. Atque ità quidem primum illud verbum exponere solet *Scholiastes* Thucydideús.

c Ταύτῃ] Supple μερίδι: quod mox iterum ac tertiùm intelligendum est nomen, nisi malis ὁδῷ.

πρώτῃ συνόδῳ οὐκ ἔφυγεν, ἀλλὰ διήλασε καὶ παρὰ τὸν ποταμὸν κατὰ τοὺς Ἕλληνας πελταστάς· διελαύνων δὲ κατέκτανε μὲν οὐδένα, διαστάντες δὲ οἱ Ἕλληνες ἔπαιον καὶ ἠκόντιζον [a] αὐτούς. Ἐπισθένης δὲ Ἀμφιπολίτης ἦρχε τῶν πελταστῶν, καὶ ἐλέγετο φρόνιμος γενέσθαι. Ὁ οὖν Τισσαφέρνης ὡς μεῖον ἔχων ἀπηλλάγη· εἰς δὲ τὸ στρατόπεδον ἀφικόμενος τῶν Ἑλλήνων, ἐκεῖ συντυγχάνει βασιλεῖ, καὶ ὁμοῦ δὴ πάλιν συνταξάμενοι ἐπορεύοντο. Ἐπεὶ δ' ἦσαν κατὰ τὸ εὐώνυμον τῶν Ἑλλήνων κέρας, ἔδεισαν οἱ Ἕλληνες μὴ προσάγοιεν πρὸς τὸ κέρας, καὶ περιπτύξαντες ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς [b] διακόψειαν· καὶ ἐδόκει αὐτοῖς ἀναπτύσσειν τὸ κέρας, καὶ [c] ποιήσασθαι ὄπισθεν τὸν ποταμόν. [d] Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐβουλεύοντο, [e] καὶ δὴ βασιλεὺς [f] παραμειψάμενος εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα, κατέστησεν ἐναντίαν τὴν φάλαγγα, [g] ὥσπερ τὸ πρῶτον μαχούμενος συνῄει. Ὡς δὲ εἶδον

tatu penetrârat adversùs Græcos peltastas: *eò* dum perequitabat, neminem quidem interfecit, verùm Græci datâ hinc illinc viâ consistentes ejus cædebant copias et jaculis feriebant. Peltastarum præfectus erat Episthenes Amphipolitanus, *vir*, utì ferebatur, prudens. Itaque Tissaphernes ut inferior discessit; cúmque Græcorum ad castra pervenisset, in regem ibi fortè incidit, atque adeò simul *utriusque* instructâ rursùs acie *illinc* proficiscebantur. Ac ubi ad lævum Græcorum cornu adfuissent, verebantur Græci nè cornu invaderent, atque ipsos utrinque circumveniendo hinc indè cæderent; quare visum est ipsis *ità* cornu explicare, ut à tergo flumen haberent. Hoc dum illi capiunt consilii, rex continuò phalangis formâ in eandem, *quam priùs habuit*, permutatâ, *eam*, utì primùm ad pugnam conserendam accesserat, exadversùm *hostem* constituit. Cùm autem Græci *eos* et in propinquo

a Αὐτούς] Scil. *Tissaphernem* καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, quæ ex præcedentibus repetenda sunt. Vide scripta p. 31. n. a. et p. 77. n. c.

b Διακόψειαν· καὶ &c.] MS. Eton. κατακόψειαν· recte, opinor. Nam crebriùs Noster sensu loco huic congruenti verbum hoc adhibet. Suprà p. 46. νομίζετε ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἐμέ τι κατακεκόψεσθαι, &c. p. 70. Ἔνθα δὴ Κῦρος δείσας μὴ ὄπισθεν γενόμενος κατακόψῃ τὸ &c. Porrò, καὶ quæ proximè sequitur particula, hìc valet *itaque*, *igitur*, *quare:* quomodo verti debet Act. VII. 34. X. 5. XIII. 11. XXII. 16. Sic infrà paulò Noster: Καὶ ὁ Λύκιος ἤλασε &c.

c Ποιήσασθαι] Lege p. 29. n. b.

d Ἐν ᾧ δὲ &c.] Scil. χρόνῳ. Sic Joh. V. 7. ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι &c. Vide p. 64. n. *f.*

e Καὶ δὴ] *Muretus* legit ἤδη. Sed nil mutandum. *Phavorinus:* Καὶ δὴ, ἀντὶ τοῦ ἤδη. Similiter *Hesychius.* Sic *Aristoph.* in *Pluto* v. 227. Καὶ δὴ βαδίζω.

f Παραμειψάμενος &c.] Æquè ac κατέστησεν, respicit τὴν φάλαγγα. Eâdem infrà paulò structurâ utitur: Ὁ οὖν Κλέαρχος οὐκ ἀνεβίβαζεν ἐπὶ τὸν λόφον, ἀλλ' ὑπὸ αὐτὸν στήσας τὸ στράτευμα. ubi vox postrema refertur et ad ἀνεβίβαζεν et ad στήσας.

g Ὥσπερ τὸ πρῶτον μαχούμενος &c.] *Leunclavius* sic locum distinguit et legendum censet, τὴν φάλαγγα, ὥσπερ τὸ πρῶτον, καὶ μαχούμενος &c. atque adeò vertit, — *ad pristinam formam — reductâ pha-*

οἱ Ἕλληνες ἐγγύς τε [a] ὄντας καὶ παρατεταγμένους, αὖθις [b] παιανίσαντες ἐπῄεσαν πολὺ ἔτι προθυμότερον, ἢ [c] τοπρόσθεν. Οἱ δ' [d] αὖ βάρβαροι οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' ἐκ πλείονος, ἢ τοπρόσθεν, ἔφευγον· οἱ δ' ἐπεδίωκον μέχρι κώμης τινός· ἐνταῦθα δὲ ἔστησαν οἱ Ἕλληνες· ὑπὲρ γὰρ τῆς κώμης [e] γήλοφος ἦν, ἐφ' οὗ ἀνεστράφησαν οἱ ἀμφὶ βασιλέα· πεζοὶ μὲν οὐκέτι, τῶν δὲ ἱππέων ὁ λόφος ἐνεπλήσθη· [f] ὥστε τὸ ποιούμενον μὴ γιγνώσκειν. [g] Καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾷν ἔφασαν, ἀετόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ πέλτης, [h] ἐπὶ ξυστοῦ ἀνατεταμένον.

et instructos esse cernerent, rursùm pæana ubi cecinerant, multò etiam alacriùs, quàm anteà, *eos* invadebant. *Horum* barbari non excipiebant impetum, sed effusiùs, quàm anteà, fugam capiebant: *quos* Græci ad vicum quendam persequuntur; ubi demùm subsistunt: nam supra vicum collis quidam erat, in quo se convertebant ii, qui circa regem erant; *in quibus* pedites quidem non erant, sed equitibus impletus erat collis; adeò ut quid ageretur haud scire esset. Signum etiam regium videre *se* dicebant, auream quandam aquilam in peltâ, super hastâ extensam.

longe adversus constitit, jámque pugnaturus accessit. Sed auctoris ille mentem non adsecutus est: quæ tamen ex vulgatâ lectione atque interpunctione sponte exoritur.

a Ὄντας καὶ παρατεταγμένους,] Scil. regem suâ cum phalange. Consule p. præced. n. a.

b Παιανίσαντες] Lege p. 67. n. b.

c Τοπρόσθεν] Vide p. 50. n. c.

d Αὖ] *Phavorinus:* Αὖ, πάλιν, αὖθις· Ἀττικοὶ πολλάκις κατὰ πλεονασμὸν προσφέρουσιν· ὡς πολλαχοῦ ἐστιν εὑρεῖν παρὰ Ἀριστοφάνει.

e Γήλοφος] Pro quo mox λόφος plus vice símplici usurpatur. *Moschopulus:* Λόφος, πᾶν τὸ ἀνεστηκὸς, καὶ ἐξέχον. *Phavorinus:* Λόφος, τὸ περικεφαλαίας ἄκρον, καὶ γῆς ἀνάστημα. Ab utroque Γήλοφος exponitur, ὁ ὑψηλὸς τόπος. Minùs generale posterius est nomen, quippe quòd τὰ ὀρεινὰ præcipuè denotat ἀναστήματα: cùm illud ex *Moschopuli* interpretatione rectè intellexeris. Utramque vocem pariter adhibuit *Arrian*. l. 1. c. 6.

f Ὥστε τὸ ποιούμενον μὴ γιγνώσκειν.] Supple τοὺς Ἕλληνας, ex orationis serie.

g Καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον &c.] Noster Κ. Π. p. 472. Edit. Oxon. 1727. ἦν δ' αὐτῷ (Cyro) τὸ σημεῖον, ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος. ubi vide notata. Insignis est MSti Eton. glossa hæc: δηλονότι, ὁ μὲν ἀετὸς ἐπὶ πέλτῃ ἐπεποίητο ἴσως, ἡ πέλτη δὲ ξύλῳ τι ἐπέκειτο. *Thom. Magister:* Πέλτη, ἡ ἀσπὶς ἡ ἴτυν οὐκ ἔχουσα. quocum consentit *Ammonius*.

h Ἐπὶ ξυστοῦ &c.] Reposui ex conjecturâ: cùm priùs alii libri ἐπὶ ξύλον, alii ἐπὶ ξύλου exhiberent. *Leunclavius* ἐπὶ πέλτης in ἐπὶ παλτοῦ mutanda, et ἐπὶ ξύλου tanquam scholion delenda, vel in marginem rejicienda censuit. Lene magìs, nec leve forsan, est quod adhibui remedium. Peltæ, opinor, imposita erat aquila, cui veluti pedibus insistebat: deinde ipsa cum insigni regio palta hastæ, in quâ sublimis gestaretur, erat adfixa. *Suidas:* Ξυστόν· δορύλλιον, ἀκόντιον, καὶ τὸ τέλειον δόρυ. Ἀρριανός. Τὰ σημεῖα τῆς ἐπιλέκτου στρατιᾶς ἀετοὶ, εἰκόνες βασίλειοι, στέμματα, πάντα χρυσᾶ, ἀνατεταμένα ἐπὶ ξυστῶν ἠργυρωμένων. *J. Poll.* l. 1. seg. 136. simul enumerat Λόγχη, ξυστὸς (repone ξυστὸν, quam et emendationem postulat *Ammonius* ad v.) κάμαξ, ἀκόντιον — δόρυ. *Phavorinus:* Ξυστοῖς, ἀκοντίοις. Ξυστὸν, τῷ δόρατι ἐπικείμενον. Λάμβανεταί ποτε αὐτὸ μόνον ἁπλῶς ἐπὶ δόρατος. Ex his constat locutiones, ἀετος ἐπὶ δόρατος apud Κ. Π. Edit. Oxon. 1727. loco cit. et ἀετὸς ἐπὶ ξυστοῦ ἀνατετα-

Ἐπεὶ δὲ καὶ [a] ἐνταῦθα ἐχώρουν οἱ Ἕλληνες, λείπουσι δὴ καὶ τὸν λόφον οἱ ἱππεῖς· οὐ μέντοι ἔτι ἀθρόοι, ἀλλ' ἄλλοι ἄλλοθεν· ἐψιλοῦτο δ' ὁ λόφος τῶν ἱππέων· τέλος δὲ καὶ πάντες ἀπεχώρησαν. Ὁ οὖν Κλέαρχος οὐκ ἀνεβίβαζεν ἐπὶ τὸν λόφον, ἀλλ' ὑπὸ αὐτὸν στήσας τὸ στράτευμα, πέμπει Λύκιον τὸν Συρακούσιον καὶ ἄλλον ἐπὶ τὸν λόφον, καὶ κελεύει κατιδόντας τὰ ὑπὲρ τοῦ λόφου, τί ἐστιν ἀπαγγεῖλαι. Καὶ ὁ Λύκιος ἤλασε, καὶ ἰδὼν ἀπαγγέλλει ὅτι φεύγουσιν ἀνὰ κράτος. [b] Σχεδὸν δ' ὅτε ταῦτα ἦν, καὶ ἥλιος ἐδύετο. Ἐνταῦθα δ' ἔστησαν οἱ Ἕλληνες, [c] καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα ἀνεπαύοντο· καὶ ἅμα μὲν ἐθαύμαζον, ὅτι οὐδαμοῦ Κῦρος φαίνοιτο, οὐδ' ἄλλος ἀπ' αὐτοῦ οὐδεὶς παρήει· οὐ γὰρ ᾔδεσαν αὐτὸν τεθνηκότα, ἀλλ' εἴκαζον ἢ διώκοντα οἴχεσθαι, ἢ καταληψόμενόν τι [d] προεληλακέναι· καὶ αὐτοὶ ἐβουλεύοντο, εἰ αὐτοῦ μείναντες τὰ σκευοφόρα ἐνταῦθα ἀγάγοιντο, ἢ ἀπίοιεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Ἔδοξεν

Cùm autem Græci huc etiam tenderent, deserunt quoque collem equites; non sanè copiis jam confertis, sed alii ex aliâ parte: nudabatúrque adeò equitatu collis; tandem etiam omnes discessêre. Clearchus quidem non *continuò* copias in collem promovit, sed iis sub ipso collocatis, Lycium Syracusanum cum alio *quodam* mittit, atque imperat, ut speculati quæ *essent* in colle, quomodo se habeant *ipsi* renuntiarent. Itaque Lycius *in eum* adequitavit, et cùm *omnia* vidisset, fugere *hostes* totis viribus renuntiat. *Jam*que *adeò*, cùm hæc gererentur, sol propemodùm occidebat. Atque hìc Græci substiterunt, et sub armis conquiescebant: simul mirabantur, Cyrum nusquam adparuisse, nec alium ab ipso quenquam adfuisse; neque enim mortuum eum esse nôrant, sed vel insequendis *hostibus intentum* abiisse, vel ad occupandum aliquid provectum esse conjiciebant: ipsique *adeo* consultabant, num illic commorati impedimenta eò adducerent, an ad castra discederent.

μένος apud hunc locum, inter se optimè convenire, atque adeò eâdem de re satìs esse commodè adhibitas.

a Ἐνταῦθα] Vide p. 6. n. b.

b Σχεδὸν δ' ὅτε ταῦτα ἦν, καὶ &c.] Similiter loquutus est *Hist. Gr.* l. 6. sub init. Σχεδὸν δὲ περὶ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἐκ Θετταλίας ἀφικνεῖται &c. Utrobique verò redundat καὶ, perinde atque Luc. II. 21. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα &c. ubi καὶ posteriore loco imperitè prorsùs in quibusdam MSS. omittitur. Optimè *Phavorinus:* Καὶ, ὁ σύνδεσμος περιττὸς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, καὶ τούτου μυρία παραδείγματά ἐστιν εὑρεῖν.

c Καὶ θέμενοι τὰ &c.] Hæc *J. Cæsaris* ferè verbis, quæ l. 1. B. C. c. 42. extant, reddidi: neque enim Græcos vel *arma deposuisse*, vel *posuisse castra*, existimandum est; cùm eos mox hinc in castra cessisse legamus. Vide p. 45. n. d.

d Προεληλακέναι·] Sic rescribendum pro προσεληλακέναι, quod hactenùs locum hunc occupârat, *Stephanus*, *Leunclavius*, *Muretus* unâ voce censuerunt. Similiter K. Π. p. 123. reposuimus προϊέναι pro προσιέναι p. 159. προεληλυθότος pro προσεληλυθότος: p. 169. προϊόντες pro προσιόντες. Edit. Oxon. 1727.

οὖν αὐτοῖς ἀπιέναι· καὶ ἀφικνοῦνται ἀμφὶ [a] δόρπιστον ἐπὶ τὰς σκηνάς. Ταύτης μὲν τῆς ἡμέρας τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο. Καταλαμβανοῦσι δὲ τῶν τε ἄλλων χρημάτων τὰ πλεῖστα διηρπασμένα, καὶ εἴ τι σιτίον ἢ ποτὸν ἦν· καὶ τὰς ἁμάξας μεστὰς ἀλεύρων καὶ οἴνου, ἃς παρεσκευάσατο Κῦρος, ἵνα εἴ ποτε σφοδρὰ λάβοι τὸ στρατόπεδον ἔνδεια, διαδιδοίη τοῖς Ἕλλησιν· (ἦσαν δ' αὗται, ὡς ἐλέγοντο, τετρακόσιαι ἅμαξαι) καὶ ταύτας τότε οἱ σὺν βασιλεῖ διήρπασαν· ὥστε [c] ἄδειπνοι ἦσαν οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων· ἦσαν δὲ καὶ ἀνάριστοι· πρὶν γὰρ δὴ καταλῦσαι τὸ στράτευμα πρὸς ἄριστον, βασιλεὺς ἐφάνη. Ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα οὕτω διεγένοντο.

Ipsis tandem visum est discedere; atque *adeò* sub cœnæ tempus ad tentoria perveniunt. Et hic quidem hujus fuit diei finis. Offendunt autem cùm alias fortunas maximâ ex parte direptas, tum quidquid potulentum esculentúmve fuerat; et plaustra farinâ vinóque referta, quæ Cyrus sibi paraverat, ut si quando gravis exercitum incesseret inopia, Græcis *ea* distribueret: (plaustra ipsa *numero* fuisse dicuntur quadringenta) hæc *verò* etiam regis tum diripuêre copiæ; adeò ut maxima Græcorum pars cœnâ careret; cùm nè pransi quidem fuissent: nam priusquam ad prandium *in castra* diverteret exercitus, rex adparuit. Atque hanc quidem noctem sic exegerunt.

a *Δόρπιστον*] Ità in editis, quos vidi, omnibus scribitur. *Hesych.* Δόρπιστος, ὥρα τοῦ δείπνου. Similiter *Suidas*. Paulò aliter *Phavorinus*, Δορπιστὸς, δείπνου ὥρα. *J. Poll.* l. 6. segm. 102. — δόρπον, ἢ ὡς Ξενοφῶν, δόρπιστος: ubi tamen rectè monuerunt Cl. editores scribi etiam δόρπηστος, δόρπιστος, et δορπιστός, quibus ex MSto Eton. addo et δόρπηστον. Etymol. m. Δορπηστὸς, ἡ τοῦ δόρπου ὥρα. Apud *Aristoph.* Vesp. v. 103. ὀξυτόνως scribitur δορπιστός: quomodo et apud *Athen.* l. 1. c. 9. *Eustathius* ad Odyss. π'. p. 1791. per η scribit; recte, opinor; cùm sit δείπνηστος et δειπνηστὸς, à δειπνέω.

b Τὸ *στρατόπεδον*] MS. Eton. habet σφοδρὰ τὸ στράτευμα λάβοιτο ἔνδεια. Sed στράτευμα sine dubio ex glossâ huc irrepsit. Cæteri vulgatam lectionem rectè tuentur. *Phavorinus* adpositè: Στρατόπεδον, κυρίως, ἔνθα διάγει ὁ στρατὸς — λέγεται δὲ στρατόπεδον, καὶ αὐτὸ τὸ στράτευμα: quocum consentiunt *Suidas* et *Scholiasta Thucyd.* ad l. 1. Noster *Hist. Gr.* l. 1. ferè medio: — ἀποσπάσειαν τὸ στρατόπεδον ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου, i. e. — *copias à Byzantio abstraherent*. Similiter *Thucyd.* l. 4. sub fin. ὅπερ φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα σαφῶς (reposuerim, ἀσαφῶς i. e. ἀδήλως, ἄνευ αἰτίας, ut ibi *Schol.*) ἐκπλήγνυσθαι, i. e. *quod solet magnos exercitus* &c.

c *Ἄδειπνοι*] Et ἀνάριστοι dicuntur, ut Latinè *incœnes* sive *incœnati* et *impransi*. De temporibus δείπνου et ἀρίστου sic *Athen.* l. 1. c. 10. Ἄριστον μέν ἐστι τὸ ὑπὸ τὴν ἕω λαμβανόμενον. δεῖπνον δὲ μεσημβρινὸν, ὃ ἡμεῖς ἄριστον· δόρπον δὲ, τὸ ἑσπερινόν. Lege tamen quæ scripsimus K. II. p. 146. n. 1. Edit. Oxon. 1727.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ἈΝΑΒΑΣΕΩΣ Β΄.



[a] Ὡς μὲν οὖν ἠθροίσθη Κύρῳ τὸ Ἑλληνικὸν, ὁπότε ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀρταξέρξην ἐστρατεύετο, καὶ ὅσα [b] ἐν τῇ ἀνόδῳ ἐπράχθη, καὶ ὡς ἡ μάχη ἐγένετο, καὶ ὡς Κῦρος ἐτελεύτησε, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐλθόντες οἱ Ἕλληνες [c] ἐκοιμήθησαν, οἰόμενοι πάντα νικᾷν, καὶ Κῦρον ζῇν, ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ δεδήλωται. Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ συνελθόντες οἱ στρατηγοὶ ἐθαύμαζον, ὅτι Κῦρος οὔτε ἄλλον πέμποι σημανοῦντα ὅ, τι χρὴ ποιεῖν, οὔτ' αὐτὸς φαίνοιτο. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, συσκευασαμένοις ἃ εἶχον, καὶ ἐξοπλισαμένοις, προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν, [d] ὡς Κύρῳ συμμίξειαν. Ἤδη δὲ

Et quemadmodùm quidem Græcæ Cyro copiæ coactæ fuêre, quo tempore adversùs fratrem Artaxerxem expeditionem suscepit, et quæcunque inter adscensum gesta fuerunt, quo pacto pugna fuit commissa, quâ ratione Cyrus occubuit, quomodo Græci ad castra *sua* profecti quieti se dederunt, quòd vicisse *se* omni ex parte existimarent, Cyrúmque *adeò* superstitem esse, superiore libro expositum est. Cùm verò primâ luce convenissent duces, mirabantur quòd Cyrus nec alium quenquam mitteret, qui quid agendum esset significaret, nec ipse adpareret. Iis itaque *tandem* visum est, vasis quæ ipsis *reliqua* erant collectis, armísque sumptis, ulteriùs procedere, ut Cyro sese conjungerent. Et cùm jam in ipso essent egressu, sub ipsum solis

a Ὡς μὲν οὖν &c.] Ab hujusmodi quâdam rerum, priùs quas exposuerat, ἀνακεφαλαιώσει, librorum ferè insequentium duxit exordia.

b Ἐν τῇ ἀνόδῳ] *Hesychius:* Ἄνοδος, ἀνάβασις. Similiter *Phavorinus.* Vide quæ notavimus p. 1.

c Ἐκοιμήθησαν, &c.] *Hesych.* et *Phavorin.* Κοιμηθέντι, κατακλιθέντι, οὐ πάντως ὑπνώσαντι. Itaque à notione verbo ἀνεπαύοντο subjectâ pag. 88. haud longè discedit. Vide pag. 84.

d Ὡς Κύρῳ &c.] MS. Eton. ἵνα. Sed librarius glossam haud dubiè pro verâ lec-

ἐν ὁρμῇ ὄντων, ἅμ' ἡλίῳ ἀνίσχοντι ἦλθε [a] Προκλῆς, ὁ Τευθρανίας ἄρχων [b] γεγονὼς, [c] ἀπὸ Δαμαράτου τοῦ Λάκωνος, καὶ [d] Γλοῦς ὁ Ταμώ. Οὗτοι ἔλεγον, ὅτι Κῦρος μὲν [e] τέθνηκεν, Ἀριαῖος δὲ πεφευγὼς, ἐν τῷ σταθμῷ εἴη μετὰ τῶν

ortum venit Procles Teuthraniæ præfectus, *qui* à Damarato Lacedæmonio *genus ducebat*, et Tami *filius* Glus. Narrabant hi, Cyrum mortuum esse, Ariæum verò, fugæ qui se dedisset, eâ esse in statione cum reliquis barba-

tione amplexus est. *Phavorinus:* Ὡς, πολύσημον ἐπίῤῥημά ἐστιν· ἔστι γὰρ παραβολῆς, ἢ ὁμοιώσεως· λαμβάνεται καὶ ἀντὶ τοῦ ὅτι, καὶ ἀντὶ τοῦ ἵνα, καὶ ἀντὶ τοῦ ἕως —

a Προκλῆς, ὁ &c.] Hujus meminit iterum Noster l. 2. et sub finem l. 7. et *Hist. Gr.* l. 3. ineunte; ubi ei Eurysthenem adjungit. Hos autem simul memoratos passim apud auctores videre est. Adi sis *Herodot.* l. 4. c. 147. *Pausan.* lib. 3. c. 1. *Strabon.* l. 8. sub fin. *C. Nep.* in vitâ *Agesil.* Sed alios atque Nostrum tam hoc in loco quàm Historiâ Græcâ, illos voluisse, ipsa temporum ratio demonstrat. Ex eâdem omnes tamen, Demarati *scil.* familiâ oriundos, collata ostendunt *Herodoti* loca l. 6. c. 65. et l. 8. c. 131. inde liberis eâdem de stirpe creatis eadem, utì fit, obtigisse nomina consentaneum est. Minimè verò dissimulanda est suspicio, Προκλῆς in plerisque circumferri libris pro Πατροκλῆς, atque hoc adeò nomen hunc etiam in locum restitui debere. Suspicionem istam *Suidæ* et *Platonis* augent testimonia: quorum prior in v. Λυκοῦργος, inquit, Σπαρτιάτης Πατροκλέους ἀπόγονος: hic, l. 3. de legibus — Λακεδαιμόνιος δὲ Πατροκλῆς καὶ Εὐρυσθένης. Ex ταχυγραφίας studio natus videtur error; cùm in MSS. veterum monumentis passim istiusmodi scripturæ compendia reperiantur, e. g. ανος pro ἄνθρωπος, πρες pro πατέρες. quidni igitur et προκλῆς pro πατροκλῆς, scribi posset? Vide sis tamen quæ Cl. *Davisius* notavit ad *Cicer.* de *Divin.* l. 2. c. 43.

b Γεγονὼς,] Huic temporis præteriti participio tribuenda est præsentis significatio: cujus itidem vicem aoristum explet p. 33. ubi de Belesi dicitur — τοῦ Συρίας ἄρξαντος, licèt is jam tum Syriæ præesset; ut ex fine libri 7. constat. Hujusmodi temporum permutationis passim extant exempla. *Æschin. Socrat.* dial 3. sect. 9. κἂν ἐπιμείνῃ τὶς, παρέλυσεν, (ἡ φύσις) ἐλωβήσατο, παρήρθρωσεν, i. e. *et si quis cunctatus fuerit, paralysi adficit eum natura, &c.* Sic Scriptores sacri: Matth. XXIII. 2. Ἐπί τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ &c. Joh. XV. 6. Ἐαν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοὶ, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη. Jac. I. 11. Ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε τὸν χόρτον, &c. Huc adde Matth. III. 17. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Sic et præteritum pro præsenti adhibet *Isocrates* initio orat. ad *Demonic.* πολὺ δὲ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν ἐν ταῖς &c. pro λαμβάνουσι &c. Istiusmodi scriptores etiam Latini enallagen imitantur. *Virg. Æneïd.* l. 6. v. 78 et seq.

> —— *magnum si pectore possit*
> *Excussisse deum* ——

ubi *Servius hæc: Excussisse pro excutere: est autem Attica figura, quâ nos uti non convenit.* At eâ usos esse *Ciceronem* et *Senecam* pluribus ostendit Cl. *Wopkens* Lect. Tull. l. 3. c. 1.

c Ἀπὸ Δαμαράτου τοῦ &c.] De quo consulenda sunt auctorum loca, in notâ præcedente citata; in quibus scribi solet Δημάρατος et Δημάρητος: quæ scripturæ varietas aliî atque aliî dialecto forsan tribuenda est. *Stephano* Δαμάρατος Laconicum est, ut δᾶμος pro δῆμος.

d Γλοῦς ὁ Ταμώ] Vide sis p. 35. n. c. *Stephano* monente, Ταμὼ pro Ταμὼν, hactenùs vulgato, rescripsi; ut sit à nominativo Ταμὼς, quem suprà legimus p. 27. Vide etiam p. 15. n. d. Cæterùm, cum articulo intelligendus est υἱός: quod de re omnes apud auctores pervulgatâ monuisse sat est.

e Τέθνηκεν,] *Ammon.* Ἀπέθανε καὶ τέθνηκε διαφέρει· Ἀπέθανε μὲν νῦν, τέθνηκε δὲ πάλαι. Sic suprà Noster p. 72. usus est priore, de Cyro cæterisque, qui jam tum occiderant, verba faciens.

ἄλλων βαρβάρων, [a] ὅθεν τῇ προτέρᾳ ὡρμῶντο· καὶ λέγοι ὅτι ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν περιμένειεν ἂν αὐτοὺς, εἰ μέλλοιεν ἥκειν· τῇ δὲ ἄλλῃ ἀπιέναι φαίη ἐπὶ Ἰωνίας, ὅθενπερ ἦλθε. [b] Ταῦτα ἀκούσαντας οἱ στρατηγοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, βαρέως ἔφερον. Κλέαρχος δὲ τάδε εἶπεν, Ἀλλ' [c] ὤφελε μὲν Κῦρος ζῆν· ἐπεὶ δὲ τετελεύτηκεν, ἀπαγγέλλετε Ἀριαίῳ ὅτι ἡμεῖς γε νικῶμεν βασιλέα, καὶ, ὡς ὁρᾶτε, οὐδεὶς ἡμῖν ἔτι μάχεται· καὶ εἰ μὴ ὑμεῖς ἤλθετε, ἐπορευόμεθα ἂν ἐπὶ βασιλέα. Ἐπαγγελλόμεθα δὲ Ἀριαίῳ, ἐὰν ἐνθάδε ἔλθῃ, εἰς τὸν θρόνον τὸν βασίλειον αὐτὸν καθιεῖν· [d] τῶν γὰρ μάχην νικώντων καὶ τὸ ἄρχειν ἐστί. Ταῦτ' εἰπὼν ἀποστέλλει τοὺς ἀγγέλους, καὶ σὺν αὐτοῖς Χειρίσοφον τὸν Λάκωνα, καὶ Μένωνα τὸν Θετταλόν· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Μένων ἐβούλετο· ἦν γὰρ φίλος καὶ [e] ξένος Ἀριαίου. Οἱ μὲν ᾤχοντο, Κλέαρχος δὲ περιέμενε. Τὸ

ris, unde pridiè discessissent; et dicere *hunc*, velle se diem istum eos expectare, si venturi essent; altero in Ioniam abire, unde venisset. Hæc cùm duces audîssent, Græcíque *adeò* cæteri, graviter ferebant. Clearchus autem hæc dixit, Utinam Cyrus viveret; verùm quandoquidem mortem obiit, renunciate Ariæo nos quidem vicisse regem, neminémque, uti videtis, ampliùs adversùs nos pugnare; quòd nisi vos venissetis, adversùs regem perrexissemus. Ariæo verò pollicemur, huc si venerit, nos ipsum regio in solio collocaturos: eorum enim, qui prælio vincunt, etiam imperare est. Cùm hæc dixisset, nuntios, unáque cum iis Cherisophum Lacedæmonium, et Menonem Thessalum, remisit: nam Meno ipse *sic* volebat; quippe qui amicus erat et hospes Ariæi. Hi quidem discessêre, atque *ibi* Clearchus *re-*

a Ὅθεν τῇ προτέρᾳ &c.] *Hesych.* Ὅθεν, ἔνθεν. Ex hoc loco constat, rectè reponi potuisse p. 83. vel ἔνθεν ὡρμῶντο ex MSto Eton. vel ὅθεν &c. ut hìc scribitur. In προτέρᾳ, ut passim apud scriptores tam sacros quam profanos deest ἡμέρᾳ: sed ab exemplis rei notissimæ me contineo.

b Ταῦτα ἀκούσαντες &c.] Edit. *Steph.* et *Ald.* Ταῦτα ἀκούοντες &c. *Leunclav.* Ταῦτα πυνθανόμενοι &c. Nos ex MSto Eton. ἀκούσαντες restituimus. Sic Noster suprà p. 26. Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ &c. p. 32. οἱ δ' Ἕλληνες,—ἀκούσαντες τὴν &c. pag. 35. Ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπείθοντο &c. p. 55. Οἱ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες &c. et alibi passim. In eodem MSto post Ἕλληνες legitur πυνθανόμενοι, quod tanquam supervacaneum, undecunque demum natum sit, omisimus.

c Ὤφελε.] Etym. m. Ὄφελες, ῥῆμά ἐστι κατὰ παντὸς ἀριθμοῦ φερόμενον· γράφεται καὶ μέγα καὶ μικρόν· scil. ὤφελες vel ὄφελες. Idem mox deinde, κανών ἐστιν ὁ λέγων, ὅτι τὸ ὄφελον ἀδιάπτωτον ἐστι, καὶ ἀπαρεμφάτῳ συντάσσεται, καὶ οὐκ ἄλλῃ τινὶ ἐγκλίσει. Σημαίνει δύο, ἔστιν εὐχῆς σημαντικὸν καὶ ῥῆμα.

d Τῶν γὰρ μάχην νικώντων &c.] Victoriâ utique parari omnia, passim dictitant auctores.

e Ξένος] Vide sis p. 5. n. a. Pro οἱ μὲν ᾤχοντο, *Muretus* legit καὶ οἱ μὲν &c. Sed suprà modò sic sermo incœptus est: Οὗτοι ἔλεγον, ὅτι Κῦρος &c.

δὲ στράτευμα ἐπορίζετο σῖτον, ὅπως ἐδύνατο, ἐκ τῶν ὑποζυγίων, [a] κόπτοντες τοὺς βοῦς καὶ ὄνους· ξύλοις δ' ἐχρῶντο, μικρὸν προϊόντες ἀπὸ τῆς φάλαγγος, οὗ ἡ μάχη ἐγένετο, τοῖς τε ὀϊστοῖς, πολλοῖς οὖσιν ([b] οὓς ἠνάγκαζον οἱ Ἕλληνες ἐκβάλλειν τοὺς αὐτομολοῦντας παρὰ βασιλέως) καὶ τοῖς γέῤῥοις, καὶ ταῖς ξυλίναις ἀσπίσι ταῖς Αἰγυπτίαις· πολλαὶ δὲ καὶ πέλται, καὶ [c] ἅμαξαι ἦσαν φέρεσθαι ἔρημοι· οἷς πᾶσι χρώμενοι, κρέα ἕψαντες ἤσθιον ἐκείνην τὴν ἡμέραν.

Καὶ ἤδη τε ἦν [d] περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν, καὶ ἔρχονται παρὰ βασιλέως καὶ Τισσαφέρνους κήρυκες, οἱ μὲν ἄλλοι, βάρβαροι· ἦν δὲ αὐτῶν Φαλῖνος εἷς Ἕλλην, ὃς ἐτύγχανε παρὰ Τισσαφέρνει ὢν, καὶ ἐντίμως ἔχων· καὶ γὰρ προσεποιεῖτο ἐπιστήμων εἶναι τῶν περὶ τὰς τάξεις τε καὶ [e] ὁπλο-

ditum eorum expectabat. Cæterùm exercitus cibum sibi, ut poterat, ex jumentis, boves ac asinos cædendo, parabat: progressíque paulùm ab acie, prælium ubi commissum fuerat, pro lignis utebantur sagittis, quarum magna erat copia, (quas eos, à rege qui transfugerant, projicere coëgerant Græci) scutis item *Persicis*, et ligneis scutis Egyptiacis: multæ erant et peltæ, et plaustra vacua, quibus usi omnibus, elixas carnes illo die comedebant.

Jámque *adeò* id temporis erat, quo frequens *hominibus* forum esse solet, cùm à rege ac Tissapherne veniunt caduceatores, alii quidem barbari; unus ex iis Græcus erat Phalinus *nomine*, qui *tunc* fortè apud Tissaphernem erat, et quidem in honore; quippe qui earum rerum simulabat peritiam, ad aciem

a Κόπτοντες &c.] Respicit στράτευμα: quâ de structurâ vide suprà p. 84. n. f. et, si libet, exempla huc facientia, quæ apud scriptores Latinos notavit et congessit ad *Sallust.* Catil. c. 23. n. 6. Cl. *Cortius.*

b Οὓς ἠνάγκαζον οἱ Ἕλληνες &c.] Quæ sic *Amasæus: quæ iis qui à rege perfugerant Græci adimebant.* Versionem hanc *Stephanus* præfert: *quæ Græci eos qui à rege perfugerant evellere cogebant.* Haud aliter *Leunclavius* reddit: *coactis iis, qui à rege perfugerant, ut eas evellerent.* Sed neque hæc versio cum præcedentibus convenit; quippe paulò antè dixerat Noster, p. 85. regem ad se perfugas recepisse; proinde Græcis ii non jam ampliùs aderant: et verbum ἐκβάλλειν commodè notionem, ei quam tribuimus, repræsentare potest. Sic *Ælian.* eo usus est V. H. l. 6. c. 14. τὸ δὲ αὐτοὺς κατίσχεν οὕτως, ὡς καὶ ἐκβαλεῖν τὰς αἰχμὰς, i. e. *metus autem ità eos cepit, ut hastas abjicerent.*

c Ἅμαξαι ἦσαν φέρεσθαι &c.] Ultimum verbum delendum putavit *Muretus.* Sed ex omnium librorum consensu retinendum potiùs id, atque locutio, ἅμαξαι φέρεσθαι ἔρημοι, sic ferè exponenda videtur: ἅμαξαι sive τῶν σκευῶν, (quæ nimirum βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διήρπασαν) sive τῶν ὑποζυγίων σκευοφόρων ἔρημοι, quibus modò cæsis vitam sustentabant Græci.

d Περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν,] Vide p. 60. n. a.

e Ὁπλομαχίαν.] *Leunclav.* intelligit *gladiatoriam* scil. *artem* vel *rem:* quâ de, ut apud Romanos celebrata, copiosè *Lipsius* in *serm. Saturnal.* Sæpiùs tamen dici solet μονομαχία: quin et μονομαχίας ἀγῶνες, ac ὁπλομαχικοὶ ἀγῶνες à Græcis historiæ Romanæ scriptoribus subinde memorantur. Lexicon Gr. Lat. vetus: Μονομάχος, *Gladiator*, Glossar. vet. *Rudis*, Ῥάβδος ἡ τῶν ἐπιστατῶν μονομάχων. Xenophontis autem ætate ὁπλομάχους adpellatos fuisse, qui veris armis certare discebant, aut alios

μαχίαν. Οὗτοι δὲ προσελθόντες, καὶ καλέσαντες τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἄρχοντας, λέγουσιν ὅτι βασιλεὺς κελεύει τοὺς Ἕλληνας, ἐπεὶ νικῶν τυγχάνει, καὶ Κῦρον ἀπέκτονε, παραδόντας τὰ ὅπλα, ἰόντας [a] ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας, εὑρίσκεσθαι ἤν τι δύνωνται ἀγαθόν. Ταῦτα μὲν εἶπον οἱ βασιλέως κήρυκες· οἱ δὲ Ἕλληνες βαρέως μὲν ἤκουσαν· ὅμως δὲ Κλέαρχος [b] τοσοῦτον εἶπεν, ὅτι οὐ τῶν νικώντων εἴη τὰ ὅπλα παραδιδόναι· ἀλλ', ἔφη, ὑμεῖς μὲν, ὦ ἄνδρες στρατηγοὶ, τούτοις ἀποκρίνασθε ὅ, τι κάλλιστόν τε καὶ ἄριστον ἔχετε· ἐγὼ δὲ αὐτίκα ἥξω. Ἐκάλεσε γάρ τις αὐτὸν τῶν ὑπηρετῶν, ὅπως ἴδοι τὰ ἱερὰ ἐξῃρημένα· ἔτυχε γὰρ θυόμενος. Ἔνθα δὲ ἀπεκρίνατο Κλεάνωρ μὲν ὁ Ἀρκὰς, πρεσϐύτατος ὢν, ὅτι πρόσθεν ἂν ἀποθάνοιεν, ἢ τὰ ὅπλα παραδοῖεν· Πρόξενος δὲ ὁ Θηϐαῖος, Ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, ὦ Φαλῖνε, θαυμάζω πότερα ὡς κρατῶν βασιλεὺς αἰτεῖ τὰ ὅπλα, ἢ ὡς διὰ φιλίαν καὶ δῶρα. Εἰ μὲν γὰρ ὡς κρατῶν, τί δεῖ αὐτὸν αἰτεῖν, ἀλλ' οὐ λαϐεῖν ἐλθόντα; εἰ δὲ πείσας βούλεται λαϐεῖν, λεγέτω τί ἔσται τοῖς στρατιώταις, ἐὰν αὐτῷ ταῦτα

struendam quæ spectarent et ad artem armis depugnandi. Hi cùm accessissent, Græcorúmque præfectos vocâssent, jubere aiunt regem, Græcos, cùm *ipse* vicisset, et Cyrum interfecisset, traditis armis, regis ad portas proficisci, et si quid commodi possint impetrare. Hæc regis aiebant caduceatores: quæ *tametsi* audita graviter Græci ferebant, Clearchus tamen id unum respondit, non esse illorum, qui vicissent, arma tradere; verùm vos duces, ait, iis respondete quidquid honestissimum optimúmque *responsu* habetis; ego mox revertar. Nam ex ministris quidam eum arcessiverat, ut exta *jam* exemta inspiceret; quòd *id fortè temporis* rem sacram faceret. Ibi Cleanor Arcas, natu maximus *omnium*, respondit prius se morituros, quàm arma traderent: Proxenus verò Thebanus, Equidem miror, inquit, Phaline, utrùm tanquam victor arma rex postulet, an amicitiæ ac munerum nomine. Nam si *ea*, ut qui vicerit, *postulat*, quid opus est postulare, quin potiùs *huc* veniat capiátque? sin *id* velit, ut *ea* persuadendo consequatur, dicat quid

ipsi docebant, ex Platone in *Lachete* p. 179 et seq. edit. *Steph.* colligere est. Priusquam verò juventus τὸ τῆς ὁπλομαχίας μάθημα, seu ἐν ὅπλοις μάχεσθαι (ut loquitur ibidem *Plato*) probè quendam apud ejus ἐπιστήμονα didicerat, ἐσφαιρωμένοις (quæ Nostro dicuntur in libello περὶ ἱππικῆς haud procul à fine) ἀκοντίοις i. e. *pilis sphæræ in modum, nè pungere possent*, retusis, non veris armis, se exercebat. Horum ὁπλομάχων meminit etiam Noster in Λακεδαιμ. πολιτ. non longè à fine; ubi id nominis iis etiam contigisse videtur, qui τακτικοὶ Græcis propriè dicuntur.

a Ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας,] Vide suprà p. 73.

b Τοσοῦτον εἶπεν,] Lege p. 23. n. c.

χαρίσωνται. Πρὸς ταῦτα Φαλῖνος εἶπε· Βασιλεὺς νικᾶν ἡγεῖται, ἐπεὶ Κῦρον ἀπέκτονε. Τίς γὰρ αὐτῷ ἐστιν, ὅστις ἀρχῆς ἀντιποιεῖται; Νομίζει δὲ καὶ ὑμᾶς αὐτοῦ εἶναι, ἔχων ἐν μέσῃ τῇ αὐτοῦ χώρᾳ, καὶ [a] ποταμῶν ἐντὸς ἀδιαβάτων· καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ἐφ' ὑμᾶς δυνάμενος ἀγαγεῖν, ὅσον, οὐδ' [b] εἰ παρέχοι ὑμῖν, δύναισθ' ἂν ἀποκτεῖναι.

Μετὰ τοῦτον Ξενοφῶν Ἀθηναῖος εἶπεν· Ὦ Φαλῖνε, νῦν, ὡς σὺ ὁρᾷς, ἡμῖν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἀγαθὸν, εἰ μὴ ὅπλα καὶ ἀρετή. Καὶ ὅπλα μὲν οὖν ἔχοντες, οἰόμεθα ἂν καὶ τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι· παραδόντες δ' ἂν ταῦτα, καὶ τῶν σωμάτων στερηθῆναι. Μὴ οὖν οἴου τὰ μόνα ἡμῖν ἀγαθὰ ὄντα ἡμᾶς παραδώσειν· ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ [c] περὶ τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν μαχούμεθα. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φαλῖνος ἐγέλασε, καὶ εἶπεν, Ἀλλὰ φιλοσόφῳ μὲν ἔοικας, [d] ὦ νεανίσκε, καὶ λέγεις οὐκ ἀχάριστα· ἴσθι μέντοι ἀνόη-

habituri sint milites, hæc si ei gratificati fuerint. Ad hæc Phalinus; Rex, inquit, vicisse se arbitratur, quia Cyrum occidit. Quis enim est, imperium qui sibi vindicet? Vos etiam suos esse existimat, quippe quos in mediâ ipsius regione, intràque flumina vix superanda tenet; et adversùs vos hominum multitudinem ducere potest, quantam, nè si data quidem vobis fuerit facultas, perimere possetis.

Post deinde Xenophon Atheniensis, Nobis jam, inquit, Phaline, nihil aliud boni est, ceu vides, nisi arma et virtus. Et arma quidem certè quamdiu habemus, virtutem nobis esse usui posse putamus: ea si tradiderimus, fore etiam utì corporibus simus privati *suspicamur*. Nè igitur existimato quæ sola nobis reliqua sunt, *ea* nos bona traditoros: sed his de bonis etiam vestris pugnabimus. Hæc cùm audîsset Phalinus, risit, Et tu quidem, ait, philosophi speciem præ te fers, adolescens, et non injucunda profers:

a Ποταμῶν ἐντὸς &c.] Non in ipsis intùs alveis inclusos, sed in locis, flumina quæ ferè cingerent. Eadem est ἐντὸς vis apud Luc. XVII. 21. ubi ἐντὸς ὑμῶν perperam vertitur *intra vos*, seu in *interiore vestrûm parte*, i. e. animo: cùm Christus hìc doceat Judæos, ad ipsos regnum Dei adventâsse, seu inter ipsos ortum esse, per Evangelii scil. pœnitentiæque adeò, hominibus gratiam divinam conciliaturæ, prædicationem.

b Εἰ παρέχοι] MS. Eton. εἰ παρέχοιεν: ut sit locutio elliptica, quæ ἑαυτοὺς in supplementum postulat. Mihi placet vulgata lectio, sive ἀπρόσωπον sit (utì dicunt) παρέχοι, sive ad regem referatur.

c Περὶ τῶν ὑμετέρων &c.] Ità MS. Eton. cui Versio vetus Gallica adstipulatur. Vulgò legitur περὶ τῶν ἡμετέρων. At hæc scriptura neque cum præcedentibus cohæret istis — τὰ μόνα ἡμῖν ἀγαθὰ ὄντα — unde liquet, nulla Græcis, de quibus armis contenderent, reliqua fuisse bona; et ei, quam restituimus, Phalini favent, quæ mox sequuntur, verba — εἰ οἴει ἂν τὴν ὑμετέραν ἀρετὴν περιγενέσθαι τῆς βασιλέως δυνάμεως. *Muretus* legendum censuit περὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων. Perperam.

d Ὦ νεανίσκε,] Inter septem illas, quas præscripsit Hippocrates, ἡλικίας, quartum tenet locum νεανίσκος; cujus ad τὰ τετράκις ἑπτὰ ἐτῶν usum adscendere statuit.

τος ὢν, εἰ [a] οἴει ἂν τὴν ὑμετέραν ἀρετὴν περιγενέσθαι τῆς βασιλέως δυνάμεως. Ἄλλους δέ τινας ἔφασαν λέγειν [b] ὑπομαλακιζομένους, ὡς καὶ Κύρῳ πιστοὶ γένοιντο, καὶ βασιλεῖ γ' ἂν πολλοῦ ἄξιοι γένωνται, εἰ βούλοιτο φίλος γενέσθαι· καὶ [c] εἴ τέ τι ἄλλο βούλεται χρῆσθαι, εἴτ' ἐπ' Αἴγυπτον στρατεύειν, συγκαταστρέψαιντ' ἂν αὐτῷ. Ἐν τούτῳ καὶ Κλέαρχος ἧκε, καὶ ἠρώτησεν εἰ ἤδη ἀποκεκριμένοι εἶεν. Φαλῖνος δ' ὑπολαβὼν εἶπεν. Οὗτοι μὲν, ὦ Κλέαρχε, ἄλλος ἄλλα λέγει· σὺ δ' ἡμῖν [d] εἰπὲ, τί λέγεις. Ὁ δ' εἶπεν, Ἐγώ σε, ὦ Φαλῖνε, ἄσμενος ἑώρακα, οἶμαι δὲ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οὗτοι· σύ τε γὰρ Ἕλλην εἶ, καὶ ἡμεῖς, τοσοῦτοι ὄντες [e] ὅσους σὺ ὁρᾷς· ἐν τοιούτοις δὲ ὄντες πράγμασι, [f] συμβουλευόμεθά σοι, τί χρὴ ποιεῖν περὶ ὧν

verùm te stultum esse scito, si virtutem vestram regis viribus superiorem fore arbitraris. Alios autem nonnullos *fuisse* ferebatur, qui animis nonnihil remissi, Cyro fidos se fuisse dicerent, atque etiam regi magno commodo futuros, si amicus *ipsis* esse vellet: atque sive ad aliud aliquid *ipsorum* uti operâ, sive expeditionem adversùs Ægyptum suscipere vellet, ad eam unà cum ipso subigendam se fore paratos. Intereà venit Clearchus, et num jam respondissent, quæsivit. *Cujus* cùm sermonem excepisset Phalinus; Horum, inquit, alius aliud, Clearche, profert: tu verò quid jubeas, exponito. Et ille, Ego te libens, ait, Phaline, vidi, atque hi itidem, opinor, omnes: nam et tu Græcus es, et nos, qui tot *numero* sumus, quot ipse vides; in tali autem rerum nostrarum statu, te consulimus quid in iis faciendum sit, de

Phavorinus: Νεανίσκος, ἀπὸ ἐτῶν εἰκοσιτριῶν ἕως ἐτῶν τριακοντατεσσάρων, ἢ τεσσαράκοντα ἑνός. Conf. *Laërt.* in v. *Pythag.* l. 8. segm. 10. Et sanè Xenophontem annos supra quadraginta natum tunc temporis fuisse, ex iis, quæ in Dissert. I. K. Π. præmissâ p. 3 et seq. Edit. Oxon. 1727. disseruimus, satìs liquidò constat. *Vide* quæ ibi hoc de loco protulimus. Vocem etiam *adolescens* in majorem, quàm termini vulgò positi volunt, ætatem, Scriptores apud Latinos, cadere ostendit doctis. *Cortius* ad *Sallust.* Catil. c. 38. n. 1. Quadragenarius certè apud *Nepot.* in vitâ *Attici* c. 8. audit *adolescens.*

a Οἴει ἂν τὴν — περιγενέσθαι &c.] Lege p. 5. n. b.

b Ὑπομαλακιζομένους,] *Moschopulus:* Ἡ ὑπὸ δηλοῖ ἐν ταῖς συνθέσεσι ποτὲ μὲν λάθρα — ποτὲ δὲ ἐλάττωσιν — ποτὲ δὲ μετριότητα. Vide sis p. 66. n. a.

c Εἴ τέ τι ἄλλο &c.] Ante τὶ intellige præpos. πρὸς, vel εἰς: quæ passim reticeri solent. Sic 2 Pet. III. 12. Προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς &c. i. e. πρὸς τὴν παρουσίαν.

d Εἰπὲ, τί λέγεις.] Verbum λέγω valet hìc *præcipio, jubeo:* quam ei notionem tribuit *Demosth.* adv. *Phænip.* p. 1024 et 1025. *Aristoph.* in *Pluto* v. 58. *Ælian.* H. V. l. 12. c. 49. οἱ προσήκοντες ἤροντο, εἴ τι λέγοι πρὸς τὸν υἱὸν — i. e. *num quid mandaret* &c. Et sic profani passim. Vide Luc. V. 24. VI. 27. VII. 14. Rom. III. 19. VII. 7.

e Ὅσους σὺ ὁρᾷς· ἐν &c.] Sic ferè locum distinxerunt edit. *Steph.* et *Ald.* At *Leunclav.* minùs rectè — ὅσους σὺ ὁρᾷς, ἐν τοιούτοις &c.

f Συμβουλευόμεθά σοι,] *Phavorinus:* Συμβουλεύω ἐνεργητικῶς, ἀντὶ τοῦ εἰς συμβουλὴν τῷδε καθίσταμαι· συμβουλεύομαι δὲ παθητικῶς, ἀντὶ τοῦ συμβούλῳ χρῶμαι. Eadem est et *Tho. Magistri* expositio, auc-

λέγεις. Σὺ οὖν, πρὸς Θεῶν, συμβούλευσον ἡμῖν ὅ, τι σοι δοκεῖ κάλλιστον καὶ ἄριστον εἶναι, καὶ ὅ σοι τιμὴν οἴσει εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον [a] ἀναλεγόμενον, ὅτι Φαλῖνος ποτὲ πεμφθεὶς παρὰ βασιλέως κελεύσων τοὺς Ἕλληνας τὰ ὅπλα [b] παραδοῦναι, [c] συμβουλευόμενος συνεβούλευσεν αὐτοῖς τάδε. Οἶσθα δὲ ὅτι ἀνάγκη λέγεσθαι ἐν τῇ Ἑλλάδι, ὃ ἂν συμβουλεύσῃς. [d] Ὁ δὲ Κλέαρχος ταῦτα ὑπήγετο, βουλόμενος καὶ αὐτὸν τὸν παρὰ βασιλέως πρεσβεύοντα συμβου-

quibus dicis. Quamobrem, per deos, *id* nobis consilii dato, quod tibi pulcherrimum esse optimúmque videtur, et quod postero tempore commemoratum tibi honorem adferet, Phalinum *scilicet* à rege missum olim, ut Græcos arma tradere juberet, cùm consuleretur ipsis hoc consilii dedisse. Scis autem necessariò *futurum* ut ejus, tu quod dederis, consilii in Græciâ mentio fiat. Clearchus autem hæc subjiciebat, quia volebat ut etiam ipse,

torum usu abunde confirmata. Porro notandum est συμβουλεύεσθαι, pro naturâ quorundam mediæ vocis verborum, actionem passioni admistam significare, ac propriè reddi, *curare sibi consilium dari.*

a Ἀναλεγόμενον,] Passivâ significatione Xenophontem participium hoc pro ἀναγινωσκόμενον adhibuisse censet *Budæus* Comm. L. G. p. 665. et vertit, *olim cùm legetur.* Mihi quidem videtur istis impersonalium adnumerandum participiis, quæ absolutè poni solent; ac deducendum ab ἀνὰ, in compositione *repetitionem* seu *iterationem* significante, et λέγεσθαι, *dici.* Sententiæ huic favent, quæ mox sequuntur — Οἶσθα δὲ ὅτι ἀνάγκη λέγεσθαι ἐν τῇ &c. Lexicographi sanè ἀναλέγω et ἀναλέγομαι originem à λέγω et λέγομαι signif. *colligo, deligor* &c. duxisse vulgò statuerunt. Verùm eorum in Thesauris haud pauca Xenophontis verba minimè reperiri, reperta quædam perperam exponi, (quod in tantorum operum structurâ veniâ omnino, reprehensione nequaquam, dignum est) tum sparsim interciséque opellæ in hujusce nostræ decursu, tum ordinè perpetuo cumulatéque olim forsan, ostendemus.

b Παραδοῦναι,] Sic ex MSto Eton. rescripsi. Vulgatam lectionem, προδοῦναι, meritò *Stephanus* etiam improbavit; cùm illo, quod reposui, composito passim ad rem, quâ de agitur, exprimendam usus sit Noster.

c Συμβουλευόμενος &c.] MS. Eton. et edit. *Ald.* habent συμβασιλευόμενος, quod et *Amasæus* suis in codicibus invenit. Rectè, opinor, huic alterum illud participium prætulerunt *Stephanus* et *Leunclavius:* quos tamen veram loco sanitatem non reddidisse puto. Ipse pro συμβουλευόμενος conjicio legendum συμβουλευομένοις (scil. αὐτῷ) συνεβούλευσεν &c. uti suprà modò dixerat συμβουλευόμεθά σοι &c. Eandem verborum structuram sequitur *Ælian.* H. V. l. 8. c. 1. καὶ ἐμοὶ μὲν συμβουλεύει τοῦτο, ἐγὼ δὲ τῷ συμβουλευομένῳ μοι, scil. συμβουλεύω — i. e. *atque illa* (de voce genii Socratici loquitur) *mihi quidem hoc suadet, ego verò illi qui me consulit,* scil. *suadeo.*

d Ὁ δὲ Κλέαρχος ταῦτα &c.] Apud *Suidam* ad v. Ὑπῆγεν, quod ἀντὶ τοῦ ὑπετίθετο poni ait, Xenophontis locum hunc sic exaratum videre est: Ὁ δὲ Κλέαρχος ταῦθ' ὑπῆγε, βουλόμενος καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα πρεσβεύειν συμβουλεῦσαι μὴ παραδοῦναι τὰ ὅπλα, et conversum: *Clearchus autem hæc suggerebat, quòd vellet regem quoque suis suadere per legatos, nè arma traderent.* Nec mirum, Cl. *Suidæ* editores ex Græcis non bonis Latina fecisse non bona. Utraque sic emendaveris, ut textus Xenophontéus versióque ipsi subjecta docent. Monuit etiam hæc doctis. Lamb. Bos in *Animad. ad Suidam.*

λεῦσαι μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα, ὅπως εὐέλπιδες μᾶλλον οἱ Ἕλληνες εἶεν. [a] Φαλῖνος δ' ὑποστρέψας, παρὰ τὴν δόξαν αὐτοῦ εἶπεν ὧδε·

Ἐγὼ, εἰ μὲν [b] τῶν μυρίων ἐλπίδων μία τις ὑμῖν ἐστι σωθῆναι πολεμοῦντας βασιλεῖ, συμβουλεύω μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα· [c] εἰ μέντοι μηδεμία σωτηρίας ἐστὶν ἐλπὶς ἄκοντος βασιλέως, συμβουλεύω [d] σώζεσθαι ὅπῃ δυνατόν. Κλέαρχος δὲ πρὸς ταῦτα εἶπεν, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ σὺ λέγεις· [e] παρ' ἡμῶν δὲ ἀπάγγελλε ταῦτα, ὅτι ἡμεῖς οἰόμεθα, εἰ μὲν δέοι βασιλεῖ φίλους εἶναι, πλείονος ἂν ἄξιοι εἶναι φίλοι, ἔχοντες τὰ ὅπλα, ἢ παραδόντες ἄλλῳ· εἰ δὲ δέοι πολεμεῖν, ἄμεινον ἂν πολεμεῖν ἔχοντες τὰ ὅπλα, ἢ ἄλλῳ παραδόντες. Ὁ δὲ Φαλῖνος εἶπε, Ταῦτα μὲν δὴ ἀπαγγελοῦμεν· ἀλλὰ καὶ τάδε ὑμῖν ἐκέλευσεν εἰπεῖν βασιλεὺς, ὅτι μένουσι μὲν ὑμῖν αὐτοῦ, σπονδαὶ εἴησαν, προϊ-

qui legatus à rege venerat, hoc *ipsis* consilii daret, nè arma traderent, ut spem Græci meliorem conciperent. At Phalinus reversus, præter ejus opinionem ità dixit:

Ego, si *vel* una quidem spes de mille vobis est, fore *vos* salvos si bellum regi faciatis, hoc consilii do, nè tradatis arma: sin rege invito nulla *vobis reliqua* spes est salutis, salutem amplectendam esse, quâ licet ratione, moneo. Ad ea Clearchus, Dicis tu quidem hæc, inquit: verùm à nobis hæc renuntiato, existimare nos, si regi amicos esse oporteat, utiliores *nos ipsi* fore amicos, arma cùm teneamus, alteri quàm si tradiderimus: sin bellum fuerit gerendum, meliùs bellaturos arma si habeamus, quàm si aliî tradiderimus. Et Phalinus, Hæc quidem, ait, renuntiabimus: sed et ista vobis ut diceremus præcepit rex, manentibus hìc vobis fœdus, progredientibus ac

a Φαλῖνος δὲ ὑποστρέψας, &c.] Xenophontem putat *Leunclavius* pleniùs sic scripsisse: Φαλῖνος δὲ μεταστὰς καὶ ὑποστρέψας, i. e. *Phalinus secessit et reversus est:* ut infra, μεταστάντες οἱ Ἕλληνες ἐβουλεύοντο — Idem, si Noster hoc modo non scripsit, ità ejus supplenda censet verba. Huic equidem libens accesserim, nisi fortè alia, quàm quæ vulgò adfertur, τοῦ ὑποστρέφειν interpretatio eruenda sit. *J. Poll.* hæc τῇ ἀπάτῃ recenset συνώνυμα: ἐξαπάτη, στροφὴ, ὑποστροφὴ — πλάσμα &c. et τῷ ἀπατᾷν, ἐξαπατᾷν, στρέφεσθαι, ὑποστρέφεσθαι — πλάττειν &c. Hinc *stropha* Latinis est tergiversatio dolosa. Videndum itaque num ὑποστρέψας rectè reddi possit, *cùm rem dolosè animo versârat.*

b Τῶν μυρίων &c.] *Moschopulus:* Μύρια προπαροξυτόνως, αἱ δέκα χιλιάδες· Μυρία δὲ παροξυτόνως, τὰ πολλὰ, καὶ ἀναρίθμητα. Et sic ferè *Phavorinus*, *Ammonius*, et Etymol. m. Apud Latinos etiam *mille*, *centum*, *sexcenta* pro numeris infinitis poni vulgò notum est.

c Εἰ μέντοι μηδεμία &c.] Hanc revocavi scripturam, præeunte *Mureto;* cùm μηδεμιᾶς hactenus legeretur. Rectiùs autem μηδεμία ἐλπὶς opponitur iis, quæ modò præcesserant τῶν μυρίων &c. Cæterùm MS. Eton. dat εἰ δέ τι, quæ in ἔτι mutata probaverim.

d Σώζεσθαι] Ex vi vocis mediæ, *saluti propriæ prospicere, curare sibi salutem dari.* Lege scripta p. 78. n. a.

e Παρ' ἡμῶν δὲ ἀπάγγελλε &c.] Confer *Diodor. Sic.* l. 14. p. 255.

οὖσι δὲ καὶ ἀπιοῦσι, πόλεμος. Εἴπατε οὖν καὶ περὶ τούτου, πότερα [a] μενεῖτε καὶ σπονδαί εἰσιν, ἢ ὡς πολέμου ὄντος παρ' ὑμῶν ἀπαγγελῶ. Κλέαρχος δ' ἔλεξεν, Ἀπάγγελλε τοίνυν καὶ περὶ τούτου, ὅτι καὶ ἡμῖν [b] ταυτὰ δοκεῖ, ἅπερ βασιλεῖ. Τί οὖν ταῦτ' ἐστίν; ἔφη ὁ Φαλῖνος. Ἀπεκρίνατο Κλέαρχος, Ἢν μὲν μένωμεν, σπονδαί· ἀπιοῦσι δὲ καὶ προϊοῦσι, πόλεμος. Ὁ δὲ πάλιν ἠρώτησε, Σπονδὰς ἢ πόλεμον ἀπαγγελῶ; Κλέαρχος δὲ ταυτὰ πάλιν ἀπεκρίνατο, Σπονδαὶ μὲν μένουσιν, ἀπιοῦσι δὲ ἢ προϊοῦσι, πόλεμος. Ὅ, τι δὲ ποιήσοι, οὐ διεσήμαινε. [c] Φαλῖνος μὲν δὴ ᾤχετο, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ.

Οἱ δὴ παρὰ Ἀριαίου ἧκον, [d] Προκλῆς καὶ Χειρίσοφος· (Μένων δὲ αὐτοῦ ἔμενε παρὰ Ἀριαίῳ) οὗτοι δ' ἔλεγον, ὅτι πολλοὺς φαίη Ἀριαῖος εἶναι Πέρσας ἑαυτοῦ βελτίους, οὓς οὐκ ἂν ἀνασχέσθαι αὐτοῦ βασιλεύοντος· [e] ἀλλ' εἰ βούλεσθε συναπιέναι, ἥκειν ἤδη κελεύει τῆς νυκτός· εἰ δὲ μή, αὐτὸς πρῲ [f] ἀπιέναι φησίν. Ὁ δὲ Κλέαρχος εἶπεν, Ἀλλ' οὕτω

discedentibus bellum *propositum* esse. Igitur de hoc etiam dicite, num manebitis et fœdera *inter nos facienda* sunt, an bellum esse à vobis renuntiavero. Et Clearchus, De his verò etiam, renuntiato, inquit, nobis quoque eadem, quæ regi, videri. Quæ tandem hæc sunt? inquit Phalinus. Si manserimus, respondit Clearchus, fœdera; at discedentibus ac progredientibus bellum *fore*. Et ille iterum quæsivit, Fœderáne an bellum renuntiabo? Clearchus rursùm hæc respondit, Fœdera quidem manentibus, discedentibus autem vel progredientibus bellum *esto*. Quid autem ipse facturus esset, non significabat. Et Phalinus quidem cum suis abibat.

Procles verò et Cherisophus ab Ariæo redierunt: (Menon ibi apud Ariæum mansit) hi referebant, dixisse Ariæum multos esse Persas *dignitate* se præstantiores, qui laturi non sint ut rerum ipse potiatur: verùm si vultis cum eo discedere, noctu jam venire *nos* jubet; sin minùs, *postero* se mane discessurum ait. Et Clearchus, Enimverò sic faciendum est, inquit, si *ad ipsum*

a Μενεῖτε καὶ σπονδαί εἰσιν,] Similiter utroque simul tempore usus est Joan. in Apocal. II. 5. ἔρχομαι — καὶ κινήσω — vide suprà p. 21. n. c. 42. n. d. et Matth. XXV. 14. Nec eandem Latini respuunt structuram: *Sallust.* in *Catil.* c. 58. p. 371. edit. Cortii, *Sin metu cesserimus, eadem illa adversa fiunt.* Ubi vide quæ vir doctus notavit.

b Ταυτὰ] Hanc scripturam exhibet edit. *Steph.* quam et infrà paulò, Κλέαρχος δὲ ταυτὰ &c. sequuti sumus. Aliæ minùs rectè ταῦτα, utrobique.

c Φαλῖνος] Quod aliter alii nomen expressêre. MS. Eton. et edit. *Ald.* Φαλένος. *Diodor. Sic.* Φάλυνος. *Plutarch.* Φαΰλλος.

d Προκλῆς καὶ &c.] Vide supra p. 92. n. a.

e Ἀλλ' εἰ βούλεσθε &c.] Lege p. 24. n. b.

f Ἀπιέναι] Adi p. 35. n. a.

χρὴ ποιεῖν, ἂν μὲν ἥκωμεν, ὥσπερ λέγετε· εἰ δὲ μὴ, πράττετε ὁποῖον ἄν τι ὑμῖν οἴησθε μάλιστα συμφέρειν. Ὅ, τι δὲ ποιήσοι, οὐδὲ τούτοις εἶπε. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἤδη ἡλίου δύνοντος, συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς, ἔλεξε τοιάδε· Ἐμοὶ, ὦ ἄνδρες, [a] θυομένῳ ἰέναι ἐπὶ βασιλέα, [b] οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. Καὶ εἰκότως ἄρα οὐκ ἐγίγνετο. Ὡς γὰρ ἐγὼ νῦν πυνθάνομαι, ἐν μέσῳ ἡμῶν καὶ βασιλέως ὁ Τίγρης ποταμός ἐστι ναυσίπορος, ὃν οὐκ ἂν δυναίμεθα ἄνευ πλοίων διαβῆναι· πλοῖα δ' ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν. Οὐ μὲν δὴ αὐτοῦ γε μένειν οἷόν τε· τὰ γὰρ ἐπιτήδεια οὐκ ἔστιν· [c] ἰέναι δὲ παρὰ τοὺς Κύρου φίλους, πάνυ καλὰ ἡμῖν τὰ ἱερὰ ἦν. Ὧδε οὖν χρὴ ποιεῖν· ἀπιόντας δειπνεῖν, ὅ, τι τὶς ἔχει· ἐπειδὰν δὲ [d] σημήνῃ τῷ κέρατι ὡς ἀναπαύεσθαι, συσ-

veneriimus, quemadmodùm dicitis: sin minùs, id facite, quod vobis maximè profuturum existimetis. Ipse quid facturus esset, nè his quidem indicabat, Post hæc, sole jam occidente, convocatis ducibus ac cohortium præfectis, hujusmodi quædam dixit: Sacram mihi rem facienti, viri, adversùs regem proficiscendi causâ, non *læta* fuerunt exta. Et meritò quidem *læta* non fuerunt. Nam ut ego jam intelligo, medio regem inter et nos loco Tigris fluvius est navigabilis, quem sine navigiis transire non poterimus: at nos navigia non habemus. Atque hìc quidem fieri non potest ut maneamus; quippe desunt commeatus: cæterùm de profectione ad amicos Cyri, læta admodùm exta nobis erant. Quamobrem sic faciendum est: abeuntibus cœnandum, quod cuique suppetit: *deinde* cùm *sollemne* quiescendi signum cornu

a Θυομένῳ ἰέναι] *Ammonius:* Θύονται, οἱ διὰ σπλάγχνων μαντευόμενοι. Vide suprà p. 59. Locutio autem ista hoc modo supplenda est, θυομένῳ ἐπὶ τῷ ἰέναι &c. *Arrian.* l. 7. c. 18. — θύεσθαι δὴ τὸν Πυθαγόραν πρῶτον μὲν ἐπὶ τῷ Ἡφαιστίωνι — et mox infrà — αὖθις δὲ θύεσθαι τὸν Πυθαγόραν ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ — Idem l. 4. c. 4. Θυομένῳ δὲ ἐπὶ τῇ διαβάσει &c. Noster Κ. Π. p. 447. Edit. Oxon. 1727. ἐγὼ δὲ θύσομαι ἐπὶ τῇ ὁρμῇ.

b Οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά.] Opponuntur hæc mox sequuturis illis, καλὰ τὰ ἱερὰ ἦν: ut alibi quoque istis, τὰ ἱερὰ ἐκαλλιερεῖτο. Noster *Hist. Gr.* l. 3. haud longè ab init. Ἐπεὶ δὲ θυομένῳ αὐτῷ οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ τῇ πρώτῃ, τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν ἐθύετο· ὡς δὲ οὐδὲ ταῦτα ἐκαλλιερεῖτο, πάλιν &c. Idem Κ. Π. p. 215 et seq. Edit. Oxon. 1727. — Ἔθυε, πρῶτον μὲν Διῒ &c. Ἐπεὶ δ' ἐκαλλιέρησέ τι &c. *Arrian.* l. 4. c. 4. Θυομένῳ δὲ ἐπὶ τῇ διαβάσει, τὰ ἱερὰ οὐκ ἐγίγνετο. Vide suprà p. 66. Huic itaque locutioni, οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ, supplemento τοῦ καλὰ, vel καλῶς ἔχοντα (utì Noster Κ. Π. p. 447. Edit. ejusd.) opus esse puto: nisi fortè in verbo γίγνεσθαι vis quædam ab eruditis parum hactenus animadversa lateat. Suspicioni huic locum Phavorini dedit, τὸ γίνεται per ἀποτελεῖται exponentis, auctoritas. *Tho.* etiam *Magister:* Γιγνόμενον, οὐ μόνον τὸ ἐνεργούμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνῆκόν τινι, καὶ ἁρμόζον. Sed hâc de re alibi forsan iterum.

c Ἰέναι δὲ &c.] Lege modò scripta n. a.

d Σημήνῃ &c.] Scil. σαλπιγκτής. Neque enim huic supplemento à τῷ κέρατι reclamatum est; cùm veterum tubæ ex bubulo cornu fierent, teste *Varrone* L. L. 4. 24. Σαλπιγκτοῦ autem erat, instrumento sonoro signa dare et profectionis et præparationis ad pugnam. Id forsan discriminis inter σάλπιγγας et κέρατα statuendum est, quod scriptores passim agnoscunt La-

κευάζεσθε· ἐπειδὰν δὲ τὸ δεύτερον, ἀνατίθεσθε ἐπὶ τὰ ὑποζύγια· [a] ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ, ἕπεσθε τῷ ἡγουμένῳ, τὰ μὲν ὑποζύγια ἔχοντες [b] πρὸ τοῦ ποταμοῦ, τὰ δὲ ὅπλα ἔξω. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ ἀπῆλθον, καὶ ἐποίουν οὕτω· [c] καὶ τὸ λοιπὸν ὁ μὲν ἦρχεν, οἱ δ' ἐπείθοντο, οὐχ ἑλόμενοι, ἀλλ' ὁρῶντες, ὅτι μόνος ἐφρόνει οἷα δεῖ τὸν ἄρχοντα, οἱ δὲ ἄλλοι ἄπειροι ἦσαν. [d] Ἀριθμὸς δὲ τῆς ὁδοῦ, ἣν ἦλθον [e] ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας μέχρι τῆς μάχης, σταθμοὶ τρεῖς καὶ ἐνενήκοντα, παρασάγγαι πέντε καὶ τριάκοντα καὶ πεντακόσιοι, στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι· ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα, στάδιοι ἑξήκοντα καὶ τρισχίλιοι.

datum fuerit, vasa colligite: cùm *signum* alterum *datum fuerit*, jumentis ea imponite: ad *signum* tertium, ducentem *sic* sequimini, *ut* secundùm fluvium jumenta *sint*, extrà armati. Quæ cùm duces ac præfecti cohortium audiissent abierunt, ac ità fecerunt: atque posthac imperium is obtinebat, parebant illi, non quòd *eum ad hoc* delegissent, sed quia viderent solum sic sapere, ut principem *in exercitu virum* oporteat, cùm alii nullum rerum usum haberent. Itineris autem, quod ab Epheso Ioniæ *oppido* ad prælii *locum* confecerant, mensura *hæc est*, castra nonaginta tria, parasangæ quingentæ triginta quinque, stadia sedecies mille et quinquaginta: à pugnæ verò *loco* ad Babylonem usque dicebantur esse tria millia stadiorum et sexaginta.

tini: cùm *cornua* ex ære recurvo, ex recto *tubas* factas fuisse narrent. Vide *Senec.* Œdip. v. 733. *Ovid.* Metam. l. 1. v. 98. *Juven.* Sat. 2. v. 118. Et *Lips.* de Mil. Rom. l. 4. dial. 10.

a Ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ,] Scil. σημείῳ. Structuræ varietatem passim sequitur Xenophon. Paulò suprà: ἢν μὲν μένωμεν, σπονδαί· ἀπιοῦσι δὲ καὶ προϊοῦσι, πόλεμος. Vide sis alia exempla p. 17. n. c. Ter autem sonuit signum, ut ritè omnia atque ordine fierent. Similiter *Polybius* l. 6. p. 484. de profectione Romanorum è castris sermonem instituens, tria memorat signa, et suam cuique signo tribuit actionem. Verba sunt: Ὅταν τὸ πρῶτον σημήνῃ, καταλύουσι τὰς σκηνὰς, καὶ συντιθέασι τὰ φορτία πάντες — ὅταν δὲ τὸ δεύτερον, ἀνατιθέασι τὰ σκευοφόρα τοῖς ὑποζυγίοις. Ἐπὰν δὲ τὸ τρίτον σημήνῃ, προάγειν δεῖ τοὺς πρώτους, καὶ κινεῖν τὴν ὅλην παρεμβολήν.

b Πρὸ τοῦ ποταμοῦ, τὰ δὲ &c.] MS. Eton. πρὸς τοῦ &c. quæ quamvis tolerari possit lectio, vulgatam tamen non est cur asperneris. Cæterùm, τὰ ὅπλα denotant τοὺς ὁπλίτας, ut suprà p. 56. ἀσπὶς ponitur pro ἀσπιδοφόροι, ubi vide scripta n. b. Eodem sensu adhibet ὅπλα lib. iii.

c Καὶ τὸ λοιπὸν] *Phavorinus:* Λοιπὸν, ἐπίῤῥημα — (quâ formâ rectiùs scriberetur τολοιπὸν) ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἀντὶ τοῦ ἀκολούθως: et hoc quidem sensu integra foret locutio, εἰς τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου, vel κατὰ τὸ &c.

d Ἀριθμὸς δὲ τῆς &c.] Similiter sub fin. Histor. hujus: Ἀριθμὸς συμπάσης τῆς ὁδοῦ &c. *Phavorin.* Ἀριθμὸς σημεῖον γνωριστικὸν τοῦ πόσου τῶν ὑποκειμένων. Vide p. 42. n. e. In hâc autem locutione rationem iter castris, parasangis stadiisque metiendi respicit.

e Ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας] Supple πόλεως, quod deest etiam Act. XXII. 3. et cum μέχρι τῆς μάχης et ἀπὸ τῆς μάχης mox sequuturis, intellige χρόνου vel τόπου, quæ omnia passim deficere solent.

Ἐντεῦθεν δὴ, ἐπεὶ σκότος ἐγένετο, Μιλτοκύθης μὲν ὁ Θρᾷξ, ἔχων τούς τε ἱππέας τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ εἰς τεσσαράκοντα, καὶ τῶν πεζῶν Θρᾳκῶν ὡς τριακοσίους, ηὐτομόλησε πρὸς βασιλέα. Κλέαρχος δὲ τοῖς ἄλλοις ἡγεῖτο, κατὰ τὰ παρηγγελμένα, οἱ δ' εἵποντο· καὶ ἀφικνοῦνται εἰς τὸν πρῶτον σταθμὸν παρὰ Ἀριαῖον καὶ τὴν ἐκείνου στρατιὰν, ἀμφὶ μέσας νύκτας· [a] καὶ ἐν τάξει θέμενοι τὰ ὅπλα, συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ τῶν Ἑλλήνων παρὰ Ἀριαῖον· καὶ ὤμοσαν οἵ τε Ἕλληνες καὶ Ἀριαῖος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ οἱ κράτιστοι, μήτε προδώσειν ἀλλήλους, σύμμαχοί τε ἔσεσθαι· οἱ δὲ βάρβαροι προσώμοσαν, καὶ ἡγήσεσθαι ἀδόλως. Ταῦτα δ' ὤμοσαν, [b] σφάξαντες κάπρον, καὶ ταῦρον, καὶ λύκον, καὶ κριὸν, [c] εἰς ἀσπίδα βάπτοντες οἱ μὲν Ἕλληνες ξίφος, οἱ δὲ βάρβαροι λόγχην. Ἐπεὶ δὲ τὰ πιστὰ ἐγένετο, εἶπεν ὁ Κλέαρχος, Ἄγε δὴ, ὦ Ἀριαῖε,

Indè, tenebræ cùm *obductæ* essent, Miltocythes Thrax cum equitibus, ipse quibus præerat, ferè quadraginta, et trecentis circiter peditibus Thraciis, ad regem perfugit. Cæteris se ducem præstabat Clearchus, quemadmodùm convenerat, ac sequebantur; perveniúntque *adeò* ad prima castra prope Ariæum ejúsque exercitum, mediâ ferè nocte: cúmque arma ordine disposuissent, Græcorum duces et præfecti cohortium apud Ariæum convenêre; et tam Græci quàm Ariæus, cum *aliis* apud hunc *dignitate* præstantissimis, jurejurando firmabant, neque prodituros se mutuò, et societatem *fide* culturos: barbari prætereà jurejurando adfirmabant, sine fraude se itineris duces futuros. In hæc autem *sic* jurârunt, *ut* apro, tauro, lupo, ariete mactatis, Græci gladium, barbari hastam in scutum intingerent. Posteaquam data erat *utrin-*

a Καὶ ἐν τάξει θέμενοι &c.] Eodem sensu infrà paulò dicit, εἰς τάξιν τὰ ὅπλα τίθεσθαι, et alibi sæpé. Vide p. 45. n. d. et p. 47. n. b.

b Σφάξαντες κάπρον, καὶ &c.] In peragendis fœderibus, ac sanciendâ publicè privatímque amicitiâ, multas apud gentes effusum fuisse sive ipsorum in societatem coëuntium, sive animalium sanguinem, tam ex historiâ passim antiquâ, quàm ex phrasibus *ferire*, *icere*, *percutere fœdus*, ὅρκια τέμνειν &c. constat. Morem autem in vase, quo sanguis fuerat exceptus, ensem, lanceam &c. tingendi apud Scythiæ populos obtinuisse tradit *Herodotus* l. 4. c. 70. Ὅρκια δὲ, inquit, ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε — εἰς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες, αἷμα συμμίσγουσι — καὶ ἔπειτα ἀποβάψαντες ἐς τὴν κύλικα ἀκινάκεα, καὶ ὀϊστοὺς, καὶ σάγαριν, καὶ ἀκόντιον — Quem ferè locum expressit *Mela* l. 2. c. 1. ubi vide quæ notavit *Is. Vossius*. Ἀφ' οὗ γὰρ, (inquit Toxares de more firmandæ apud Scythas amicitiæ *Lucian*. pag. 630.) ἐντεμόντες ἅπαξ τοὺς δακτύλους, ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα &c. Consule *Archæol. Gr.* l. 2. c. 6.

c Εἰς ἀσπίδα &c.] Sanguini *scil.* excipiendo adhibitum. Cæterùm nonnihil sollicitus est *Ablancortius*, unde aprum tam opportunè lupúmque capere potuerint. Frustrà; nam neque feræ illic, neque viri captandis iis idonei deerant.

ἐπεί περ ὁ αὐτὸς ἡμῖν [a] στόλος ἐστὶ καὶ ὑμῖν, [b] εἰπὲ τίνα γνώμην ἔχεις περὶ τῆς πορείας· πότερον [c] ἄπιμεν ἥνπερ ἤλθομεν, ἢ ἄλλην τινὰ [d] ἐννενοηκέναι δοκεῖς ὁδὸν κρείττω; Ὁ δ᾽ εἶπεν, Ἣν μὲν ἤλθομεν ἀπιόντες, πάντες ἂν ὑπὸ λιμοῦ ἀπολοίμεθα· ὑπάρχει γὰρ νῦν ἡμῖν οὐδὲν τῶν ἐπιτηδείων. Ἑπτακαίδεκα γὰρ σταθμῶν τῶν ἐγγυτάτω οὐδὲ δεῦρο ἰόντες ἐκ τῆς χώρας οὐδὲν [e] εἴχομεν λαμβάνειν· ἔνθα δ᾽ εἴτι ἦν, ἡμεῖς διαπορευόμενοι κατεδαπανήσαμεν. Νῦν δ᾽ ἐπινοοῦμεν πορεύεσθαι [f] μακροτέραν μὲν, τῶν δ᾽ ἐπιτηδείων οὐκ ἀπορήσομεν. Πορευτέον δ᾽ ἡμῖν τοὺς πρώτους σταθμοὺς ὡς ἂν δυνώμεθα μακροτάτους, ἵνα ὡς πλεῖστον [g] ἀποσπασθῶμεν τοῦ βασιλικοῦ στρατεύματος· ἢν γὰρ ἅπαξ δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπόσχωμεν, οὐκέτι μὴ δύνηται βασιλεὺς ἡμᾶς καταλαβεῖν. Ὀλίγῳ μὲν γὰρ στρατεύματι οὐ τολμήσει ἐφέπεσθαι· πολὺν δ᾽ ἔχων [h] στόλον, οὐ δυνήσεται ταχὺ πο-

que fides. Clearchus ait, Age verò, Ariæe, quandoquidem nobis eadem et vobis est expeditio, dicito tua quæ sit de itinere sententia: eâdémne, quâ venimus, nobis abeundum sit viâ, an aliam animadvertisse *tibi* potiorem videris? Et ille, Si *viâ*, quâ venimus, abierimus, omnes fame peribimus: jam nobis enim nulli suppetunt commeatus. Nam denis septenis castris proximis hisce, nè *tum* quidem cùm huc pergeremus, ex *ipsâ* quidquam regione capere potuimus: et si quid istic fuit, nos cùm per *eam* proficisceremur penitùs absumpsimus. Jam verò cogitamus *viâ* longiore quidem *illâ* proficisci, sed *in quâ* commeatûs non indigebimus. Ac primis quidem castris quàm longissimè poterimus nobis proficiscendum est; ut quàm maximè regiis à copiis abstrahamur: nam si bidui semel aut tridui itinere *ab ipsis* abfuerimus, rex non *jam* ampliùs adsequi nos poterit. Parvis enim cum copiis insequi non audebit: et magnum si ducat exercitum, celeriter progredi non poterit;

a Στόλος] Respice p. 24. n. a.

b Εἰπὲ] Edit. *Leunclav.* perperam exhibet εἶπε. Ipsa modi ratio, ut ὀξυτόνως scribatur, postulat. Sic suprà p. 97. σὺ δ᾽ ἡμῖν εἰπὲ, τί &c. Leve hoc; atque ideò tantùm notatum, quòd seriò *Leunclavianum* hunc errorem castigat *Portus*, et editor quidam Xenophontéus fidelissimè servavit.

c Ἄπιμεν &c.] Vide p. 35. n. a. Cæterùm, ἥνπερ ἤλθομεν dicitur ἐλλειπτικῶς pro καθ᾽ ἣν &c. scil. ὁδὸν, uti mox iterum.

d Ἐννενοηκέναι δοκεῖς] Lege, si tanti, quæ notavimus ad K. Π. p. 1. in *Addend.* Edit. Oxon. 1727.

e Εἴχομεν λαμβάνειν] *Phavorin.* Ἔχω, τὸ δύναμαι, ἀπαρεμφάτῳ. Sic *Æschin.* dial. 1. sect. 2. Τούτων οὖν ἑκάστου ἔχομεν διδάσκαλον εἰπεῖν; Οὐκ ἔχομεν, οὐ &c. Similiter alibi sæpé.

f Μακροτέραν] Supple καθ᾽ ὁδὸν, uti suprà modò.

g Ἀποσπασθῶμεν] De profectione loquitur, quam maturari studet. Falluntur itaque interpretes ad Luc. XXII. 41. qui ex verbo ἀπεσπάσθη colligi posse putant, Jesum à discipulis invitum discessisse.

h Στόλον,] Vide p. 24. n. a.

ρεύεσθαι· ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδείων σπανιεῖ. Ταύτην, ἔφη, γνώμην ἔχω.

Ἦν δ' αὕτη [a] ἡ στρατηγία οὐδὲν ἄλλο δυναμένη, ἢ [b] ἀποδρᾶναι, ἢ ἀποφυγεῖν· ἡ δὲ τύχη ἐστρατήγησε κάλλιον. Ἐπεὶ γὰρ ἡμέρα ἐγένετο, ἐπορεύοντο ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν ἥλιον, λογιζόμενοι ἥξειν ἅμα ἡλίῳ δύνοντι εἰς κώμας τῆς [c] Βαβυλωνίας χώρας· [d] καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐψεύσθησαν. Ἔτι δὲ ἀμφὶ [e] δείλην ἔδοξαν πολεμίους ὁρᾶν ἱππέας· [f] καὶ τῶν τε Ἑλλήνων οἳ μὴ ἔτυχον ἐν ταῖς τάξεσιν ὄντες, εἰς τὰς τάξεις ἔθεον, καὶ Ἀριαῖος (ἐτύγχανε γὰρ ἐφ' ἁμάξης πορευόμενος, διότι ἐτέτρωτο) καταβὰς ἐθωρακίζετο, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. [g] Ἐν ᾧ δὲ ὡπλίζοντο, ἧκον λέγοντες οἱ προπεμφθέντες σκοποὶ, ὅτι οὐχ ἱππεῖς εἰσιν, ἀλλὰ ὑποζύγια νέμοιτο. Καὶ εὐθὺς ἔγνωσαν πάντες, ὅτι ἐγγύς που ἐστρατοπεδεύετο βασιλεύς· καὶ γὰρ καὶ καπνὸς ἐφαίνετο ἐν κώμαις

atque forsan etiam commeatum inopiâ premetur. Hæc mea, inquit, sententia est.

Cæterùm hoc de ducendo exercitu consilium ad nihil aliud quàm ad recessum vel fugam accommodatum erat: verùm fortuna meliùs ducis est officio functa. Nam ubi dies illuxit, *sic* iter faciebant, *ut* solem haberent ad dextram, cùm existimarent sole jam occidente ad vicos agri Babylonici se perventuros: in quo sanè haudquaquam falsi sunt. Verùm inclinato in vesperam die, hostilem *sibi* videre visi sunt equitatum: quare tum Græci, qui fortè ordines non servârant, ad ordines currebant, tum Ariæus (quippe curru fortè faciebat iter, propterea quòd vulneratus esset) *de eo* cùm descendisset, thoracem induit, *quod* et sui *fecerunt*. Intereà dum armis illi se induerent, speculatores præmissi redeunt, ac non equites *istos* esse nuntiant, sed jumenta pastum quærentia. Itaque statim animadvertebant omnes, regem alicubi in propinquo habere castra: nam et fumus haud procul in vicis conspi-

a Ἡ στρατηγία &c.] *Suidæ* est τὸ ἀξίωμα, i. e. *dignitas imperatoria:* et sic ferè cæteri Lexicographi. *Amasæus* vertit *consilium:* sed ejus ad versionis marginem rectè et huic loco convenienter notat *Stephanus*, vocem στρατηγία *non significare simpliciter consilium, sed ducis vel imperatoris consilium de re aliquâ, ad ejus artem pertinente.* Porrò, τῷ δυναμένη sensum istum rectè tribueris, quem δύναται apud *Aristoph*. in Pluto v. 843. postulat.

ΚΑΡ. Τὸ τριβώνιον δὲ τί δύναται —;

i. e. — *quid vult sibi? Hesych.* Δύνασθαι, θέλειν.

b Ἀποδρᾶναι ἢ ἀποφυγεῖν·] Lege de his verbis notata p. 30.

c Βαβυλωνίας χώρας·] Plenè dixit, cùm priùs p. 52. tantùm διὰ τῆς Βαβυλωνίας, ellipticé.

d Καὶ τοῦτο μὲν &c.] Quâ de ellipsi vide p. 21. n. b.

e Δείλην.] Scil. πρωΐαν: infrà paulò venit ὀψὲ, deinde σκότος. Lege scripta p. 62. n. c.

f Καὶ] Consule p. 86. n. b.

g Ἐν ᾧ] Adi p. 86. n. d.

οὐ πρόσω. Κλέαρχος δὲ ἐπὶ μὲν τοὺς πολεμίους οὐκ [a] ἦγεν· (ᾔδει γὰρ καὶ ἀπειρηκότας τοὺς στρατιώτας, καὶ ἀσίτους ὄντας· ἤδη δὲ [b] καὶ ὀψὲ ἦν) οὐ μέντοι οὐδ᾽ ἀπέκλινε, φυλαττόμενος μὴ δοκοίη φεύγειν· ἀλλ᾽ [c] εὐθύωρον ἄγων, ἅμα τῷ ἡλίῳ δυομένῳ εἰς τὰς ἐγγυτάτω κώμας τοὺς πρώτους ἔχων [d] κατεσκήνωσεν, ἐξ ὧν διήρπαστο ὑπὸ τοῦ βασιλικοῦ στρατεύματος καὶ αὐτὰ τὰ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν ξύλα. Οἱ μὲν οὖν πρῶτοι ὁμοίῳ τρόπῳ τινὶ ἐστρατοπεδεύοντο, οἱ δ᾽ ὕστεροι [e] σκοταῖοι προσιόντες, [f] ὡς ἐτύγχανον ἕκαστοι ηὐλίζοντο, καὶ κραυγὴν πολλὴν ἐποίουν καλοῦντες ἀλλήλους, ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους ἀκούειν· ὥστε [g] οἱ μὲν ἐγγύτατα τῶν πολεμίων καὶ ἔφυγον ἐκ τῶν [h] σκηνωμάτων. Δῆλον δὲ τοῦτο τῇ ὑσ-

ciebatur. At Clearchus in hostes non duxit; (nôrat enim et fatigatos esse, milites, et jejunio laborare: quin et serum jam *diei* erat) neque tamen *viâ* declinavit, cùm caveret, nè fugere videretur: sed recto ducens tramite, sole jam occidente, cum iis qui primi erant, tabernacula proximis collocavit in vicis, è quibus à regiis copiis direpta erant etiam ipsa ædium ligna. Ac primi quidem tali quodam modo castra sunt metati, posteriores quia tenebris jam *terræ* inductis accesserant, quo fortè quilibet loco erat, cubabant; ac mutuò se adpellando magnum excitârunt clamorem, quem et hostes audiêrunt: quo factum est, ut hostium proximi è tentoriis etiam fugerent. Post-

a Ἦγεν· (ᾔδει γὰρ καὶ ἀπειρηκότας &c.] *Leunclav.* reddit, *quòd nôrat milites tantùm non animos despondisse.* Sed ἀπειρηκὼς sonat *defatigatus.* Sic Noster K. Π. p. 643. Edit. Oxon. 1727. καὶ παραλαμβάνειν τοὺς ἀπειρηκότας ἵππους καὶ ἀνθρώπους, i. e. *defatigatos equos* &c. Et in Κυνηγ. ferè medio λαγὼ ἀπειρηκότα, scil. cursu *defatigatum* videre est. Cæterùm, pro ἦγεν in MS. Eton. et edit. *Ald.* est ᾔσαν. Hinc forsan suum ᾔλασεν confecit *Cl. Arnaud.* Atqui nihil vulgato ἦγεν rectius. Sic suprà p. 85. ὁ δὲ βασιλεὺς ταύτῃ μὲν οὐκ ἦγεν. mox εὐθύωρον ἄγων, et alibi persæpé.

b Καὶ ὀψὲ ἦν] Dixit ἐλλειπτικῶς, ut *serum* Latini. In Κυνηγετ. ferè medio integrè legitur, καὶ ἡ ὀψὲ ἤδη τῆς ἡμέρας.

c Εὐθύωρον &c.] *Suidas:* Εὐθυωρὸν, (scribitur enim et ἐξυτόνως) ἀντὶ τοῦ κατ᾽ εὐθεῖαν· οὕτως Ἀντιφῶν καὶ Ξενοφῶν. *Harpocration:* (ex quo sua *Suidas*) Εὐθύωρον, τὸ κατ᾽ εὐθεῖαν. Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα. Τὸ ὄνομα καὶ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν δευτέρᾳ Ἀναβάσεως.

d Κατεσκήνωσεν,] *Leunclav.* minùs accuratè vertit, *castra locat.* Verbum quidem simplex, ipsúmque adeò compositum, nonnunquam notionem istam repræsentare videbimus infrá. Propriè tamen σκηνῶ est πρὸς καιρὸν οἴκησιν ποιοῦμαι, ἢ ἁπλῶς οἰκῶ. Hìc commorationem significat, licèt non prorsùs castrensem, militum tamen in vicis, in quos nocte jam admonente diverterant; ideóque castrensi similem: id quod his Xenophon verbis innuere videtur, Οἱ μὲν οὖν πρῶτοι ὁμοίῳ τρόπῳ τινὶ ἐστρατοπεδεύοντο, &c.

e Σκοταῖοι προσιόντες] *Suidas:* Σκοταῖος ἦλθεν· ἀντὶ τοῦ, ἔτι σκοτίας οὔσης. Deinde loci hujus verba citat, eâdem (σκοταῖοι scil. non σκοταῖοι) servatâ scripturâ.

f Ὡς ἐτύγχανον &c.] *Nullo certo ordine, ut quisque potuit, quem* quisque nactus est loco, pernoctabant. *Phavorin.* Αὐλίζεται, κατασκηνοῖ, φυλάττεται, παρεμβάλλει, κοιμᾶται. Αὐλιζόμενοι ἀντὶ τοῦ κοιμώμενοι.

g Οἱ μὲν ἐγγύτατα τῶν &c.] Vide pag. 57. n. b.

h Σκηνωμάτων,] Fallitur omnino *Thom. Magister*, qui σκήνωμα et σκηνόω, ῶ, παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ μόνον reperiri putaverit. Utrâque eum oberrâsse voce docet tam nominis quàm verbi κατεσκήνωσεν lin. 6. usus Xenophon.

τεραίᾳ ἐγένετο· οὔτε γὰρ ὑποζύγιον ἔτι οὐδὲν ἐφάνη, οὔτε στρατόπεδον, οὔτε καπνὸς οὐδαμοῦ πλησίον. Ἐξεπλάγη δὲ, ὡς ἔοικε, καὶ βασιλεὺς [a] τῇ ἐφόδῳ τοῦ στρατεύματος· ἐδήλωσε δὲ τοῦτο, οἷς τῇ ὑστεραίᾳ ἔπραττε. Προϊούσης μέντοι τῆς νυκτὸς ταύτης, καὶ τοῖς Ἕλλησι φόβος ἐμπίπτει, καὶ θόρυβος καὶ δοῦπος ἦν, οἷον εἰκὸς, φόβου ἐμπεσόντος, γίγνεσθαι. Κλέαρχος δὲ [b] Τολμίδην Ἠλεῖον, ὃν ἐτύγχανεν ἔχων παρ' ἑαυτῷ κήρυκα ἄριστον τῶν τότε, τοῦτον ἀνειπεῖν ἐκέλευσε, σιγὴν κατακηρύξαντα, ὅτι προαγορεύουσιν οἱ ἄρχοντες, ὃς ἂν [c] τὸν ἀφιέντα τὸν ὄνον εἰς τὰ ὅπλα καταμηνύσῃ, ὅτι λήψεται μισθὸν [d] τάλαντον ἀργυρίου. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐκηρύχθη, ἔγνωσαν οἱ στρατιῶται ὅτι κενὸς ὁ φόβος εἴη, καὶ οἱ ἄρχοντες σῶοι. [e] Ἅμα δὲ ὄρθρῳ παρήγγειλε Κλέ-

ridie facilè hoc intellectum est: nam neque jumentum adparuit ullum, neque castra, neque usquam in propinquo fumus. Quin et rex *ipse*, utì videbatur, exercitûs *nostri* adventu fuit exterritus: ídque declaravit iis, quæ altero die fecit. Verùm hâc procedente nocte, Græcis etiam incidit terror, ac tumultus erat strepitúsque *tantus*, quantum esse consentaneum est, cùm terror incidit. Clearchus verò Tolmidem Eleum, quem præstantissimum ejus temporis præconem apud se fortè habebat, pronuntiare jussit, silentio *priùs* indicto, significare duces, qui indicârit eum, asinum qui in castra emiserat, *istum* præmium argenti talentum accepturum. Hæc posteaquam per præconem enuntiata fuerunt, intellexêre milites vanum fuisse terrorem, ac duces

a Τῇ ἐφόδῳ] *Hesych.* et *Phavor.* Ἔφοδος, ὁρμὴ, ἄφιξις, ἐπιδρομὴ, παρουσία, βλάβη. *Scholiastæ Thucyd.* ad l. 7. non longè ab initio, est ἐπίθεσις πολεμική.

b Τολμίδην Ἠλεῖον, — τοῦτον] Redundat pronomen hoc, planè sicut Act. VII. 35. Τοῦτον τὸν Μωϋσῆν ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες· Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; τοῦτον ὁ Θεὸς &c. Vide p. 65. n. b.

c Τὸν ἀφιέντα τὸν ὄνον &c.] *Leunclav.* τὸν φόβον pro τὸν ὄνον substituendum conjicit: quæ quidem conjectura talo satis firmo niti haudquaquam videtur. A libris certè tam scriptis quàm editis, quos mihi videre contigit, recedit: et locutionem, ἀφιέναι φόβον, mihi quidem suspectam inducit. Asinos in impedimentis fuisse ex p. 94. constat: atque adeò unum ex his aliquem, cùm è debito τῶν ὑποζυγίων loco ad eum, milites ubi pernoctabant, deerrâsset, metum iis motúsque castrenses excitâsse crediderim. Ὅπλα autem hìc, opinor, denotat locum, ubi excubabant armati. *Thucyd.* l. 8. ferè medio, Ἦσαν δ' Ἀθηναῖοι πάντες ἀεὶ, οἱ μὲν ἐπὶ τείχει, οἱ δ' ἐν τάξει, — ἐφ' ὅπλοις. ubi sic *Scholiastes:* Ὅπλα νῦν, καὶ μετ' ὀλίγον, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ παρὰ τούτῳ συγγραφεῖ χωρίοις, σημαίνει τὸν τόπον, ἐφ' ᾧ οἱ στρατιῶται φυλακὰς ἔχουσιν ὡπλισμένοι. Quo sensu infrà paulò nomen illud adhibuisse videtur Xenophon, necnon apud Κ. Π. p. 494. Edit. Oxon. 1727. ubi Persarum τὴν ἄκραν, ὥσπερ ἴδει, φυλασσόντων diligentia, negligentiæ Chaldæorum, quorum ὅπλα ἔρημα deprehenderat Cyrus, opponitur,

d Τάλαντον ἀργυρίου.] Consule *indic.* pondera et mens. complectentem.

e Ἅμα δὲ ὄρθρῳ] *Phavorin,* et *Tho. Magister:* Ὄρθρος, ὁ πρὸ τοῦ λυκαυγοῦς καιρὸς, ἐν ᾧ ἔτι λύχνῳ δύναταί τις χρῆσθαι. Crepusculi autem matutini pars dicitur τὸ λυκαυγὲς, cùm dubia jam lux est.

αρχος εἰς τάξιν τὰ ὅπλα τίθεσθαι τοὺς Ἕλληνας, ἧπερ εἶχον, ὅτε ἦν ἡ μάχη.

Ὃ δὲ δὴ ἔγραψα ὅτι βασιλεὺς ἐξεπλάγη τῇ ἐφόδῳ τῇδε, δῆλον ἦν. Τῇ μὲν γὰρ πρόσθεν ἡμέρᾳ [a] πέμπων, τὰ ὅπλα παραδιδόναι ἐκέλευε, τότε δὲ ἅμα ἡλίῳ ἀνατέλλοντι κήρυκας ἔπεμψε περὶ σπονδῶν. Οἱ δ' ἐπεὶ ἦλθον πρὸς τοὺς προφύλακας, ἐζήτουν τοὺς ἄρχοντας. Ἐπεὶ δ' ἀπήγγειλαν [b] οἱ προφύλακες, Κλέαρχος τυχὼν τότε τὰς τάξεις ἐπισκοπῶν, εἶπε τοῖς προφύλαξι, κελεύειν τοὺς κήρυκας περιμένειν, ἄχρις ἂν σχολάσῃ. Ἐπεὶ δὲ κατέστησε τὸ στράτευμα, [c] ὥστε καλῶς ἔχειν ὁρᾶσθαι πάντῃ φάλαγγα πυκνὴν, τῶν δὲ ἀόπλων μηδένα καταφανῆ εἶναι, ἐκάλεσε [d] τοὺς ἀγγέλους, καὶ αὐτός τε προῆλθε τούς τε εὐοπλοτάτους ἔχων [e] καὶ εὐειδεστάτους τῶν αὐτοῦ στρατιωτῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις

esse salvos. Primo autem diluculo Clearchus Græcis imperat, ut *illo* armati consisterent ordine, quo se prælii tempore tenuerant.

Cæterùm quod paullò ante scripsi, regem hoc adventu nostro exterritum fuisse, *id quidem* manifestum erat. Nam cùm pridie nuntiis *ad nos* missis, ut arma traderemus præceperat, tunc sanè sub ortum solis caduceatores misit, *qui* de fœderibus *agerent*. Hi cùm ad primos excubitores venissent, *ubi* duces *essent* quærebant. *Quod* ubi renuntiâssent excubitores, Clearchus id qui fortè temporis ordines inspiciebat, excubitoribus mandavit, caduceatores expectare juberent, donec sibi otium esset. Cùm autem sic instruxisset exercitum, ut omni ex parte commodè densa cerni posset phalanx, nec quisquam ex inermis esset in conspectu, nuntios arcessivit, ac tum ipse processit cum parte militum suorum armis instructissimâ atque pulcherrimâ, tum aliis

a Πέμπων,] Scil. *κήρυκας*, de quibus suprà p. 94. seu *ἀγγέλους*, utì mox infrà. Sic et Latini *mittere*, passim absolutè ponunt pro *epistolam* modò, modò *nuncium*, *legatum* mittere. Confer Matth. II. 16. Act. XIX. 31.

b Οἱ προφύλακες,] Haud anxiè prepositioni inhærendum videtur; cùm illud compositum et simplex *φύλακες*, ut et *φυλακαὶ* ac *προφυλακαὶ*, de iisdem non rarò adhibeantur. Vide sis Κ. Π. p. 217. 219. 221. 238. 360. 362. alibi. Edit. Oxon. 1727.

c Ὥστε καλῶς ἔχειν &c.] De *πυκνώσει φάλλαγγος* vide sis *Arri*. Tact. p. 32. edit. *Blanc*. et *Æli*. c. 32.

d Τοὺς ἀγγέλους,] Quos modò *κήρυκας* adpellaverat. Nimirum hi, præter alia haud pauca, *ἀγγέλων* etiam obibant munia. *J. Poll.* l. 4. segm. 91. *Τὸ δὲ κηρύκων γένος, — κατεκήρυττε ἡσυχίαν, ἔν τε ἀγῶσι καὶ ἱερουργίαις· καὶ σπονδὰς προήγγελλε, καὶ ἐκεχειρίαν ἐπήγγελλε, καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἀνεκήρυττε.* Et *segm.* 94. *Τάχα δ' ἄν τις τοὺς κήρυκας, καὶ ἑρμηνέας, καὶ σπονδοφόρους, καὶ ἐκεχειροφόρους, καὶ ἀγγέλους ὀνομάσειε.* Vide sis *Eustath.* ad Homer. Il. α'. p. 112.

e Καὶ εὐειδεστάτους τῶν &c.] Formæ multum tribuisse veteres, apud Κ. Π. p. 315. 316. n. 6. Edit. Oxon. 1727. docuimus. Hinc Poëta Il. γ'. unumquemque ferè Græcorum ducem ipso adspectu Priamo sui admirationem injecisse narrat. Referente *Justino* l. 13. c. 1. *amici Alexandri tantæ virtutis ac venerationis erant, ut singulos reges putares.* Quin et Soloni apud *Herodot.* l. 1. c. 32. homo felix est *εὐειδής*. Vide sis Κ. Π. p. 305. Edit ejusd. Hanc in rem ut plura veterum congeramus loca nihil est necesse.

στρατηγοῖς ταῦτα ἔφρασεν. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τοῖς ἀγγέλοις ἦσαν, ἠρώτα τί βούλοιντο. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι περὶ σπονδῶν ἥκοιεν ἄνδρες, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται τά τε παρὰ βασιλέως τοῖς Ἕλλησιν ἀπαγγεῖλαι, καὶ τὰ παρὰ τῶν Ἑλλήνων, βασιλεῖ. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· Ἀπαγγέλλετε τοίνυν αὐτῷ, ὅτι μάχης δεῖ πρῶτον· ἄριστον γὰρ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ὁ τολμήσων περὶ σπονδῶν τοῖς Ἕλλησι λέγειν, μὴ πορίσας ἄριστον. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἄγγελοι ἀπήλαυνον, καὶ ἧκον ταχύ· ([a] ᾧ καὶ δῆλον ἦν ὅτι ἐγγύς που ἦν βασιλεὺς ἢ ἄλλος τις, ᾧ ἐπετέτακτο ταῦτα πράττειν) ἔλεγον δὲ, ὅτι εἰκότα δοκοῖεν λέγειν βασιλεῖ, καὶ ἥκοιεν ἡγεμόνας ἔχοντες, οἳ αὐτοὺς, ἐὰν σπονδαὶ γένωνται, ἄξουσιν ἔνθεν ἕξουσι τὰ ἐπιτήδεια. Ὁ δ' ἠρώτα, [b] εἰ αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι σπένδοιτο ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσιν, ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔσονται σπονδαί. Οἱ δὲ, πᾶσιν, ἔφασαν, μέχρις ἂν βασιλεῖ [c] τὰ παρ' ὑμῶν διαγγελθῇ. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπον, μεταστησάμενος αὐτοὺς ὁ Κλέαρχος, ἐβουλεύετο· καὶ ἐδόκει ταχὺ τὰς σπονδὰς ποιεῖσθαι, καὶ [d] καθ' ἡσυχίαν ἐλθεῖν τε ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια καὶ λαβεῖν. Ὁ δὲ Κλέ-

hæc ducibus denuntiavit. Posteaquam prope nuntios erant, quid vellent, interrogat. Aiunt illi, *ut* de fœderibus *agerent* venisse homines, qui et ad regis *mandata* Græcis, et ad Græcorum regi *mandata* referenda forent idonei. Respondit *Clearchus:* Ergo renuntiate ei, primùm prælio decertandum esse: prandium enim *nobis* non est, nec *quisquam unus* qui Græcis verba de fœderibus facere audeat, nisi prandium præbuerit. Hæc cùm audissent nuntii abequitabant, ac statim redibant: (unde constabat in propinquo regem alicubi esse, vel quendam alium, cui de his agendis datum esset negotium) aiebant autem regi æqua, quæ protulissent, esse videri, atque *adeò* venire se cum ducibus *itinerum,* qui eos, si inirentur fœdera, ducturi essent, ubi commeatus essent habituri. Et quærebat ille, an fœdera iis *tantùm* viris offerret, *ad ipsum* qui ituri essent ac redituri, an aliis quoque *cum ipso pacta* forent fœdera. Illi, omnibus, aiunt *oblata esse fœdera,* quoad regi à vobis *proposita* renuntientur. Hæc cùm dixissent, Clearchus, iis submotis, *totâ de re* consultabat: visúmque est ut fœdera statim inirent, pacatéque *adeò* ad commeatum tum proficiscerentur, tum caperent. Et Clearchus, Mihi quoque, inquit,

a Ὧι καὶ] Particulam hanc immeritò neglexerunt interpretes, cùm animum ad illa, quæ p. 105. memorat Auctor, ejusdem rei indicia revocet.

b Εἰ αὐτοῖς &c.] Eandem pronominis hujusce potestatem notavimus K. Π. p. 611. Edit. Oxon. 1727. De ellipsi præp. σὺν, vide suprà p. 24. n. d.

c Τὰ παρ' ὑμῶν &c.] Exaudias hìc oportet δόγματα vel δεδογμένα; et in iis quæ modò præcesserant, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται τά τε παρὰ βασιλέως τοῖς Ἕλλησιν ἀπαγγεῖλαι, καὶ τὰ &c.

d Καθ' ἡσυχίαν] Peculiariter eâ de *quiete* dicitur, quæ pacem sequitur et inducias. Sic et *Thucyd.* l. 4. ferè medio, ἡσυχίαν πολέμῳ opposuit.

αρχος εἶπε, Δοκεῖ μὲν καὶ ἐμοὶ ταῦτα· οὐ μέντοι ταχύ γε ἀπαγγελῶ, ἀλλὰ [a] διατρίψω ἔστ᾽ ἂν ὀκνήσωσιν οἱ ἄγγελοι, μὴ ἀποδόξῃ ἡμῖν τὰς σπονδὰς ποιήσασθαι· οἶμαί γε μέντοι, ἔφη, καὶ τοῖς ἡμετέροις στρατιώταις τὸν αὐτὸν φόβον παρέσεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει καιρὸς εἶναι, ἀπήγγελλεν ὅτι σπένδοιτο, καὶ εὐθὺς ἡγεῖσθαι ἐκέλευε πρὸς τὰ ἐπιτήδεια. Καὶ οἱ μὲν ἡγοῦντο·

Κλέαρχος μέντοι ἐπορεύετο, τὰς μὲν σπονδὰς ποιησόμενος, τὸ δὲ στράτευμα ἔχων ἐν τάξει, καὶ αὐτὸς ὠπισθοφυλάκει. Καὶ ἐνετύγχανον τάφροις καὶ [b] αὐλῶσι πλήρεσιν ὕδατος, ὡς μὴ δύνασθαι διαβαίνειν ἄνευ γεφυρῶν· ἀλλ᾽ ἐποιοῦντο [c] διαβάσεις ἐκ τῶν φοινίκων, οἳ ἦσαν ἐκπεπτωκότες, τοὺς δὲ καὶ ἐξέκοπτον. Καὶ [d] ἐνταῦθα ἦν Κλέαρχον καταμαθεῖν ὡς ἐπεστάτει, ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τὸ δόρυ ἔχων, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ βακτηρίαν· καὶ εἴ τις αὐτῷ δοκοίη τῶν [e] πρὸς τοῦτο τεταγμένων βλακεύειν, [f] ἐκλεγόμενος τὸν ἐπι-

hæc placent: *quod* tamen ipsis non confestim significabo, sed cunctabor donec vereantur nuntii, nè nobis fœdera ut ineamus minimè videatur: verùm nostris etiam, ait, militibus eundem adfuturum metum arbitror. Posteaquam visum est *illi* esse commodum, percussurum se fœdus significabat, statímque ut ad commeatus ipsum ducerent, præcepit. Atque illi quidem præibant:

At Clearchus fœdera percussurus, copiis instructis iter faciebat, ipséque *eas* à tergo custodiebat. Et in fossas ac valles incidebant aquâ plenas, adeò ut *eas* absque pontibus transire non possent: sed ex palmis, quæ deciderant, quásve ipsi excidebant, pontes faciebant. Atque ibi tum animadverti poterat, quomodo præesset Clearchus; cùm manu lævâ teneret hastam, baculum dextrâ: ac si quis ei videretur illorum, quibus hoc negotii datum erat, segniter se gerere, *mox* idoneum eligens, *illum alterum* amovit; et ipse simul in

a Διατρίψω,] Vide p. 42. n. c.

b Αὐλῶσι] *Hesych.* et *Phavorin.* Αὐλὼν, στενὴ ἀναφορὰ τοῦ ὕδατος· λιμὴν, ἔφυδρος τόπος. *Suidas:* Αὐλῶνες, φάραγγες, ἢ τόποι πλατεῖς περὶ τὰ ὄρη. Quippe et fossæ angustæ et valles αὐλὼν suâ referunt figurâ; cavæ nimirum quæ sint, et mediocri latitudine patentes.

c Διαβάσεις] *Phavorin.* Διάβασις, πορεία, γέφυρα, πέραμα. *Thucyd.* l. 4. haud longè à fine, Ἀπέχει δὲ τὸ πόλισμα πλέον τῆς διαβάσεως, ubi Schol. τῆς διαβάσεως, τῆς γεφύρας.

d Ἐνταῦθα ἦν Κλέαρχον &c.] Pro ἐνταῦθα ἦν καταμαθεῖν ὡς Κλέαρχος &c. Similiter *Ælian.* H. V. l. 8. c. 13. Λέγουσι δὲ καὶ Ἀριστόξενον — Ἡράκλειτόν τε, ὅτι πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ ἔκλαιεν. Act. XVI. 3. — ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν. Planè sic Latini: *Nôsti Marcellum, quàm tardus et parum efficax sit*, Cicer. famil. 8. 10. *Scin' me, in quibus sim gaudiis?* Terent. Eun. act. 5. sc. 8. v. 5. Vide p. 69. n. d.

e Τῶν πρὸς τοῦτο τεταγμένων] *Scil.* ad expediendas διαβάσεις, seu ad ea adparanda, sine quibus fossas aliáve aquis repleta loca trajicere non potuerunt.

f Ἐκλεγόμενος τὸν ἐπιτήδειον &c.] Nugantur *Stephanus* et *Muretus*, qui legen-

τήδειον ἔπαυσεν ἄν, καὶ ἅμα αὐτὸς προσελάμβανεν εἰς τὸν πηλὸν ἐμβαίνων· ὥστε πᾶσιν αἰσχύνην εἶναι, μὴ οὐ σπουδάζειν. Καὶ ἐτάχθησαν μὲν πρὸς αὐτὸν οἱ τριάκοντα ἔτη γεγονότες· ἐπεὶ δὲ καὶ Κλέαρχον ἑώρων σπουδάζοντα, προσελάμβανον καὶ οἱ πρεσβύτεροι. Πολὺ δὲ μᾶλλον ὁ Κλέαρχος ἔσπευδεν, ὑποπτεύων μὴ αἰεὶ οὕτω πλήρεις εἶναι τὰς τάφρους ὕδατος· ([a] οὐ γὰρ ἦν ὥρα οἵα τὸ πεδίον ἄρδειν) ἀλλ' ἵνα πολλὰ τὰ ἄπορα φαίνοιτο τοῖς Ἕλλησιν εἶναι εἰς τὴν πορείαν, τούτου ἕνεκα βασιλέα ὑπώπτευεν ἐπὶ τὸ πεδίον τὸ ὕδωρ ἀφεικέναι.

Πορευόμενοι δὲ ἀφίκοντο εἰς κώμας, ὅθεν ἀπέδειξαν οἱ ἡγεμόνες λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια. Ἐνῆν δὲ σῖτος πολὺς, καὶ [b] οἶνος φοινίκων, καὶ ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν.

cœnum descendens *cum aliis* manum operi admovebat; adeò ut omnibus pudori esset, si non *et ipsi* strenuam navarent operam. Ac apud ipsum quidem triginta *tantùm* annos nati constituti fuerunt: verùm ubi Clearchum opus sedulò facientem viderunt, seniores etiam *ei* manus admoverunt. Et multò magìs festinabat Clearchus, quòd fossas hunc ad modum non semper aquâ plenas esse suspicaretur: (quippe cùm *illud anni* tempus non esset, quo solum rigare solebant) at quò multa Græcis ad iter *faciendum* impedita viderentur, idcircò regem aquam in campum emisisse suspicabatur.

Confecto itinere ad vicos pervenerunt, unde *viæ* duces commeatus capiendos esse demonstraverant. *In his* multum inerat frumentum, et vinum ex palmis, acetúmque ex iisdem coctum. Istæ palmarum glandes, quales apud

dum censeant, ἐκλεγόμενος τὸ ἐπιτήδειον ἔπαυσεν ἂν vel ἔπαυε, καὶ ἅμα &c. atque τὸ ἐπιτήδειον dici velint ἢ δόρυ ἢ βακτηρίαν. Edit. *Ald.* et MS. Bodl. habent ἔπαισεν ἂν, pro quibus *Leunclavius* reponit ἔπαυσεν αὐτόν. Ipse malim reticeri pronomen, atque adeò scribi ἔπαυσεν tantùm; vel, quod propiùs ad vulgatas accedit lectiones, ἔπαυσεν ἄν, Clearchus *scil.* τὸν δοκοῦντα βλακεύειν amovebat, desistere jubebat opere, quod segniùs obibat.

a Οὐ γὰρ ἦν ὥρα οἵα &c.] Noster οἷος, pro ἐπιτήδειος, ἱκανὸς, δυνατὸς, semel atque iterum, eandem structuram sequutus, adhibuit. *Memor.* l. 1. haud longè à fine, Καὶ μὴν γλῶττάν γε πάντων τῶν ζώων ἐχόντων, μόνην τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐποίησαν (Θεοὶ) οἵαν — ἀρθροῦν τε τὴν φωνὴν, καὶ σημαίνειν &c. Et l. 3. propiùs à fine, Γυναικὸς δέ ποτε οὔσης — οἵα συνεῖναι τῷ &c. Itémque sub finem l. 4. Κακοὺς δὲ ἄρα τοὺς οἵους τούτοις κακῶς χρῆσθαι; Cæterùm, rei ipsæ, quam Noster hoc loco respicit, lucem fœnerant *Arriani* verba, l. 7. c. 7. Ὁ δὲ Εὐφράτης μετέωρός τε ῥεῖ καὶ ἰσοχείλης πανταχῆ τῇ γῇ, καὶ διώρυχές τε πολλαὶ ἀπ' αὐτοῦ πεποίηνται, αἱ μὲν ἀέναοι, ἀφ' ὧν ὑδρεύονται οἱ παρ' ἑκάτερα ᾠκισμένοι· τὰς δὲ καὶ πρὸς καιρὸν ποιοῦνται, ὁπότε σφίσιν ὕδατος ἐνδεῶς ἔχοι, ἐς τὸ ἐπάρδειν τὴν χώραν, (οὐ γὰρ ὕεται τὸ πολὺ ἡ γῆ αὕτη ἐξ οὐρανοῦ) καὶ οὕτως &c. *Plin.* H. N. l. 6. c. 26. de Euphrate ad rigua distracto loquitur: cujus nimirum aquæ, in alveos fossásque immissæ, circumjectos rigare campos, tepefactos solis æstivi vapore, solebant. Vide suprà p. 57. n. f. et *Strab.* l. 11. p. 767.

b Οἶνος φοινίκων, καὶ ὄξος &c.] Vide scripta p. 44. n. b. Pro ὄξος ἑψητὸν *Mu-*

[a] Αὗται δὲ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων, οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔστιν ἰδεῖν, τοῖς οἰκέταις ἀπέκειντο· αἱ δὲ τοῖς δεσπόταις ἀποκείμεναι, ἦσαν ἀπόλεκτοι, [b] θαυμάσιοι τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος· [c] ἡ δὲ ὄψις ἠλέκτρου οὐδὲν διέφερε. [d] Τὰς δέ τινας ξηραίνοντες, τραγήματα ἀπετίθεσαν. Καὶ ἦν καὶ [e] παρὰ πότον ἡδὺ μὲν, κεφαλαλγὲς δέ. Ἐνταῦθα

Græcos quidem videre est, famulis reservabantur; quæ verò dominis reservabantur, delectæ erant, pulchritudine et magnitudine admirabiles: specie autem ab electro nihil differebant. *Nonnullas* exsiccatas pro bellariis reposuerant. Et inter potandum suave quidem *illud* erat, sed capitis *tamen* do-

retus nè dubitandum quidem putat, quin legendum sit ὄψον καὶ ἑψητὸν, quam scripturam exhibet *Athenæi* edit. *Ald*. Rectiùs edit. postrema scripturam loci Xenophontéi vulgatam, quam et MS. Eton. et typis impressi libri tuentur, revocavit. *Suidas:* Ὄξος ἑψητὸν, τὸ ἀπὸ φοινίκων: quæ verba ex hoc loco deprompta esse constat. De συσκευσίᾳ ὄξους tam γλυκέος quàm δριμέος vide sis *Geopon*. l. 8. c. 36, 37. *Strabo* l. 16. p. 1078. καὶ γὰρ ἄρτον, καὶ οἶνον, καὶ ὄξος, καὶ μέλι — ἐκ τούτου, *scil.* τοῦ φοίνικος.

a Αὗται δὲ αἱ — οἵας μὲν &c.] Ità reposui ex MSto Eton. adsentientibus *Suidâ* ad v. Ἀπέκειντο et Βάλανος, et veteri versione Gallicâ. Huic etiam lectioni optimè respondet particula δὲ, quæ proximè sequitur. Paulò aliter *Athenæus* l. 14. c. 17. αὗται δὲ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων, οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν οὐκ ἐστὶν ἰδεῖν. ubi particulam negativam deleas oporteat. Dictum autem est οἵας μὲν ellipticè, pro τοιαῦται μὲν οἵας &c. Eâdem ellipsi tum alibi, tum *Memor*. lib. 2. sub fin. usus est Noster: Οὐ γὰρ ἦν (Ἀρχίδημος) οἷος ἀπὸ παντὸς κερδαίνειν, pro Οὐ γὰρ ἦν τοιοῦτος οἷος &c. Minores autem hæ fuêre palmæ, Græci quibus, Xenophontis tempora, importatis utebantur. Vide suprà p. 44. n. b.

b Θαυμάσιοι τὸ κάλλος &c.] Ità legit *Athen*. loco cit. Vulgò, θαυμάσιαι: illa terminatio ἀττικωτέρα est. *Ælian*. H. V. l. 4. c. 8. καὶ σὺν ὀλίγοις μυριάδας παμπόλλους κατηγωνίσατο, pro παμπόλλας. Idem, l. 14. c. 30. Ὄρνιθας γὰρ τῶν ᾠδικῶν παμπόλλους πριάμενος. Vide sis *Stephan*. append. ad scripta de dial. Atticâ p. 151.

Noster autem his verbis designare videtur *caryotas;* quæ auctore *Plinio* H. N. l. 13. c. 4. *maximè celebrantur, et cibo quidem, sed et succo uberrimæ. Ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti.* Et paulò infra: *Sicciores in hoc genere Nicolaï, sed amplitudinis præcipuæ, quaterni cubitorum longitudinem* (cum Salmasio legerim, *cubitum longitudine) efficiunt.*

c Ἡ δὲ ὄψις ἠλέκτρου &c.] Cujus ferè aureus est color. *Theophrast*. l. 2. c. 8. ait, τᾶς μὲν χρυσᾶς, οἱ μὲν λευκοὶ, οἱ δὲ μέλανες, οἱ δὲ ξανθοί. De his palmulis *Galeni* χρυσοβάλανος intelligenda videtur *Salmasio*, Plin. exercit. p. 929. edit. *Traj*. De electro autem vide sis *Plin*. H. N. l. 33. c. 4. et Cl. *Harduini* notas ad locum; necnon quæ disseruit *Camelli* in *Actorum Philosoph. Londin*. parte tertiâ, sect. 16. curà *Motte* editorum; et *Bocharti* Hieroz. part. post. l. 6. c. 16.

d Τὰς δέ τινας &c.] Ità MS. Eton. Libri editi et *Athenæus* loco cit. τὰς δέ τινες. Quòd si retinueris τὰς δὲ, rectiùs, monente *Stephano*, leges τινὰς, i. e. *aliquas earum:* sin τινὲς malis, scribendum τάσδε, i. e. *has*. *Muretus* legit ἐς τραγήματα. Sed ista præpositio sæpissimè ellipsin patitur. Vide p. 97. n. c. Cæterùm, *Plinius* de iisdem, loco cit. *Syri — tragemata appellant.* Pro ἀπετίθεσαν, quod MS. Eton. et libri editi rectè servant, *Athenæus* exhibet παρετίθεντο. Vide sis *Salmasii* Plin. exercit. p. 930.

e Παρὰ πότον &c.] Edit. *Ald*. exhibet ποτὸν, quod et aliàs sæpè pro πότον perperam scribitur. *Phavorinus:* Πότος καὶ ποτὸς διαφέρουσι. Ποτὸς, τὸ πινόμενον ὑγρὸν, ὀξύνεται· πότος δὲ, τὸ συμπόσιον, βαρύνεται.

[a] καὶ τὸν ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικος πρῶτον ἔφαγον οἱ στρατιῶται, καὶ οἱ πολλοὶ ἐθαύμαζον τό, τε εἶδος, καὶ τὴν ἰδιότητα τῆς ἡδονῆς. Ἦν δὲ σφόδρα [b] καὶ τοῦτο κεφαλαλγές. [c] Ὁ δὲ φοίνιξ, ὅθεν ἐξαιρεθείη ὁ ἐγκέφαλος, ὅλος αὐαίνετο. Ἐνταῦθα δὲ ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς· καὶ παρὰ [d] μεγάλου βασιλέως ἧκε Τισσαφέρνης, καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς, καὶ ἄλλοι Πέρσαι τρεῖς· δοῦλοι δὲ πολλοὶ εἵποντο. Ἐπεὶ δὲ ἀπήντησαν αὐτοῖς οἱ τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὶ, ἔλεγε πρῶτον Τισσαφέρνης δι' ἑρμηνέως τοιάδε·

"Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, γείτων οἰκῶ τῇ Ἑλλάδι·

. . . .

lorem excitabat. Ibi primùm milites etiam cerebro palmæ vescebantur, atque multi tum *cibi* genus *ipsum*, tum propriam suavitatis *ejus* naturam admirabantur. Sed et hoc acrem capiti dolorem adferebat. Palma autem *ipsa*, undè cerebrum extractum esset, tota exarescebat. Tres hìc dies commorati sunt: et *intereà* Tissaphernes à magno rege venit, regis item uxoris frater, et tres alii Persæ; *quos* servi multi sequebantur. Iis autem cùm duces Græcorum obviam processissent, Tissaphernes primùm per interpretem in hunc modum loquutus est:

"Ego, Græci, loca Græciæ proxima habito: quare cùm vos in multa et

Similiter *Suidas* et *Ammonius*. Vina autem hæc iniqua capiti *Plinius* l. 13. c. 4. et *Dioscor*. l. 5. c. 40. esse statuunt.

a Καὶ τὸν ἐγκέφαλον τοῦ &c.] *Plinius* H. N. l. 13. c. 4. *Dulcis medulla earum* (palmarum) *in cacumine, quod cerebrum appellant*. Ἐν τῷ ἄνω μορίῳ τὸν ἐγκέφαλον ponunt etiam *Theoph*. l. 2. c. 8. et *Galenus* l. 4. de fac. simpl. medic. c. 15. Locum Xenophontis citat *Athenæus* sub fin. l. 2. *Nicander*, eodem citante *Athen*. φοίνικος ἐγκέφαλον vocat ἀσπαστὸν ἔδεσμα.

b Καὶ τοῦτο &c.] Respicit neutrum βρῶμα vel χρῆμα, exaudiendum; ut suprà modò ἡδὺ fertur ad πόμα vel χρῆμα: utroque à substantivis suis, quæ scilicet exstant, οἶνος et ἐγκέφαλος, genere pariter discordante. Hujusmodi ellipseos notissimum exemplum est,

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· ——
Il. β΄. v. 204.

Similiter 2 Cor. II. 6. Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων. *Pausan*. l. 1. c. 33. Ὁ δὲ Ἄτλας ὑψηλὸν μὲν ἐστιν οὕτως, &c. ubi ὑψηλὸν, regula licèt, ut in Xenophontéis istis, genus mascul. postulet, ad ὄρος subintelligendum refertur. *Diphilo*, citante *Athen*. Οἱ τῶν φοινίκων ἐγκέφαλοι sunt πλήσμιοι, καὶ πολύτροφοι, ἔτι δὲ βαρεῖς καὶ δυσκατέργαστοι, διψώδεις τε καὶ στατικοὶ κοιλίας. Atque adeò mirum minime est, quod dolorem capitis excitarent.

c Ὁ δὲ φοίνιξ, ὅθεν &c.] Istarum palmarum, quæ vocantur *chamærepes*, vel χαμαιριφεῖς, auctoribus *Theoph*. et *Plinio*, locis cit. proprium est, ut exemtâ medullâ vivant. Aliarum autem ἐγκέφαλος ideò à *Dioscoride* l. 1. c. 150. ἐγκάρδιον adpellari videtur, quòd vis earum vitalis in summâ illâ parte, ut hominis in corde, tota sit posita. Paulò aliter locum hunc repræsentat *Athenæus* sub fin. l. 2. Ὁ δὲ φοίνιξ, ὅταν ἐξαιρεθείη ὁ ἐγκέφαλος, ὅλως ἐξαυαίνεται. Edit. *Stephan*. et *Ald*. dant ἐξηραίνετο, quod haud dubiè scholion est τοῦ αὐαίνετο. Hoc certè exhibet MS. Eton. et bis usurpat Noster, in *Œconom*. haud ità longè à fine. *Phavor*. Αὐανθείς, ξηρανθείς. *Suidas*: Αὐάνθη, ἐξηράνθη. Glossam itaque, pro germano verbo, in textum invexit librariorum, utì fit, imperitia.

d Μεγάλου βασιλέως] Respice p. 8. n. g.

“ [a] καὶ ἐπεὶ ὑμᾶς εἶδον εἰς πολλὰ κακὰ καὶ ἀμήχανα
“ πεπτωκότας, [b] εὕρημα ἐποιησάμην, εἴ πως δυναίμην πα-
“ ρὰ βασιλέως αἰτήσασθαι δοῦναί μοι [c] ἀποσῶσαι εἰς τὴν
“ Ἑλλάδα ὑμᾶς. Οἶμαι γὰρ, [d] οὐκ ἀχαρίστως μοι ἕξειν
“ οὔτε πρὸς ὑμῶν, οὔτε πρὸς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης. Ταῦτα
“ δὲ γνοὺς, ᾐτούμην βασιλέα, λέγων αὐτῷ ὅτι δικαίως ἂν
“ μοι χαρίζοιτο, [e] ὅτι αὐτῷ Κῦρόν τε ἐπιστρατεύοντα πρῶ-
“ τος ἤγγειλα, καὶ βοήθειαν ἔχων ἅμα τῇ ἀγγελίᾳ ἀφι-
“ κόμην· καὶ μόνος τῶν κατὰ τοὺς Ἕλληνας τεταγμένων

“ ineluctabilia mala incidisse viderem, in lucro mihi deputandum censui, si
“ quâ ratione petere à rege possem, ut vos in Græciam salvos reducendi
“ mihi copiam daret. Arbitror enim gratiam mihi nec à vobis, nec ab uni-
“ versâ Græciâ defuturam. Hæc cùm existimarem, *id* à rege petii, dicens
“ ei, jure *ipsum hâc in parte* mihi gratificaturum, quippe qui primus ipsi et
“ Cyrum ei bellum parare nuntiârim, et unà cum nuntio auxiliis comitanti-
“ bus accesserim; ac solus ex iis, qui oppositi Græcis fuêre, non fugerim,

a Καὶ ἐπεὶ] De vi istius particulæ jam suprà diximus p. 86. n. b.

b Εὕρημα ἐποιησάμην,] *Suidas:* Εὕρημα, ἐπίτευγμα, i. e. *successus* quidem seu *eventus lætus*, at *insperatus* ferè et casu tanquam oblatus. Deinde, verba hæc Xenophontéa, lectione nonnihil immutatâ, adducit. Ab eodem *Suidâ* exponitur etiam βούλευμα, ἐπιτήδευμα, *consilium, studium:* ab *Hesychio* et *Phavorino* etiam, ἐπινόημα: adeò ut phrasis εὕρημα ἐποιησάμην εἰ &c. commodè reddi possit, *rationem excogitare cœpi, quâ* &c. Scribitur autem nonnunquam εὕρεμα. minùs recté. *Tho. Magister:* Εὕρημα, οὐχ εὕρεμα.

c Ἀποσῶσαι εἰς &c.] Eodem ferè sensu occurrit διασώζω Act. XXIII. 24.

d Οὐκ ἀχαρίστως μοι &c.] MS. Eton. οὐκ ἂν ἀχαρίστως &c. quæ tamen particula malim absit, nisi ἕξειν in ἔχειν mutaveris. *Suidas:* Ἀχαρίστως, μὴ εὐχαρίστως: deinde Xenophontis hunc locum sic repræsentat, Οἶμαι γὰρ ὅτι οὐκ ἂν ἀχαρίστως μοι ἔχειν, οὔτε πρὸς ὑμῶν, οὔτε πρὸς τῆς ἄλλης πάσης Ἑλλάδος. Hæc contra fidem exemplarium Xenoph. sic legenda censet Cl. *Kusterus:* οἶμαι γὰρ, οὐκ ἂν ἀχαρίστως μοι ἔχειν, οὔτε πρὸς ὑμᾶς, οὔτε πρὸς τὴν ἄλλην πᾶσαν Ἑλλάδα, quam lectionem in versione sequutus est. Sed locum, verba hæc unde desumpta sunt, vel non inspexit vir eruditus, vel inspectum parum accepit. Vulgata scriptura minimè sollicitanda videtur. Dicitur autem οὐκ ἀχαρίστως μοι ἕξειν pro οὐκ ἀχάριστον μοι ἔσεσθαι, i. e. *gratiam* facti *mihi non defuturam.* Similis est ferè structura, p. 78. οὐδενὶ πώποτε ἀχάριστον εἶναι τὴν προθυμίαν, *nulli non gratiam animi alacritatis habuit:* vel, *nullius unquam animi alacritatem munere*, seu *gratiâ debitâ, carere patiebatur.* Itidem *Dionys. Halic.* A. R. l. 5. sect. 48. ἡ μέντοι βουλὴ μαθοῦσα ὡς εἶχεν αὐτῷ τὰ πράγματα ἀπόρως, pro ὡς ἦν αὐτῷ τὰ πράγματα ἄπορα. Idem lib. 10. sect. 6. εἰ ἄρα καλῶς ὑμῖν ἔχει, pro καλὸν ὑμῖν ἐστίν. Noster Κ. Π. p. 244. Edit. Oxon. 1727. καλῶς ἐδόκει ἔχειν αὐτῷ, pro, καλὸν ἐδόκει εἶναι αὐτῷ. Porrò πρὸς ὑμῶν, πρὸς τῆς Ἑλλάδος valent *à vobis, à Græciâ*, gratiam *scil.* non mihi defuturam arbitror: seu, *quòd ad vos, ad Græciam attinet* &c. Æschin. *dial.* 2. sect. 29. πρός γε τούτῳ, i. e. *quod ad hoc attinet* &c. Idem sect. 30. πρὸς τούτων, *ad hæc quod attinet.* Et *dial.* 3. sect. 2. — τὴν ἀεὶ θρυλλουμένην πρὸς σοῦ σοφίαν, i. e. *quæ semper abs te* &c. Mox sect. 3. πρὸς ἁπάντων &c. *ab omnibus* &c.

e Ὅτι αὐτῷ Κῦρόν τε &c.] Vide suprà p. 8. et 86.

"οὐκ ἔφυγον, ἀλλὰ διήλασα καὶ συνέμιξα βασιλεῖ ἐν τῷ "ὑμετέρῳ στρατοπέδῳ, ἔνθα βασιλεὺς ἀφίκετο, ἐπεὶ Κῦ-"ρον ἀπέκτεινε· καὶ τοὺς σὺν Κύρῳ βαρβάρους ἐδίωξα σὺν "τοῖσδε τοῖς παροῦσι νῦν μετ' ἐμοῦ, οἵπερ αὐτῷ εἰσι πιστό-"τατοι. Καὶ περὶ μὲν τούτων ὑπέσχετό μοι [a] βουλεύσασ-"θαι· ἔρεσθαι δέ με ὑμᾶς ἐκέλευσεν ἐλθόντα, τίνος ἕνε-"κα ἐστρατεύσατε ἐπ' αὐτόν. Καὶ συμβουλεύω ὑμῖν με-"τρίως ἀποκρίνασθαι, ἵνα μοι εὐπρακτότερον ᾖ, ἐάν τι "δύνωμαι ἀγαθὸν ὑμῖν παρ' αὐτοῦ διαπράξασθαι."

Πρὸς ταῦτα [b] μεταστάντες οἱ Ἕλληνες ἐβουλεύοντο, καὶ ἀπεκρίναντο· (Κλέαρχος δ' ἔλεγεν) "Ἡμεῖς οὔτε συνήλ-"θομεν ὡς βασιλεῖ πολεμήσοντες, οὔτ' ἐπορευόμεθα ἐπὶ "βασιλέα· ἀλλὰ πολλὰς [c] προφάσεις Κῦρος εὕρισκεν, "(ὡς καὶ σὺ εὖ οἶσθα) ἵνα ὑμᾶς τε ἀπαρασκευάστους λά-"βοι, καὶ ἡμᾶς ἐνθάδε ἀναγάγοι. Ἐπεὶ μέντοι ἤδη ἑωρῶ-"μεν αὐτὸν [d] ἐν δεινῷ ὄντα, ᾐσχύνθημεν καὶ θεοὺς καὶ "ἀνθρώπους προδοῦναι αὐτὸν, ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παρέ-

"sed *aciem* perruperim et cum rege vestris in castris me conjunxerim, quò "rex, Cyrum ubi interfecerat, pervenerat; qui barbaros etiam Cyrum secu-"tos cum iis ipsis, quas nunc mecum habeo, fidissimas sanè ipsi, copiis "persequutus fuerim. Ac de his quidem se deliberaturum mihi pollicitus "est: sed tamen *huc* me venire atque vos interrogare jussit, quamobrem ad-"versùs ipsum arma ceperitis. Atque *adeò* vobis suadeo modicè respondea-"tis; ut factu mihi facilius sit, si quid *equidem* boni vobis ab ipso impetrare "potero."

Ad hæc *verba* Græci nonnihil secedentes *inter se* consultabant, atque *ità* responderunt; (Clearcho *pro omnibus* loquente) "Nos neque *eo consilio* con-"venimus, ut regi bellum faceremus, neque adversùs regem profecti sumus: "sed multos Cyrus inveniebat (utì et tu probè nôsti) prætextus, ut et vos "imparatos offenderet, et nos huc perduceret. Posteaquam verò eum in pe-"riculo jam esse ingenti videremus, et apud deos et apud homines puden-"dum existimavimus, eum si desereremus, *præsertim* qui superioribus tem-

a Βουλεύσασθαι·] Forsan βουλεύσεσθαι. Nonnunquam tamen futuri vicem obtinet tempus aoristum illud. *Hesiod.* Ἐργ. v. 334.

Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.

b Μεταστάντες οἱ &c.] Conf. p. 99. n. a.

c Προφάσεις] Adi p. 4. n. a.

d Ἐν δεινῷ] Similiter τὸ δεινὸν sonat *malum* seu *periculum* ferè cuiquam imminens, K. Π. p. 105. Edit. Oxon. 1727. *Æschin.* dial. 3. sect. 3. παρ' αὐτό μοι τὸ δεινὸν γινομένῳ &c. *Ælian.* l. 3. c. 26. καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἑώρα τὸ δεινὸν, &c. Sæpiùs tamen dicitur ἐν τοῖς δεινοῖς pro ἐν τοῖς κινδύνοις vel ἐν τοῖς φοβεροῖς.

"χοντες ἡμᾶς αὐτοὺς εὖ [a] ποιεῖν. Ἐπεὶ δὲ Κῦρος [b] τέθνηκεν, οὔτε [c] ἀντιποιούμεθα βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς, οὔτ' ἔστιν οὗ ἕνεκ' ἂν βουλοίμεθα τὴν βασιλέως χώραν κακῶς ποιεῖν· οὐδ' αὐτὸν ἀποκτεῖναι ἂν ἐθέλοιμεν, [d] πορευοίμεθα δ' ἂν οἴκαδε, εἴ τις ἡμᾶς μὴ λυποίη· ἀδικοῦντα μέντοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς θεοῖς ἀμύνασθαι. Ἐὰν μέντοι τὶς ἡμᾶς καὶ εὖ ποιῶν ὑπάρχῃ, καὶ τούτου εἴς γε δύναμιν οὐχ ἡττησόμεθα εὖ ποιοῦντες." Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν·

Ἀκούσας δὲ ὁ Τισσαφέρνης, ἔφη, Ταῦτα ἐγὼ ἀπαγγελῶ βασιλεῖ, καὶ ὑμῖν πάλιν τὰ παρ' ἐκείνου· μέχρι δ' ἂν ἐγὼ ἥκω, αἱ σπονδαὶ [e] μενόντων· ἀγορὰν δὲ ἡμεῖς παρέξομεν. Καὶ εἰς μὲν τὴν ὑστεραίαν οὐχ ἧκεν· ὥσθ' οἱ Ἕλληνες ἐφρόντιζον· τῇ δὲ τρίτῃ ἥκων ἔλεγεν, ὅτι διαπεπραγμένος ἥκοι

"poribus nosmet ipsos *ejus* beneficiis exhibuissemus. At ubi Cyrus occubuit, neque de regno cum rege contendimus, neque *causæ quidquam* est, cur regis agrum infestare vellemus; nec eum occidere cupimus, sed domum profecturi sumus, si nemo nobis molestiam exhibeat: verùm si quis injuriam faciat, eum cum deorum ope propulsare conabimur. Quòd si quis etiam beneficiis nos prosequatur, nec ab illo pro viribus *nostris* benefaciendo vincemur." Hæc ille loquutus est:

Quæ cùm audîsset Tissaphernes, Hæc regi, inquit, renuntiabo, vicissímque ipsius *mandata* vobis: maneant autem, donec ego rediero, fœdera: et nos forum *vobis* suppeditabimus. Ac postridiè quidem non rediit; ex quo Græci soliciti erant: tertio verò cùm rediisset die, venire se aiebat rege ex-

a Ποιεῖν.] Pro ποιεῖσθαι. *Dionys. Halic.* in epist. 2. de idiom. *Thucyd.* sect. 7. observat eum ἀλλάττειν τὰ εἴδη παθητικῶν καὶ ἐνεργητικῶν, e. g. "Οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ταῖς σπονδαῖς, οὔτε τόδε." τὸ γὰρ "κωλύει," inquit Criticus, ῥῆμα ἐνεργητικὸν ὑπάρχον, ἀντὶ τοῦ "κωλύεται," παθητικοῦ ὄντος, παρείληπται· ἦν δὲ τὸ σημαινόμενον ὑπὸ τῆς λέξεως τοιοῦτον· "Οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύεται ταῖς σπονδαῖς, οὔτε τόδε." Locum certè, ubi *Thucydidis* ista reperiuntur verba, atque adeò lectionis varietatem, ab editoribus operum *Dionys. Hal.* notari oportuit. Extat autem sub fin. l. 1. et sic legitur: οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ἐν ταῖς σπονδαῖς &c. Pergit *Dionys.* Καὶ ἔτι τὰ ἐν προοιμίῳ λεγόμενα· "Τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης, οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις." Καὶ γὰρ ἐν τούτοις, τὸ "ἐπιμιγνύντες," ἐνεργητικὸν ὑπάρχον ῥῆμα, τοῦ "ἐπιμιγνύμενοι," παθητικοῦ ὄντος, χώραν ἔχει. Sic et *Schol.* Ἐπιμιγνύντες, ἐπιμιγνύμενοι. Apud eund. Histor. l. 3. ferè medio, φράσαι pro φράζεσθαι ponitur: l. 6. ferè medio, ἄρχειν pro ἄρχεσθαι: et l. 7. haud longè ab initio, ἄρξαι ἀντὶ παθητικοῦ, ait *Scholiastes*, εἴληπται. *Ælian.* H. V. l. 7. c. 1. Ἡ δὲ ἤνυσεν — τὰ ἀπὸ ταύτης προσταττόμενα δρᾶσαι: cujus in δρᾶσθαι mutationem sensus non postulat, utì Cl. editor existimavit.

b Τέθνηκεν,] Consule p. 92. n. e.

c Ἀντιποιούμεθα βασιλεῖ τῆς &c.] Eandem videre est structuram suprà p. 96. Τίς γὰρ αὐτῷ ἐστὶν, ὅστις ἀρχῆς ἀντιποιεῖται;

d Πορευοίμεθα δ' ἂν οἴκαδε, &c.] Adi *Grot.* de jure B. et P. l. 2. c. 2. sect. 13.

e Μενόντων] Eâdem usus Atticâ formâ K. Π. p. 260. Edit. Oxon. 1727. scripsit καινόντων, pro καινέτωσαν: et p. 359. ἀγόντων pro ἀγέτωσαν. Respice etiam suprà p. 31. n. b.

παρὰ βασιλέως δοθῆναι αὐτῷ [a] σώζειν τοὺς Ἕλληνας· καίπερ πάνυ πολλῶν ἀντιλεγόντων, ὡς οὐκ [b] ἄξιον εἴη βασιλεῖ, ἀφεῖναι τοὺς ἐφ' ἑαυτὸν στρατευσαμένους. Τέλος δ' εἶπε, Καὶ νῦν ἔξεστιν ὑμῖν πιστὰ λαβεῖν παρ' ἡμῶν, [c] ἦ μὴν φιλίαν ὑμῖν παρέξειν τὴν χώραν, καὶ ἀδόλως ἀπάξειν εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἀγορὰν παρέχοντας. Ὅπου δ' ἂν μὴ παρέχωμεν ἀγορὰν, λαμβάνειν ὑμᾶς ἐκ τῆς χώρας ἐάσομεν τὰ ἐπιτήδεια. [d] Ὑμᾶς δ' αὖ ἡμῖν δεήσει ὀμόσαι, ἦ μὴν πορεύεσθαι ὡς διὰ φιλίας ἀσινῶς, σῖτα καὶ ποτὰ λαμβάνοντας, ὁπόταν μὴ παρέχωμεν ἀγοράν· ἐὰν δὲ παρέχωμεν ἀγορὰν, ὠνουμένους ἕξειν τὰ ἐπιτήδεια. Ταῦτα ἔδοξε· καὶ ὤμοσαν, [e] καὶ δεξιὰς ἔδοσαν Τισσαφέρνης καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς, τοῖς τῶν Ἑλλήνων στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς, καὶ ἔλαβον παρὰ τῶν Ἑλλήνων. Μετὰ δὲ ταῦτα Τισσαφέρνης εἶπε· Νῦν μὲν δὴ ἄπειμι [f] ὡς βασιλέα· ἐπειδὰν δὲ διαπράξωμαι ἃ δέομαι, ἥξω συσκευασάμενος, ὡς ἀπάξων ὑμᾶς εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ αὐτὸς ἀπιὼν ἐπὶ τὴν ἐμαυτοῦ ἀρχήν.

orato, ut ipsi Græcos *domum* incolumes reducere liceret; tametsi quamplurimi fuissent, qui contradicerent, non ex regis esse dignitate, qui adversùs ipsum arma cepissent, dimittere. Postremò, Licet itaque jam vobis, ait, fidem à nobis accipere, certò nos amicam vobis regionem præbituros, et sine dolo, datâ commeatûs coëmendi copiâ, in Græciam abducturos. Sicubi forum non præbuerimus, vos ex regione commeatus sumere patiemur. Vos vicissim dato nobis jurejurando polliceri oportebit, certò tanquam per *regionem* amicam sine *ullo* damno vos iter facturos, *atque adeò* esculenta et potulenta sumpturos, ubi forum non præbuerimus; sin forum præbuerimus, commeatus pretio redemturos. Decreta sunt hæc; et jurejurando interposito, dextras Tissaphernes et conjugis regiæ frater Græcorum ducibus et præfectis cohortium dederunt, *vicissímque* à Græcis acceperunt. Post hæc Tissaphernes: Jam quidem ad regem abeo: posteaquam verò quæ mihi opus sunt perfecero, redibo collectis *viaticis eo consilio*, ut vos in Græciam deducam, et ipse meum ad principatum discedam.

a Σώζειν τοὺς Ἕλληνας] *Scil.* εἰς τὴν Ἑλλάδα, uti suprà modò p. 114. n. c.

b Ἄξιον εἴη βασιλεῖ,] Sic Latini *dignum* adhibere solent. Vide *Sallust.* in Jugurthâ, c. 21. extremum, et quæ Cl. *Cortius* ibi notavit. Valet hìc, et alibi sæpè apud Nostrum, πρέπον.

c Ἦ μὴν &c.] Vide K. Π. p. 252. n. 3. Edit. Oxon. 1727.

d Ὑμᾶς δ' αὖ ἡμῖν &c.] Vide *Grot.* de jure B. et P. l. 3. c. 17. initio.

e Καὶ δεξιὰς ἔδοσαν] Lego scripta K. Π. p. 252. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

f Ὡς βασιλέα·] Vide p. 7. n. c.

Μετὰ ταῦτα περιέμενον Τισσαφέρνην οἵ τε Ἕλληνες καὶ Ἀριαῖος, ἐγγὺς ἀλλήλων ἐστρατοπεδευμένοι, ἡμέρας πλείους ἢ εἴκοσιν. Ἐν δὲ ταύταις ἀφικνοῦνται πρὸς Ἀριαῖον καὶ οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκαῖοι, καὶ πρὸς τοὺς σὺν ἐκείνῳ Περσῶν τινὲς παραθαῤῥύνοντές τε [a] καὶ δεξιὰς ἔνιοι παρὰ βασιλέως φέροντες, μὴ μνησικακήσειν βασιλέα αὐτοῖς τῆς σὺν Κύρῳ ἐπιστρατείας, μηδὲ ἄλλου μηδενὸς τῶν παροιχομένων. Τούτων δὲ γιγνομένων, ἔνδηλοι ἦσαν [b] οἱ περὶ τὸν Ἀριαῖον ἧττον τοῖς Ἕλλησι προσέχοντες τὸν νοῦν· ὥςτε καὶ τοῦτο τοῖς μὲν πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἤρεσκεν, ἀλλὰ προσιόντες τῷ Κλεάρχῳ ἔλεγον καὶ τοῖς ἄλλοις στρατηγοῖς, [c] Τί μένομεν; ἢ οὐκ ἐπιστάμεθα ὅτι βασιλεὺς ἡμᾶς ἀπολέσαι περὶ παντὸς ἂν ποιήσαιτο, ἵνα καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι φόβος ᾖ ἐπὶ βασιλέα στρατεύειν; Καὶ νῦν μὲν ἡμᾶς [d] ὑπάγεται μένειν, διὰ τὸ διεσπάρθαι αὐτῷ τὸ στράτευμα· ἐπειδὰν δὲ πάλιν ἁλισθῇ αὐτῷ ἡ στρατιὰ, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἐπιθήσεται ἡμῖν. Ἴσως δέ που ἢ ἀποσκάπτει τι ἢ

Post hæc et Græci et Ariæus, castris quæ hinc inde propè aberant locatis, Tissaphernem dies plus viginti opperiebantur. In his veniunt ad Ariæum fratres et necessarii cæteri, *item*que nonnulli Persarum ad eos qui cum illo erant, qui fiduciam *eis* addebant, nonnullis etiam fidem à rege *datam* adferentibus, non cum animo eis infenso regem recordaturum expeditionis adversùs ipsum cum Cyro *susceptæ*, nec ullius rei alterius præteritæ. Quæ cùm *ità* fierent, palam erat Ariæum cum suis minùs *jam* Græcis attentum animum præbere: adeò ut hoc etiam Græcorum plerisque non placeret, qui cùm Clearchum cæteròsque accessissent duces, Quid, inquiunt, manemus? an nescimus regem nos perditos in primis velle, ut sit Græci etiam quod cæteri metuant adversùs regem arma capere? Et jam quidem nos ad manendum pellicit, propterea quòd copiæ ejus dispersæ sint: verùm ubi rursum ipsi coactæ fuerint copiæ, fieri non potest quin nos adoriatur. Fortassis etiam ali-

a Καὶ δεξιὰς — παρὰ &c.] Adi Κ. Π. p. 252. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

b Οἱ περὶ τὸν Ἀριαῖον] Articulus iste cum præpos. περὶ vel ἀμφὶ, scriptores præsertim apud Atticos, periphrasi inservire solet. Exempla sunt passim obvia. Vide *Budæi* Comm. L. G. p. 1055—6. Conf. Joh. XI. 19. Idem tamen rectè observat, *hominem et comitatum ejus vel sodalitatem* phrasi istâ aliquando designari. Sic Act. XIII. 13. locutio οἱ περὶ τὸν Παῦλον, sonat *Paulus et qui cum eo erant*.

c Τί] Pro διὰ τί &c.] Eadem ἐλλείπει præpos. Marc. XII. 15. et passim alibi.

d Ὑπάγεται] Respice verbi hujus significationem p. 98. et p. 97. not. b. *Phavorinus*, Ὑπάγει, ἐξαπατᾷ. Similiter *Suidas:* cui Ὑπαγόμενος itidem est ἐξαπατῶν, πειθόμενος, ἀπατώμενος. Pari ferè ratione Latini *ducere*, *circumducere* &c. pro *eludere* moras nectendo usurpant.

ἀποτειχίζει, ὡς ἄπορος ᾖ ἡ ὁδός. Οὐ γάρ ποτε [a] ἑκών γε βουλήσεται ἡμᾶς ἐλθόντας εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀπαγγεῖλαι, ὡς ἡμεῖς τοσοίδε ὄντες ἐνικῶμεν τὴν βασιλέως δύναμιν [b] ἐπὶ ταῖς θύραις αὐτοῦ, καὶ καταγελάσαντες ἀπήλθομεν.

Κλέαρχος δὲ ἀπεκρίνατο τοῖς ταῦτα λέγουσιν, Ἐγὼ ἐνθυμοῦμαι μὲν καὶ ταῦτα πάντα· ἐννοῶ δὲ ὅτι εἰ νῦν ἄπιμεν, δόξομεν ἐπὶ πολέμῳ ἀπιέναι, καὶ παρὰ τὰς σπονδὰς ποιεῖν. [c] Ἔπειτα, πρῶτον μὲν ἀγορὰν οὐδεὶς ἡμῖν παρέξει, οὐδ' [d] ὁπόθεν ἐπισιτιούμεθα· αὖθις δὲ ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται· καὶ ἅμα ταῦτα ποιούντων ἡμῶν εὐθὺς Ἀριαῖος ἀφεστήξει· ὥστε φίλος ἡμῖν οὐδεὶς λελείψεται, ἀλλ' οἱ καὶ πρόσθεν ὄντες, πολέμιοι ἡμῖν ἔσονται. Ποταμὸς δὲ εἰ μέν τις καὶ ἄλλος ἄρα ἡμῖν ἐστι διαβατέος, οὐκ οἶδα· τὸν δ' οὖν Εὐφράτην ἴσμεν ὅτι ἀδύνατον διαβῆναι, κωλυόντων πολεμίων. Οὐ μὲν δή, ἂν μάχεσθαι δέῃ, ἱππεῖς εἰσιν ἡμῖν σύμμαχοι· τῶν δὲ πολεμίων ἱππεῖς εἰσιν οἱ πλεῖστοι καὶ πλείστου ἄξιοι· ὥστε νικῶντες μὲν τίνα ἂν ἀποκτείναιμεν; ἡττωμένων δὲ μὴν

cubi fossam ducit aliquam vel murum extruit, ut iter nobis sit impervium. Neque enim valdè voluerit nos ut in Græciam reversi nuntium perferamus, nos utique tot *exiguósve numero viros* regis copias pro portis ejus vicisse, *eóque* illuso rediisse.

Clearchus autem iis, qui hæc dicebant, Hæc quidem ipse, respondit, omnia mecum in animo considero: sed *et illud* cogito, si jam discedamus, futurum ut belli *gerendi* causâ discedere, et contra fœdera facere videamur. Tum, primò quidem nemo forum nobis præbebit, neque unde cibaria sumpserimus; deinde nemo erit nobis qui se ducem præbuerit; etiam Ariæus, simul atque hæc fecerimus, à nobis statim deficiet: adeò ut nullus nobis reliquus futurus sit amicus, sed illi etiam, qui priùs erant *amici*, hostes nobis fient. Fluvius quidem num quis alius nobis trajiciendus sit, haud scio: Euphratem certè scimus, hostibus impedientibus, nullo modo transiri posse. Nec sanè nobis, si pugnandum fuerit, equites sunt auxiliarii; at hostium equitatus plurimus est et præstantissimus: quemnam itaque interficiemus, si *maximè* vicerimus?

a Ἑκών γε βουλήσεται] Ornatûs seu ἐμφάσεως potiùs quàm significationis causâ ἑκὼν additur. Vide p. 53. n. b. Similis est elegantiæ Atticæ species *Histor*. Gr. l. 4. haud longè ab init. νυκτὸς συσκευασάμενοι ᾤχοντο ἀπιόντες ἐς &c. *Pausan*. etiam l. 2. c. 32. hujusmodi significationis epitasin in his sequitur, καὶ οἰκίαν ἰδὼν οἶδα Ἱππολύτου: et l. 9. c. 32. οὗ δὴ καὶ εἰκόνα ἰδὼν οἶδα &c. Sic et Act. VII. 34. Ἰδὼν εἶδον &c. Vide sis *Steph*. de dial. Atticâ p. 78.

b Ἐπὶ ταῖς θύραις] Vide quæ notavimus Κ. Π. p. 287. Edit. Oxon. 1727.

c Ἔπειτα, πρῶτον] Voce primâ refertur animus ad δόξομεν ἐπὶ πολέμῳ &c. alterâ, ad sequentia ducitur ista, ἀγορὰν οὐδεὶς &c. et αὖθις δὲ ὁ &c.

d Ὁπόθεν] MS. Eton. ὅθεν. Sic suprà p. 111. — ἀφίκοντο εἰς κώμας, ὅθεν ἀπέδειξαν οἱ &c. Parum refert, utro modo legas.

οὐδένα οἷόν τε σωθῆναι. Ἐγὼ μὲν οὖν βασιλέα, ᾧ πολλὰ οὕτως ἐστὶ τὰ σύμμαχα, εἴπερ προθυμεῖται ἡμᾶς ἀπολέσαι, [a] οὐκ οἶδα ὅ, τι δεῖ [b] αὐτὸν ὀμόσαι, [c] καὶ δεξιὰν δοῦναι, [d] καὶ θεοὺς ἐπιορκῆσαι, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πιστὰ ἄπιστα ποιῆσαι Ἕλλησι καὶ βαρβάροις. Τοιαῦτα ἔλεγε πολλά.

[e] Ἐν δὲ τούτῳ Τισσαφέρνης ἧκεν, ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ὡς εἰς οἶκον ἀπιὼν, καὶ Ὀρόντας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν· ἦγε δὲ καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως ἐπὶ γάμῳ. Ἐντεῦθεν δὲ Τισσαφέρνους ἡγουμένου καὶ ἀγορὰν παρέχοντος ἐπορεύοντο· ἐπορεύετο δὲ καὶ Ἀριαῖος, ἔχων τὸ Κύρου βαρβαρικὸν στράτευμα, ἅμα Τισσαφέρνει καὶ Ὀρόντᾳ, καὶ συν-

certè si vincemur, nemo salvus evadere poterit. Equidem regem, cui multa adeò sunt auxilia, siquidem nos perditos cupiat, haud scio cur jusjurandum dextrámque dedisse necesse fuerit, ac per deos fallendi animo jurâsse, datámque *adeò* ab ipso fidem Græcis barbarísque suspectam fecisse. Hujusmodi multa dicebat.

Intereà suis cum copiis venit Tissaphernes, quasi domum profecturus, *itémque* cum copiis suis Orontas: quin et regis *hic* filiam, matrimonio sibi junctam *secum* ducebat. Indè Tissapherne præeunte præbentéque forum proficiscebantur: comitabatur etiam Ariæus Tissaphernem et Orontam, cum

a Οὐκ οἶδα ὅ, τι] Pro οὐκ οἶδα διότι. *Isocrat.* similiter scripsit in epist ad *Mitylen. magistr.* p. 426. περὶ ὧν οὐκ οἶδ' ὅ, τι δεῖ πλείω λέγειν. *Aristoph.* in Pluto v. 19.

Ἣν μὴ φράσῃς, ὅ, τι τῷ δ' ἀκολουθοῦμέν ποτε,
Ὦ δέσποτ'.

Sic alii passim ἐκ τῶν ἔξω. Et Marc. IX. 11. Ὅ, τι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, &c. et v. 28. Ὅ, τι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν &c. In priore loco libri quidam omittunt ὅ, τι: alii exhibent Πῶς οὖν λέγουσιν &c. In altero pro Ὅ, τι dant Διατί et Τί ὅτι, quam lectionem amplexus est *Vigerus* de Idiot. Gr. dict. c. 8. sect. 9. glossam scilicet pro germanâ scripturâ, Ὅ, τι, cujus istas omnes esse explicationes rectè notavit olim *Lucas Brug*. Directæ quidem sunt apud Evangelistam interrogationes; qualem etiam ab eâdem particulâ incipientem apud *Homer.* Il. κ'. v. 142. videre est. Ὅτι δὲ χρειὼ τόσον ἵκει; Ubi rectiùs scripseris ὅ, τι: et sic alibi quoties vocula ista valet *cur* &c.

b Αὐτὸν] Hanc Noster amat pleonasmi speciem, de quâ vide p. 107. n. b. Sic et *Pausan.* l. 1. c. 24. Ἐς δὲ τὸν ναὸν, ὃν Παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, ἐς τοῦτον &c. *Thucyd.* l. 4. paulò ultra medium, Τῷ δὲ Ἱπποκράτει ὄντι περὶ τὸ Δήλιον, ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη &c.

c Καὶ δεξιὰν δοῦναι,] Vide p. 117. n. e.

d Καὶ θεοὺς ἐπιορκῆσαι,] *Lysias* adv. *Theomn.* orat. 1. p. 117. ἐπιορκήσαντα τὸν Ἀπόλλω, ὀμόσαι ἐστὶ, inquit: quem locum respiciunt *Harpocration* et *Suidas* ad v. Ἐπιορκήσαντα. Hìc autem amplior ei tribuenda vis est: ut non tantum ὀμόσαι, quod jam modò de eodem adhibuerat auctor, sed ἐπίορκον ὅρκον ὀμόσαι, (utì Comicus) denotet. Ἐπιορκεῖν itaque dicatur is, qui verbis quidem, et numen testatus, juret; sed dolo malo, animoque exuendi, non servandi, promissa. Sensu nonnihil diverso venit hoc verbum apud Xenophontem aliósque, de quo infrà. Si cui bines porticûs magistros verbum hoc argutiis suis persequentes audire libet, adeat *Grot.* ad Matth. V. 33. et de B. et P. l. 2. c. 13. sect. 13.

e Ἐν δὲ τούτῳ] Vide p. 64. n. f.

ἐστρατοπεδεύετο σὺν ἐκείνοις. Οἱ δὲ Ἕλληνες [a] ὑφορῶντες τούτους, [b] αὐτοὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἐχώρουν, ἡγεμόνας ἔχοντες. Ἐστρατοπεδεύοντο δὲ [c] ἑκάστοτε ἀπέχοντες ἀλλήλων παρασάγγην, καὶ μεῖον· [d] ἐφυλάττοντο δὲ οἱ ἀμφότεροι, ὥσπερ πολεμίους, ἀλλήλους, καὶ εὐθὺς τοῦτο [e] ὑποψίαν παρεῖχεν. Ἐνίοτε δὲ καὶ ξυλιζόμενοι [f] ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ χόρτον καὶ ἄλλα τοιαῦτα συλλέγοντες, πληγὰς ἐνέτεινον ἀλλήλοις· ὥστε καὶ τοῦτο ἔχθραν παρεῖχε. Διελθόντες δὲ τρεῖς σταθμοὺς, ἀφίκοντο πρὸς τὸ [g] Μηδίας τεῖχος, καὶ παρῆλθον αὐτοῦ εἴσω· ἦν δὲ ᾠκοδομημένον [h] πλίνθοις ὀπταῖς ἐν ἀσφάλτῳ κει-

copiis Cyri è barbaris *quas conscripserat*, et unà cum illis castra metatus est. Græci autem cùm eos suspectos haberent, seorsum *suis* cum ducibus pergebant. Et semper castra posuerunt *ità*, ut *aliquanto* minus unâ parasangâ ab se invicem distarent: præterea sibi cavebant utrique ab utrisque tanquam hostibus, atque hoc *adeò* statim suspicionem præbuit. Nonnunquam etiam *loco* dum ex eodem ligna petebant, dum pabulum aliáque id genus colligebant, verbera invicem ingerebant; adeò ut hoc etiam inimicitias excitaret. Confecto trium castrorum itinere, ad Mediæ murum pervenerunt, intráque eum ingressi sunt: erat autem extructus lateribus coctis in bitumine positis, lati-

a Ὑφορῶντες τούτους] Quòd nimirum, ἔνδηλοι ἦσαν οἱ περὶ τὸν Ἀριαῖον ἧττον τοῖς Ἕλλησι προσέχοντες τὸν νοῦν, utì suprà p. 118. scripsit.

b Αὐτοὶ ἐφ' ἑαυτῶν &c.] Sic loqui solent auctores, id cùm significare velint, quod quis per se, seorsum ab aliis, facit. Lucian. *de non temerè credendo calum.* extr. —— αὐτὸ (fors. αὐτὸν) ἐφ' ἑαυτοῦ χρὴ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν. *Dionys. Halic.* A. R. l. 2. sect. 58. καὶ πολὺ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν βουλευσάμενοι — Et l. 10. sect. 12. ζητήσεις ἐφ' ἑαυτῶν ποιεῖσθαι.

c Ἑκάστοτε] *Hesych.* exponit ἀεὶ παρ' ἕκαστα. ubi minor distinctio post ἀεὶ ponenda videtur. *Phavor.* Ἑκάστοτε, ἀεὶ, καὶ καθ' ἡμέραν. Et sic ferè *Suidas* ἀντὶ τοῦ ἀεὶ poni tradit.

d Ἐφυλάττοντο] Mediam ab activâ voce luculento τοῦ φυλάττεσθαι et φυλάττειν discrimine separavit Noster Κ. Π. p. 282. Edit. Oxon. 1727. Πρῶτον μὲν γὰρ νῦν οὐκ ἂν φυλάττεσθαι οὐδὲ φυλάττειν τούτους ἡμᾶς δέοι, — ubi prius valet *custodire me, prospicere mihi* vel *cavere*: posterius, *custodire*, vel *servare alterum.* Vide p. 99. n. d.

e Ὑποψίαν] *Ammonius;* Ὑποψία Ὑφοράσεως διαφέρει. Ὑποψία μὲν γὰρ, ἐστι καλοῦ τις ὑπόνοια· Ὑφόρασις δὲ, δόξα ἐπὶ τὸ χεῖρον. Acutiùs hæc, quàm veriùs protulisse Grammaticum, ex hoc ipso loco intelligere est. Simul intelligas, quantis obnoxii sunt ludibriis, qui familiari ad Lexica Grammaticósque aditu nonnihil elati, dogmata de mente auctorum effutire sua non vereantur, quorum in linguâ peregrini ferè sunt et hospites.

f Ἐκ τοῦ αὐτοῦ,] *Scil.* τόπου: quæ vox sæpissimè patitur ellipsin. *Dionys. Hal.* l. 6. A. R. sect. 14. ἐξ ἀπόπτου τοῖς Ῥωμαίοις &c. *scil.* τόπου. Et sic passim in aliis casibus alii.

g Μηδίας τεῖχος, καὶ &c.] Vide p. 57. n. e. Cæterùm, pro παρῆλθον αὐτοῦ εἴσω, pleniùs Noster p. 58. dixit, — ἡ στρατιὰ παρῆλθε, καὶ ἐγένοντο εἴσω &c.

h Πλίνθοις ὀπταῖς ἐν &c.] Sic *lateres cocti* apud *Plin.* H. N. l. 2. c. 56. et alibi extant; et πλίνθοι ὀπταὶ apud *Herodian*, l. 7. §. 5. quibus opponitur ὠμὴ πλίνθος, in *Pausan.* l. 8. c. 8. Unde ea desumpsit *Suidas*, quæ ad v. Πλίνθος scripsit. Cæterùm, bitumen illis in locis passim reperiri testantur *Plin.* l. 35. c. 15. *Herodot.* l. 1. c. 179. *Just.* l. 1. c. 2. *Curt.* lib. 5. c. 1. et Κ. Π. p. 526. Edit. Oxon. 1727. *Strab.* lib. 16. p. 1078. *Diodor. Sic.* l. 2. p. 96.

μέναις, [a] εὖρος εἴκοσι ποδῶν, ὕψος δὲ ἑκατόν· μῆκος δὲ ἐλέγετο εἶναι εἴκοσι παρασαγγῶν· ἀπεῖχε δὲ Βαβυλῶνος οὐ πολύ.

Ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς δύο, παρασάγγας ὀκτώ· καὶ διέβησαν [b] διώρυχας δύο, τὴν μὲν, ἐπὶ γεφύρας, τὴν δ', ἐζευγμένην πλοίοις ἑπτά· (αὗται δὲ ἦσαν ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ· κατετέτμηντο δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ τάφροι ἐπὶ τὴν χώραν αἱ μὲν πρῶται, μεγάλαι, ἔπειτα δ' ἐλάσσους· τέλος δὲ καὶ μικροὶ [c] ὀχετοὶ, ὥςπερ ἐν τῇ Ἑλλάδι [d] ἐπὶ τὰς μελίνας) καὶ ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμόν· πρὸς ᾧ πόλις ἦν μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, ᾗ ὄνομα [e] Σιτάκη, ἀπέχουσα τοῦ ποταμοῦ σταδίους πεντεκαίδεκα. Οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες παρ' αὐτὴν [f] ἐσκήνωσαν, [g] ἐγγὺς παραδείσου καλοῦ καὶ μεγάλου, καὶ δασέος παντοίων δένδρων· οἱ δὲ βάρβαροι διαβεβηκότες τὸν Τίγρητα, ᾧ μέντοιγε καταφανεῖς ἦσαν. Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον ἔτυχον ἐν περιπάτῳ ὄντες [h] πρὸ

tudine pedum viginti, centum altitudine; longitudo ferebatur esse parasangarum viginti; neque procul à Babylone aberat.

Inde castris alteris, parasangas octo progressi sunt; binósque trajecerunt alveos fodiendo ductos, ponte alterum, alterum navigiis septem junctum: (*ducti* erant hi à Tigri fluvio; et ab his fossæ etiam in regionem *illam* diducebantur, primæ, magnæ, deinde minores; tandem etiam exigui canales, qualiter ad panici segetem in Græciâ *ducuntur)* ac ad Tigrim fluvium perveniunt; propter quem urbs erat magna et hominibus frequens, cui nomen Sitace, à flumine stadiis quindecim distans. Et Græci quidem ad hanc castra sunt metati, prope hortum amœnum magnúmque, et arboribus omnis generis densum: barbari verò cùm Tigrim transiissent, conspici certè non poterant. Cæterùm à cœnâ fortè Proxenus et Xenophon pro loco armati ubi excubârunt

a Εὖρος εἴκοσι &c.] Vide sis p. 58. n. h.

b Διώρυχας δύο, τὴν &c.] Confer p. 57.

c Ὀχετοὶ] Minores paulò τάφρους, ut et τάφροι, διώρυξι: quæ tamen inter se nonnunquam confunduntur.

d Ἐπὶ τὰς μελίνας] Suprà Noster p. 15. ἐν πεδίῳ ἐπιῤῥύτῳ hoc plantæ genus inventum esse tradit. Vide sis ibi notata. Auctore quoque *Columellâ* l. 2. c. 9. riguum postulat solum, siccum cretosúmque reformidat. Apud *Theophr.* aliósque passim scribitur μέλινος. Unde rectè *Etymol.* m. Μελίνη, — λέγεται θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς.

e Σιτάκη,] Quâ de urbe consule *Dissert. Geograph.*

f Ἐσκήνωσαν,] Vide p. 106. n. d. et h.

g Ἐγγὺς παραδείσου &c.] Hortorum umbras et frigora Persarum captâsse reges nec mirum est; et Cyri minoris, Sardianum qui propriâ manu (utì Noster in *Œconom.)* παράδεισον arboribus herbísque suaves miscentibus odores instrueret, exemplo docemur.

h Πρὸ τῶν ὅπλων] Hinc, opinor, liquidò satìs constat, ὅπλα locum denotare posse, milites ubi excubias agerent armati; cùm ejus, excubitores qui adloqueretur, verba exaudirent ii, qui πρὸ τῶν ὅπλων jam tum ambularent. Vide p. 107. n. c.

τῶν ὅπλων Πρόξενος καὶ Ξενοφῶν· καὶ προσελθὼν ἐρώτησεν ἄνθρωπός τις τοὺς [a] προφύλακας, ποῦ ἂν ἴδοι Πρόξενον ἢ Κλέαρχον. (Μένωνα δὲ οὐκ ἐζήτει, [b] καὶ ταῦτα, παρὰ Ἀριαίου ὢν τοῦ Μένωνος [c] ξένου.) Ἐπεὶ δὲ Πρόξενος εἶπεν ὅτι αὐτὸς εἴη, ὃν ζητεῖ, εἶπεν ὁ ἄνθρωπος, Ἔπεμψάν με Ἀριαῖος καὶ Ἀρτάεζος, πιστοὶ ὄντες Κύρῳ, καὶ ὑμῖν εὔνοι, καὶ κελεύουσι φυλάττεσθαι, μὴ ὑμῖν ἐπιθῶνται τῆς νυκτὸς οἱ βάρβαροι· ἔστι [d] δὲ στράτευμα πολὺ ἐν τῷ πλησίον παραδείσῳ. Καὶ ἐπὶ τὴν γέφυραν τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ πέμψαι κελεύουσι φυλακὴν, ὅτι διανοεῖται λῦσαι αὐτὴν Τισσαφέρνης τῆς νυκτὸς, ἤνπερ δύνηται, ὡς μὴ διαβῆτε, ἀλλ' ἐν μέσῳ ἀποληφθῆτε τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς διώρυχος. Ἀκούσαντες ταῦτα ἄγουσιν αὐτὸν παρὰ τὸν Κλέαρχον, καὶ φράζουσιν ἃ λέγει. Ὁ δὲ Κλέαρχος ἀκούσας ἐταράχθη, καὶ ἐφοβεῖτο σφόδρα. Νεανίσκος δέ τις τῶν παρόντων ἐννοήσας, εἶπεν ὡς οὐκ ἀκόλουθα εἴη, τό, τε ἐπιθήσεσθαι καὶ τὸ λύσειν τὴν γέφυραν. Δῆλον γὰρ ὅτι ἐπιτιθεμένους ἢ νικᾷν δεήσει αὐτοὺς, ἢ ἡττᾶσθαι. Ἐὰν μὲν οὖν νικῶσι, τί δεῖ αὐτοὺς λύειν τὴν γέφυραν; οὐδὲ γὰρ, ἂν πολλαὶ γέφυραι ὦσιν,

ambulabant: cùm quidam accedens excubitores interrogavit, ubinam Proxenum vel Clearchum reperiret. (Menonem non quærebat, quanquam ab Ariæo missus esset Menonis hospite.) Cùm dixisset Proxenus se *illum* esse, quem quæreret, Ariæus, inquit ille, et Artaëzus, fideles *olim* Cyro, et vobis benevoli, me miserunt; cavendúmque vobis esse denuntiant, nè barbari noctu vos adoriantur: est enim magnus in vicino *vobis* horto exercitus. Ad pontem etiam Tigris fluminis ut præsidium mittatis, hortantur, propterea quòd Tissaphernes de eo noctu solvendo cogitat, si possit, ut non transeatis, sed inter fluvium et alveum intercludamini. Hæc cùm audîssent, eum ad Clearchum ducunt, et quæ diceret, exponunt. *Ea* cùm audîsset Clearchus, perturbatus erat, et metu vehementi commotus. At adolescens quidam ex iis qui aderant, re consideratâ, non esse aiebat consentanea, *Tissaphernem ipsos* adgressurum et pontem soluturum. Perspicuum enim *est*, necesse esse eos, si nos adoriantur, vel vincere vel vinci. Si ergò vicerint, quid iis opus est pontem ut solvant? neque enim, multi si fuerint pontes, habebimus, quo fugiendo salvi

a Προφύλακας,] *Scil.* qui πρὸ τοῦ στρατοπέδου (uti Noster in *Œconom.*) ἐφύλαττον. Vide p. 108. n. b.

b Καὶ ταῦτα,] Valet hìc καί περ, i. e. *tametsi*, *quanquam*: cùm aliàs, idque ἐμφατικῶς, sonet *præsertim*, *idque*.

c Ξένου] Vide pag. 5. n. a. et *Thomasin.* de Tesserâ hospit.

d Δὲ] *Phavorinus:* Δὲ πολλάκις χρῶνται οἱ Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ γάρ. Exemplorum adfatim est apud *Homerum*, *Aristoph.* et alios. *Thucyd.* l. 1. haud ità longè à fine, Καὶ ἦν δὲ οὕτως. Schol. τὸ δὲ, ἀντὶ τοῦ γὰρ, et sic idem sæpiùs. Vide Matth. XXIII. 5. 2 Cor. I. 21.

ἔχοιμεν ἂν, ὅποι φυγόντες ἡμεῖς σωθῶμεν. Ἂν δ' αὖ ἡμεῖς νικῶμεν, λελυμένης τῆς γεφύρας οὐχ ἕξουσιν ἐκεῖνοι, ὅποι ἂν φύγωσιν· οὐδὲ μὴν βοηθῆσαι, πολλῶν ὄντων πέραν, οὐδεὶς αὐτοῖς δυνήσεται, λελυμένης τῆς γεφύρας.

Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Κλέαρχος, ἤρετο τὸν ἄγγελον, πόση τις εἴη χώρα ἡ ἐν μέσῳ τοῦ Τίγρητος καὶ τῆς διώρυχος. Ὁ δὲ εἶπεν ὅτι πολλὴ, καὶ κῶμαι ἔνεισι, καὶ πόλεις πολλαὶ καὶ μεγάλαι. Τότε δὲ καὶ ἐγνώσθη ὅτι οἱ βάρβαροι τὸν ἄνθρωπον [a] ὑποπέμψαιεν, ὀκνοῦντες μὴ οἱ Ἕλληνες διελθόντες τὴν γέφυραν, μένοιεν ἐν τῇ νήσῳ, ἐρύματα ἔχοντες, ἔνθεν μὲν τὸν Τίγρητα ποταμὸν, ἔνθεν δὲ τὴν διώρυχα· τὰ δ' ἐπιτήδεια ἔχοιεν ἐκ τῆς ἐν μέσῳ χώρας, πολλῆς καὶ ἀγαθῆς οὔσης, καὶ τῶν [b] ἐργασομένων ἐνόντων· εἶτα δὲ καὶ [c] ἀποστροφὴ γένοιτο, εἴ τις βούλοιτο βασιλέα κακῶς ποιεῖν. Μετὰ ταῦτα ἀνεπαύοντο· ἐπὶ μέντοι τὴν γέφυραν ὅμως φυλακὴν ἔπεμψαν· [d] καὶ οὔτε ἐπέθετο οὐδεὶς οὐδαμόθεν, οὔτε πρὸς τὴν γέφυραν οὐδεὶς ἦλθε τῶν πολεμίων, ὡς οἱ

evadamus. Contrà verò si nos vicerimus, soluto ponte, deerit illis, quò fugiant: nè quidem ferre quisquam ipsis auxilium poterit, ponte soluto, licèt trans amnem multi sint.

Quæ cùm audîsset Clearchus, nuntium interrogabat, quanta *ea* esset regio, quæ inter Tigrim *jacet* et alveum. Dixit is amplam esse, atque vicos *in eâ*, multásque et magnas urbes inesse. Tum etiam cognitum est, barbaros submisisse hominem, qui vererentur nè Græci cùm transiissent pontem, in insulâ manerent, in *quâ* hinc Tigris fluvius, illinc alveus iis munimento foret; ac commeatum ex agro *inter hos* interjecto haberent, qui et amplus esset et fertilis, cùm etiam qui colerent *eum* adessent: tum autem perfugium fieret, si quis regi injurias inferre vellet. Secundùm hæc quieti se dabant; nihilominus tamen ad pontem præsidium miserunt: at nec ullâ ex parte quisquam *eos* invasit, nec ad pontem ullus hostium venit, quemadmodùm ii, qui præ-

a Ὑποπέμψαιεν] *Suidâ* interprete, est μετὰ δόλου ἐκπέμψαιεν. Deinde citat idem Xenophontis hunc locum, et pro διελθόντες legit διαβάντες, pro μένοιεν, μείνοιεν. Quâ de re Cl. Editor nè verbum quidem.

b Ἐργασομένων] Vide p. 78. n. e. MS. Eton. ἐργασαμένων· cui vulgata anteferenda est lectio. Sicuti autem hoc in loco χώρας ἀγαθῆς dixit, sic K. Π. p. 200. Edit. Oxon. 1727. γῆς ἀγαθῆς.

c Ἀποστροφὴ] *Harpocrat.* et *Phavor.* Ἀποστροφὴν, ἀντὶ τοῦ καταφυγὴν, Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. Oratoris extant verba hæc, ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους, sub init. ἐνούσης δὲ οὐδεμιᾶς ἔτι ἀποστροφῆς τοῦ μὴ &c. ubi ἀποστροφὴ *mora* verti solet, vel *effugium*, *tergiversatio*. Noster *Memorab.* l. 2. sub fin. Νομίσας δὲ ὁ Ἀρχέδημος ἀποστροφὴν εἶναι τὸν Κρίτωνος οἶκον, &c. ubi *refugium*, perinde atque hoc loco, sonat.

d Καὶ οὔτε — οὐδεὶς &c.] Vide p. 68. n. f.

φυλάττοντες ἀπήγγελλον. Ἐπειδὴ δὲ [a] ἕως ἐγένετο, διέβησαν τὴν γέφυραν ἐζευγμένην πλοίοις τριάκοντα καὶ ἑπτὰ, ὡς οἷόν τε μάλιστα πεφυλαγμένως· ἐξήγγελλον γάρ τινες τῶν παρὰ Τισσαφέρνους Ἑλλήνων, ὡς διαβαινόντων μέλλοιεν ἐπιτίθεσθαι· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ψευδῆ ἦν· διαβαινόντων μέντοι [b] Γλοῦς αὐτοῖς ἐπεφάνη μετ' ἄλλων, σκοπῶν εἰ διαβαίνοιεν τὸν ποταμόν· ἐπεὶ δὲ εἶδεν, [c] ᾤχετο ἀπελαύνων.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Τίγρητος ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τέτταρας, παρασάγγας εἴκοσιν, ἐπὶ τὸν Φύσκον ποταμὸν, [d] τὸ εὖρος πλέθρου· ἐπῆν δὲ γέφυρα. Καὶ ἐνταῦθα ᾠκεῖτο πόλις μεγάλη, ᾗ ὄνομα Ὦπις· πρὸς ἣν ἀπήντησε τοῖς Ἕλλησιν ὁ Κύρου καὶ Ἀρταξέρξου νόθος ἀδελφὸς, ἀπὸ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων στρατιὰν πολλὴν ἄγων, ὡς βοηθήσων βασιλεῖ· καὶ στήσας τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, παρερχομένους ἐθεώρει τοὺς Ἕλληνας. Ὁ δὲ Κλέαρχος [e] ἡγεῖτο μὲν εἰς δύο, ἐπορεύετο δὲ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε [f] ἐφιστάμενος. Ὅσον δ' ἂν

sidium ibi agitaverant, renuntiârunt. Primâ aurorâ pontem triginta septem navigiis junctum, quàm cautissimè fieri posset, transiêrunt: nam quidam ex iis, qui apud Tissaphernem fuerant, Græcis enuntiârant futurum, ut *ipsos* inter transeundum adorirentur *hostes;* quod sanè falsum erat: ab iis tamen in ipso transitu conspectus fuit Glus cum *quibusdam* aliis, qui num amnem transirent specularetur; *quod* cùm *Græcos facere* videret, abequitabat.

A Tigri castris quartis, parasangas viginti progressi sunt, usque ad Physcum amnem, latitudine plethri; cui pons erat impositus. Atque ibi incolebatur urbs magna, cui nomen Opis: ad quam Græcis obviam venit Cyri et Artaxerxis frater nothus, qui ut opem regi ferret, à Susis et Ecbatanis magnum ducebat exercitum; et cùm suas subsistere jussisset copias, Græcos prætereuntes spectabat. Cæterùm Clearchus *suos* in binos *dispositos* ducebat, et *sic* faciebat iter, *ut* subinde subsisteret. Quanto autem tempore

a Ἕως] *Thom. Magister:* Ἕως, οὐκ ἠώς. At sic passim Poëtæ. Διαφέρει δὲ τὸ ἕως καὶ ἠὼς κατὰ τρόπους τέσσαρας, inquit Etymol. m. auctor; κατὰ τόνον, κατὰ πλάσιν, κατὰ χρόνον, καὶ κατὰ πνεῦμα. Ἀττικοὶ μὲν ἕως λέγουσιν ἀπὸ τοῦ ἕω, πέμπω — Αἰολικῶς δὲ αὔως, ἀπὸ τοῦ αὔω, τὸ φωνῶ — ἠὼς ὑπὸ Ἰώνων &c. *Suidas:* λέγεται δὲ ἡμέρα κοινῶς, ἠώς· Ἰωνικῶς, ἕως· Δωρικῶς ἀώς· Αἰολικῶς ἐκ τούτου αὔως.

b Γλοῦς — μετ' ἄλλων] Vide suprà p. 35. n. c. et p. 93. Edit. *Ald. Flor.* et MS. Eton. dant μετ' ἄλλοινος: quam scripturam sequitur *Amasæus.* Natus est forsan error ex initiali proximè sequentis participii literâ.

c Ὤιχετο ἀπελαύνων.] Vide p. 119. n. a.

d Τὸ εὖρος πλέθρου] Vide p. 28. n. b. Pleniùs p. 33. dicit εὖ τὸ εὖρος.

e Ἡγεῖτο μὲν εἰς δύο,] Scil. τοῖς ἑαυτοῦ εἰς δύο τεταγμένοις. Locutione hâc ellipticâ usus est Noster Κ. Π. p. 524. Edit. Oxon. 1727. — εἰς δύο ἄγοντας τὴν &c. Et sic alibi. Vide suprà p. 12. n. c.

f Ἐφιστάμενος] Vide p. 37. n. f.

χρόνον [a] τὸ ἡγούμενον τοῦ στρατεύματος ἐπιστῇ, τοσοῦτον ἀνάγκη χρόνον δι' ὅλου τοῦ στρατεύματος γίγνεσθαι τὴν [b] ἐπίστασιν· ὥστε τὸ στράτευμα [c] καὶ αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι δόξαι πάμπολυ εἶναι, καὶ τὸν Πέρσην ἐκπεπλῆχθαι θεωροῦντα. Ἐντεῦθεν δὲ ἐπορεύθησαν διὰ τῆς Μηδίας σταθμοὺς ἐρήμους ἕξ, παρασάγγας τριάκοντα, εἰς τὰς Παρυσάτιδος κώμας, τῆς Κύρου καὶ βασιλέως μητρός. Ταύτας Τισσαφέρνης Κύρῳ ἐπεγγελῶν διαρπάσαι τοῖς Ἕλλησιν ἐπέτρεψε, πλὴν ἀνδραπόδων. Ἐνῆν δὲ σῖτος πολύς, καὶ πρόβατα, καὶ ἄλλα χρήματα. Ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς ἐρήμους πέντε, παρασάγγας εἴκοσι, τὸν Τίγρητα ποταμὸν ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ σταθμῷ, πέραν τοῦ ποταμοῦ, πόλις ᾠκεῖτο μεγάλη καὶ εὐδαίμων, [d] ὄνομα Καιναί, ἐξ ἧς οἱ βάρβαροι διῆγον [e] ἐπὶ σχεδίαις διφθερῶν ἄρτους, τυρόν, οἶνον.

Μετὰ ταῦτα ἀφίκοντο [f] ἐπὶ τὸν Ζάβατον ποταμόν, τὸ εὖρος τεττάρων πλέθρων. Καὶ ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς· ἐν δὲ ταύταις ὑποψίαι μὲν ἦσαν, φανερὰ δ' οὐδεμία ἐφαίνετο ἐπιβουλή. Ἔδοξεν οὖν τῷ Κλεάρχῳ συγγενέσθαι

prima pars copiarum substiterit, tanto per omnem exercitum inhibitionem ab itinere fieri necesse erat; adeò ut ipsis etiam Græcis ingentes esse copiæ viderentur, et *iste* Persa spectans eas obstupesceret. Indè per Mediam castris in solitudine sextis, parasangas triginta, ad Parysatidis, Cyri regisque matris, vicos progressi sunt. Hos Tissaphernes, Cyro ut illuderet, diripiendi potestatem Græcis fecit, exceptis mancipiis. Inerat autem *in eis* frumentum multum, et pecudes, et res aliæ. Hinc per solitudinem castris quintis, parasangas viginti progressi sunt, cùm Tigrim fluvium ad lævam haberent. Ad castra prima, trans flumen, urbs magna incolebatur et opulenta, *cui* nomen Cænæ, ex quâ barbari ratibus è pellibus *factis* panes, caseum, vinum transportabant.

Post hæc ad Zabatum fluvium perveniunt, *qui erat* plethrorum quatuor latitudine. Atque hìc dies tres manserunt; in quibus *nonnullæ* suspiciones *ortæ* sunt, nullæ tamen manifestæ adparebant insidiæ. Quamobrem Clear-

a Τὸ ἡγούμενον] *Scil.* μέρος. Adi p. 34. n. c.

b Ἐπίστασιν·] In MSto Eton. et libris quibusdam editis legitur ἐπίτασιν. Perperam autem sic legi ex participio, quod modò præcesserat, ἐφιστάμενος abundè liquet.

c Καὶ αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι] *Leunclavius* suspicatur legendum esse τοῖς ἐχθροῖς. Sed nil mutandum.

d Ὄνομα Καιναί,] Pleniùs suprà modò p. præced. et alibi, ᾗ ὄνομα Ὦπις.

e Ἐπὶ σχεδίαις &c.] Sic reposui ex conjecturâ: cui favet MS. Eton. qui pro διφθερῶν exhibet διφθεραίναις. Sic suprà p. 43. — σχεδίαις διαβαίνοντες: ubi vide notata. Priùs legebatur σχεδίας.

f Ἐπὶ τὸν Ζάβατον] Consule *Dissert. Geograph.* operi præmissam.

Τισσαφέρνει, καὶ εἴ πως δύναιτο, παῦσαι τὰς ὑποψίας, πρὶν ἐξ αὐτῶν πόλεμον γενέσθαι· [a] καὶ ἔπεμψέ τινα ἐροῦντα, ὅτι συγγενέσθαι αὐτῷ χρῄζοι. Ὁ δὲ ἑτοίμως ἐκέλευσεν ἥκειν. Ἐπειδὴ δὲ συνῆλθον, λέγει ὁ Κλέαρχος τάδε·

" Ἐγώ, ὦ Τισσαφέρνη, οἶδα μὲν ἡμῖν [b] ὅρκους γεγενημένους, καὶ δεξιὰς δεδομένας, μὴ ἀδικήσειν ἀλλήλους· [c] φυλαττόμενον δέ σε ὁρῶ ὡς πολεμίους ἡμᾶς· καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ταῦτα, ἀντιφυλαττόμεθα. Ἐπεὶ δὲ σκοπῶν οὐδὲν δύναμαι οὔτε σὲ αἰσθέσθαι πειρώμενον ἡμᾶς κακοποιεῖν, ἐγώ τε σαφῶς οἶδα ὅτι ἡμεῖς γε οὐδ' ἐπινοοῦμεν οὐδὲν τοιοῦτον, ἔδοξέ μοι εἰς λόγους σοι ἐλθεῖν, ὅπως, εἰ δυναίμεθα, ἐξέλοιμεν ἀλλήλων τὴν ἀπιστίαν. [d] Καὶ γὰρ οἶδα ἤδη ἀνθρώπους, τοὺς μὲν ἐκ διαβολῆς, τοὺς δὲ ἐξ ὑποψίας, οἳ φοβηθέντες ἀλλήλους, φθάσαι βουλόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν ἀνήκεστα κακὰ τοὺς οὔτε [e] μέλλοντας οὔτε βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν. Τὰς

cho visum est convenire Tissaphernem, et si quâ ratione posset, suspiciones priùs amovere, quàm bellum ex eis oriretur: misit itaque qui diceret, cupere se eum convenire. Hortatus est is promptè ut veniret. Cùm autem convenissent, orationem hanc habuit Clearchus:

" Equidem novi, Tissaphernes, nos *mutuò* jurejurando obstrictos esse, " datásque dextras, nullam alterum alteri illaturum injuriam: sed *tamen* cavere te tibimet à nobis, tanquam ab hostibus, video; et nos vicissim, cùm " id videamus, nobis à te cavemus. Cùm verò *mecum* cogitans nihil animadvertere possim, in quo tu nos lædere coneris, et ipse certò scio nos tale " quidquam nè quidem meditari, visum est te mihi colloquendi causâ conveniendum esse, ut, si quâ ratione possimus, diffidentiam alterius alteri eximeremus. Jam equidem homines novi, qui cùm partim propter criminationem, partim propter suspicionem mutuò sese metuerent, priusquam quid " ipsis accideret, antevertendi studio gravissimis malis eos adfecerunt, qui " nihil tale jam tum pararent cuperéntve. Quare cùm iniquos hujusmodi

a Καὶ] Vide p. 86. n. b.

b Ὅρκους γεγενημένους &c.] Vide p. 117. et ibi notata.

c Φυλαττόμενον &c.] Adi p. 121. n. d.

d Καὶ γὰρ οἶδα &c.] *Atque illæ quidem injuriæ*, inquit Cicero de Offic. l. 1. c. 7. *quæ nocendi causâ de industriâ inferuntur, sæpè à metu proficiscuntur: cùm is, qui nocere alteri cogitat, timet nè, nisi id fecerit, ipse aliquo adficiatur incommodo.* Vide *Grot.* de B. et P. l. 2. c. 1. Et *Isocrat.* ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως, p. 313, 314. edit. *Steph.*

e Μέλλοντας οὔτε &c.] *Hesych.* et *Phavor.* Μελλήσω, σπουδάσω. *Thucyd.* l. 2. ferè medio, de Archidami in Platæam impetu, καθίσας τὸν στρατὸν ἔμελλε δῃώσειν τὴν γῆν. i. e. *parabat vastare.* Et sic sæpè Scriptores Attici.

“ οὖν τοιαύτας [a] ἀγνωμοσύνας νομίζων συνουσίαις [b] μάλιστα ἂν παύεσθαι, ἥκω, καὶ διδάσκειν σὲ βούλομαι, ὡς σὺ ἡμῖν οὐκ ὀρθῶς ἀπιστεῖς. Πρῶτον μὲν γὰρ καὶ μέγιστον, οἱ [c] θεῶν ὅρκοι ἡμᾶς κωλύουσι πολεμίους εἶναι ἀλλήλοις· ὅστις δὲ τούτων σύνοιδεν αὑτῷ παρημεληκὼς, τοῦτον ἐγὼ οὔποτ' ἂν εὐδαιμονίσαιμι. [d] Τὸν γὰρ θεῶν πόλεμον οὐκ οἶδα οὔτ' ἀπὸ ποίου ἂν τάχους φεύγων τὶς ἀποφύγοι, οὔτ' εἰς ποῖον ἂν σκότος ἀποδραίη, οὔθ' ὅπως ἂν εἰς ἐχυρὸν χωρίον ἀποσταίη. [e] Πάντη γὰρ πάντα τοῖς θεοῖς ὕποχα, καὶ πανταχῇ πάντων ἴσον οἱ θεοὶ κρατοῦσι. Περὶ μὲν δὴ τῶν θεῶν τε καὶ τῶν ὅρκων οὕτω γιγνώσκω, [f] παρ' οὓς ἡμεῖς τὴν φιλίαν συνθέμενοι κατεθέμεθα· τῶν δὲ ἀνθρωπίνων σὲ ἔγωγε ἐν τῷ παρόντι νομίζω μέγιστον ἡμῖν

“ errores existimarem maximè colloquiis finiri posse, *huc* venio, téque docere cupio, non rectè nobis te diffidere. *Quod* enim primum est et maximum, ipsum quod per deos uterque juravimus jusjurandum nos invicem infestos esse vetat: quod quicunque se contempsisse sibimet conscius est, eum ego neutiquam beatum prædicare possum. Nam haud scio, quâ quis fugæ celeritate à diis *sibi* bellum *illatum* effugere, quásve in tenebras aufugere, vel quâ ratione locum in munitum secedere possit. Quippe omnino omnia diis subjecta sunt, et ubique dii pariter omnia suâ potestate continent. Atque ità de diis ac jurejurando sentio, apud quos initam amicitiam deposuimus: inter humanas autem res equidem te nobis in præsenti maximum esse

a Ἀγνωμοσύνας] *Phavor.* et Etymol. m. Ἀγνωμοσύνη, ἀναισθησία, ἄγνοια, ὀλιγωρία. Noster in *Apol. Socr.* extr. Αὐτὸς μὲν δὴ (Anytus) διὰ τὴν τοῦ υἱοῦ πονηρὰν παιδείαν, καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ ἀγνωμοσύνην, i. e. *propter suam amentiam.* Apud *Herodot.* l. 2. c. 172. opponitur σοφίῃ. Hoc in loco denotare videtur *simultates*, vel *indignitates etiam ex errore natas.*

b Μάλιστα ἂν παύεσθαι.] Ità MS. Eton. et libri editi. Cl. *Arnaud* censet ἂν ante παύεσθαι nullum locum habere, et pro utrâque voce reponendum ἀναπαύεσθαι. At jure locum hunc ista sibi vindicet particula; cùm verbo, cui adjungitur, vim δυνητικὴν, ut passim alibi, tribuat. Sic mox infrà: οὓς ἐλπίζω ἂν — ταπεινοὺς ὑμῖν παρασχεῖν: et paucis interjectis — ἃ οἶμαι ἂν παῦσαι &c. ubi aoristis illis vim futuri cum sensu potentiali conjunctum largitur. Junxit et cum præsenti infinitivi, perinde atque hoc loco. Noster K. Π. p. 80. Edit. Oxon. 1727. — μοὶ δοκεῖ — μάλιστα ἂν ποιεῖν, i. e. *posse efficere* vel *effecturum* &c.

c Θεῶν ὅρκοι &c.] Vide p. 117.

d Τὸν γὰρ θεῶν &c.] Numinis *scil.* in testem et vindicem invocati; *perjuri capitis, fraudisque* Ultorem. *Quis enim læsos impunè putaret Esse deos?* Lege omnino *Psal.* CXXXIX. 7. et seq. et agnosce, quàm humilis, quàm jejuna sit etiam Atticæ Musæ oratio; præ altâ illâ, uberrimísque sententiis abundanti, θεοπνεύστου Psaltis eloquentiâ.

e Πάντη γὰρ πάντα &c.] Illud hìc genus figurarum adhibet, quæ aut similitudine vocum, aut paribus, aut contrariis vertunt in se aures, et animos excitant. Huic nomen est παρονομασία, quæ dicitur *agnominatio:* Quinctil. *Instit. Orat.* l. 9. c. 3. Cæterùm, L. G. thesauri non agnoscunt ὕποχος. *J. Poll.* de eo, qui αἰτίαν ὑπέχει, rectè adhiberi docet l. 8. segm. 68. Vide sis *Cicer.* de N. D. l. 3. c. 39.

f Παρ' οὓς] *Muretus* legit παρ' οἷς. nec malé.

“ εἶναι ἀγαθόν. Σὺν μὲν γάρ σοὶ πᾶσα ἡμῖν ὁδὸς εὔπο-
“ ρος, πᾶς δὲ ποταμὸς Διαβατὸς, τῶν δ' ἐπιτηδείων οὐκ
“ ἀπορία· ἄνευ δέ σου πᾶσα μὲν ἡ ὁδὸς [a] διὰ σκότους,
“ (οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ἐπιστάμεθα) πᾶς δὲ ποταμὸς δύσπο-
“ ρος, πᾶς δ' ὄχλος φοβερός· [b] φοβερώτατον δ' ἐρημία·
“ μεστὴ γὰρ πολλῆς ἀπορίας ἐστίν. [c] Εἰ δὲ δὴ καὶ μα-
“ νέντες σὲ κατακτείναιμεν, ἄλλο τι ἂν, ἢ τὸν εὐεργέτην
“ κατακτείναντες, πρὸς βασιλέα τὸν μέγιστον [d] ἔφεδρον
“ ἀγωνιζοίμεθα; Ὅσων δὲ δὴ καὶ οἵων ἐλπίδων ἐμαυτὸν ἂν
“ στερήσαιμι, εἴ σέ τι κακὸν ἐπιχειρήσαιμι ποιεῖν, ταῦτα
“ λέξω. [e] Ἐγὼ γὰρ Κῦρον ἐπεθύμησά μοι φίλον γενέσ-
“ θαι, νομίζων [f] τῶν τότε ἱκανώτατον εἶναι εὖ ποιεῖν ὃν ἂν
“ βούλοιτο. Σὲ δὲ νῦν ὁρῶ τήν τε Κύρου δύναμιν καὶ χώ-
“ ραν ἔχοντα, καὶ τὴν σεαυτοῦ ἀρχὴν σώζοντα, τὴν δὲ

“ bonum existimo. Nam cum te nobis omnis via transitu facilis, omne flu-
“ men trajici possit, nulla commeatûs *erit* inopia: sine te iter omne tene-
“ bricosum *erit*, (quippe cujus ignari planè sumus) flumen omne transitu
“ difficile, omnis turba terribilis; maximéque terribilis solitudo; quippe quæ
“ multis difficultatibus referta sit. Quòd si te furore impulsi occidamus,
“ quid aliud *futurum est*, quàm ut occiso homine *de nobis* benè merito, ad-
“ versùs regem maximum vindicem decertemus? Quas sanè et quales mihi
“ ipse spes erepturus sim, si quid tibi mali facere coner, id *verò* exponam.
“ Cyrum ego mihi fieri amicum expetivi, propterea quòd *illum* inter sui tem-
“ poris homines ad conferenda in quem vellet cunque beneficia maximè ido-
“ neum arbitrarer. Nunc te video potitum et potentiâ et regione Cyri, cùm
“ tuum etiam imperium incolume retineas, regísque *adeò* potentiam, quam

a Διὰ σκότους,] Metaphoricè sumitur hæc vox, sicut Rom. II. 19. et sæpè alibi.

b Φοβερώτατον &c.] *Scil.* χρῆμα. Vide p. 113. n. b.

c Εἰ δὲ δὴ &c.] Deest vocula posterior in MSto Eton. et quibusdam editis. Rectè tamen eam retinuerunt *Stephanus* et *Leunclavius:* nam sic suprà Noster p. 108. Ὁ δὲ δὴ ἔγραψα &c. Porrò, quod ad phrasin ἄλλο τι attinet, eâ usus est Noster K. Π. p. 200. Edit. Oxon. 1727. Hìc valet *τί ἄλλο ἂν scil. ποιοῖμεν:* quod verbum deest itidem K. Π. p. 52. Edit. ejusd. —*μόνος ἐκεῖνος οὐδὲν ἄλλο* (*scil.* ἐποίει,) ἢ τοὺς πεπτωκότας περιελαύνων ἐθεᾶτο.

d Ἔφεδρον] Ab re athleticâ ducitur nomen, impositum olim ei, qui duobus inter se luctantibus adsidebat, certamen inspiciebat, ejúsque eventum eo expectabat consilio, victorem ut integer adgrederetur. *Triclin.* ad *Sophoc.* Ajac. v. 615. *Ἔφεδρος κυρίως, ὁ παρεσκευασμένος, ὅταν δύο τινὲς παλαίωσι, παλαίσειν τῷ νικήσαντι.* Et sic ferè vetus alter *Scholiastes* ad locum. Hinc sua *Suidas* ad v. Exempla huc facientia suppeditabit *Budæus* in Comm. G. L. p. 742. Quibus omnino velim addas quæ *Lucianus* disserit *in Hermotimo* ferè medio.

e Ἐγὼ γὰρ &c.] Vide K. Π. p. 222. n. 1. Edit. Oxon. 1727.

f Τῶν τότε] Hâc persæpè Attici scriptores ellipticâ utuntur locutione, pro *τῶν τότε ὄντων* vel *γενομένων.* Sic suprà p. 107. —*κήρυκα ἄριστον τῶν τότε* — *Æschin.* dial. 1. sect. 8. Οὗτοι δέ που ἐδόκουν κάλλιστα τῶν τότε παλαίειν. Et passim alibi.

" βασιλέως δύναμιν, ᾗ Κῦρος πολεμίᾳ ἐχρῆτο, σοὶ [a] ταύτην
" σύμμαχον οὖσαν. Τούτων δὲ τοιούτων ὄντων, τίς οὕτω
" μαίνεται, ὅςτις οὐ σοὶ βούλεται φίλος εἶναι; Ἀλλὰ μὴν,
" ἐρῶ γὰρ καὶ ταῦτα, ἐξ ὧν ἔχω ἐλπίδας, καί σε βουλή-
" σεσθαι φίλον ἡμῖν εἶναι. Οἶδα μὲν γὰρ ὑμῖν Μυσοὺς
" λυπηροὺς ὄντας, οὓς ἐλπίζω ἂν σὺν τῇ παρούσῃ δυνάμει
" ταπεινοὺς ὑμῖν παρασχεῖν· οἶδα δὲ καὶ Πεισίδας· ἀκούω
" δὲ καὶ ἄλλα ἔθνη πολλὰ τοιαῦτα εἶναι, ἃ [b] οἶμαι ἂν
" παῦσαι ἐνοχλοῦντα ἀεὶ τῇ ὑμετέρᾳ εὐδαιμονίᾳ. [c] Αἰ-
" γυπτίους δὲ, οἷς μάλιστα ὑμᾶς νῦν γιγνώσκω τεθυμω-
" μένους, οὐχ ὁρῶ ποίᾳ δυνάμει συμμάχῳ χρησάμενοι
" μᾶλλον ἂν κολάσεσθε τῆς νῦν σὺν ἐμοὶ οὔσης. Ἀλλὰ
" μὴν ἔν γε τοῖς πέριξ οἰκοῦσι σὺ, εἰ μὲν βούλοιό τῳ φίλος
" εἶναι, ὡς μέγιστος ἂν εἴης· εἰ δέ τις σε λυποίη, ὡς δεσ-
" πότης ἀναστρέφοιο, ἔχων ἡμᾶς ὑπηρέτας, οἵ σοι οὐκ ἂν
" τοῦ μισθοῦ ἕνεκα μόνον ὑπηρετοῖμεν, ἀλλὰ καὶ τῆς χά-
" ριτος, ἣν σωθέντες ὑπὸ σοῦ σοὶ ἂν ἔχοιμεν δικαίως. Ἐμοὶ
" μὲν ταῦτα πάντα ἐνθυμουμένῳ οὕτω δοκεῖ θαυμαστὸν
" εἶναι, τὸ σὲ ἡμῖν ἀπιστεῖν, ὥςτε καὶ ἥδιστ' ἂν ἀκούσαι-

" Cyrus infestam expertus est, tibi hanc auxilio esse. Quæ cùm ità se habeant,
" quis usque adeò insanit, ut esse tibi nolit amicus? Enimverò ea etiam profe-
" ram, undè spem habeam fore, ut tu quoque nobis amicus esse velis. Quippe
" novi Mysos vobis esse molestos, quos me cum his quæ adsunt copiis vobis
" subjicere posse spero: quin et Pisidas *hostili in vos esse animo* novi; audio
" et alias gentes esse multas ejusmodi, quæ ut ab interpellando semper felici-
" tatem vestram desistant, effecturum me arbitror. Porrò Ægyptios, qui-
" bus nunc maximè vos iratos esse intelligo, non video quibus copiis auxi-
" liariis usi potiùs, quàm quæ mihi jam adsunt, castigare poteritis. At verò
" etiam inter eos qui circumcircà habitant, si cui *eorum* amicus esse velis,
" quàm maximus esses; sin quis aliquid tibi molestiæ crearet, *eum* tanquam
" dominus everteres, nos cùm haberes *ultionis* ministros, qui tibi non tantùm
" stipendii causâ subserviremus, sed etiam gratiæ, quam à te incolumes ser-
" vati meritò tibi haberemus. Mihi quidem hæc omnia animo agitanti adeò
" mirum esse videtur, te fidem nobis non habere, ut libentissimè etiam *ejus*

a Ταύτην] Vide p. 107. n. b.
b Οἶμαι ἂν παῦσαι] Vide p. 128. n. b.
c Αἰγυπτίους] In libris quibusdam editis perperam legitur Αἰγυπτίοις. Confer p. 97. Bellum inter Ægyptios tandem et Persas conflatum est anno ante æram Christianam 377, cùm jam 28 ferè annos imperio expleverat Artaxerxes, in Ægypto regnante Aceride. Vide sis *Diodor. Sic.* l. 15. ad Olymp. 98. et *C. Nep.* in Iphicrate et Chabriâ.

" μι τοὔνομα, τίς ἐστιν οὕτω δεινὸς λέγειν, ὥστε πεῖσαι λέ-
" γων, ὡς ἡμεῖς σοι ἐπιβουλεύοιμεν." Κλέαρχος μὲν οὖν τοσαῦτα εἶπε· Τισσαφέρνης δὲ ὧδε [a] ἀπημείφθη·

" Ἀλλ' ἥδομαι μὲν, ὦ Κλέαρχε, ἀκούων σου φρονίμους
" λόγους· ταῦτα γὰρ γιγνώσκων, εἴ τι ἐμοὶ κακὸν βουλεύοις,
" ἅμα ἂν μοὶ δοκῆς καὶ σεαυτῷ κακόνους εἶναι. Ὡς δ'
" ἂν μάθης, ὅτι οὐδ' ἂν ὑμεῖς δικαίως οὔτε βασιλεῖ οὔτ'
" ἐμοὶ [b] ἀπιστοίητε, ἀντάκουσον. Εἰ γὰρ ὑμᾶς ἐβουλό-
" μεθα ἀπολέσαι, πότερά σοι δοκοῦμεν ἱππέων πλήθους
" ἀπορεῖν, ἢ πεζῶν, ἢ [c] ὁπλίσεως, ἐν ᾗ ὑμᾶς μὲν βλάπ-
" τειν ἱκανοὶ ἂν ἦμεν, ἀντιπάσχειν δὲ οὐδεὶς κίνδυνος;
" Ἀλλὰ χωρίων ἐπιτηδείων ὑμῖν ἐπιτίθεσθαι ἀπορεῖν ἂν
" σοι δοκοῦμεν; Οὐ τοσαῦτα μὲν πεδία ἡμῖν φίλια ὄντα
" σὺν πολλῷ πόνῳ διαπορεύεσθε, τοσαῦτα δὲ ὄρη ὑμῖν

" sim auditurus nomen, qui tantùm dicendo valeat, ut oratione *suâ* persua-
" dere possit tibi nos insidiari." Hæc quidem dixit Clearchus: *ad quæ* Tissaphernes in hunc modum respondit:

" Equidem, Clearche, lætus orationem tuam prudentem audio: nam cùm
" hæc cognoscas, si quid in me mali moliaris, mala simul contra teipsum
" agitare mihi visus fueris. Verùm ut intelligas non jure vos vel regi vel
" mihi diffidere posse, *me* vicissim audi. Nam si vos perdere vellemus,
" equitúmne nobis copiam deesse arbitraris, an peditum, an armaturæ, quâ
" sanè vos lædere parati fuerimus, cùm nullum *nobis* sit damni vicissim fe-
" rendi periculum? Num locorum ab invadendum vos idoneorum copiam
" nobis defuturam putas? Nonne per tot campos nobis pacatos magno cum
" labore transitis; tótque montes vobis in conspectu sunt, qui sunt *vobis*

a Ἀπημείφθη· In libris nonnullis scribitur ἀπημείφθη. Sed rectè *Stephanus* et ex Atticorum indole dat ἀπημείφθη: quod Homericis verbis, quibus nonnunquam alibi usus est Noster, meritò adnumeres.

b Ἀπιστοίητε] Ità reposui, re ipsâ, quâ de agitur, hanc scripturam suadente. Id enim agit Tissaphernes, ut à se perfidiæ suspicionem amoveat; et Clearcho persuadeat nihil esse, quod Græci de regis suâve erga ipsos voluntate dubitent. Clearchus ipse suprà p. 127, idcirco in Tissaphernis congressum colloquiúmque venit, ut, εἰ δυναίμεθα, inquit, ἐξέλοιμεν ἀλλήλων τὴν ἀπιστίαν. Idem, paucis interjectis, διδάσκειν σε βούλομαι, ὡς σὺ ἡμῖν οὐκ ὀρθῶς ἀπιστοῖς — ad quæ verbis his aptè satìs respondet Tissaphernes. Hactenùs libri omnes dedêre ἀπιστοίητε, quod, sive loci structuram sive sensum spectes, incommodè huc irrepsit. Vidit hoc etiam *Muretus*, et rescripsit ἀπιστοίητε, cui levi mutatione factâ, formam Atticam, atque adeò Auctoris stilo congruentem, induendam curavi.

c Ὁπλίσεως,] Verti solet *armatorum*; quasi poneretur pro ὁπλιτῶν, similiter atque ὅπλα p. 102. et apud Latinos, *armatura* pro *armati*. Sed cum ὁπλῖται πεζικῆς sint δυνάμεως, cujus etiam hìc meminit auctor, ista minùs commoda videtur expositio; nisi fortè πεζῶν valere ψιλῶν, quibus opponi solent ὁπλῖται, statueris. Apud Nostrum certè K. Π. p. 626. Edit. Oxon. 1727. ὅπλισις est *armatura*. Et sic alibi.

" [a] ὁρᾶται ὄντα πορευτέα, ἃ ἡμῖν ἔξεστι προκαταλα-
" βοῦσιν ἄπορα ὑμῖν παρέχειν; τοσοῦτοι δέ εἰσι ποταμοὶ
" [b] ἐξ ὧν ἔξεστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι ὁπόσοις ἂν ὑμῶν βου-
" λοίμεθα μάχεσθαι; [c] Εἰσὶ δ' αὐτῶν, οὓς οὐδ' ἂν παν-
" τάπασι διαβαίητε, εἰ μὴ ἡμεῖς ὑμᾶς διαπορεύοιμεν. Εἰ
" δὲ ἐν πᾶσι τούτοις ἡττώμεθα, ἀλλὰ τό γε πῦρ τοῦ καρ-
" ποῦ κρεῖττόν ἐστιν· ὃν ἡμεῖς δυναίμεθ' ἂν κατακαύσαντες
" [d] λιμὸν ὑμῖν ἀντιτάξαι· ᾧ ὑμεῖς, οὐδ' εἰ πάνυ [e] ἀγαθοὶ
" εἴητε, μάχεσθαι ἂν δύνησθε. Πῶς οὖν ἂν ἔχοντες το-
" σούτους πόρους πρὸς τὸ ὑμῖν πολεμεῖν, καὶ τούτων μηδένα
" ἡμῖν ἐπικίνδυνον, ἔπειτα ἐκ τούτων πάντων τοῦτον ἂν τὸν
" [f] τρόπον ἐξελοίμεθα, ὃς μόνος μὲν [g] πρὸς θεῶν ἀσεβής,
" μόνος δὲ πρὸς ἀνθρώπων αἰσχρός; παντάπασι δὲ ἀπόρων

" transeundi, quos si præoccupaverimus impervios vobis reddere possimus? " *nonne* tot sunt flumina, unde nobis liceat *velut* è penu promere, cum quan- " tis vestrûm *copiis* dimicare velimus? Sunt etiam ex illis *nonnulla*, quæ nè " transire quidem omnino poteritis, nisi vos ipsi trajiciamus. Quòd si hisce " omnibus inferiores evaserimus, at certè ignis fructibus est superior; quos " cùm exusserimus, famem vobis tanquam in acie opponere poterimus: ad- " versùs quam vos, tametsi vel fortissimi sitis, pugnare *tamen* non poteritis. " Qui ergo, cùm tot nobis sint ad bellum adversùs vos gerendum viæ, ea- " rúmque nulla nobis *sit* periculosa, illam demum ex his omnibus eligere- " mus rationem, quæ una *sit* ad deos impia, una *sit* ad homines turpis? quæ- " que *adeo* illorum sit omnino, qui ad eas, è quibus se expedire nequeunt, " difficultates redacti sunt, et omnium machinarum expertes et necessitate

a Ὁρᾶται] MS. Eton. ὁρᾶτε: nec aliter legit *Muretus*. Receptam scripturam tuentur libri editi; cùm tamen neutiquam *Mureti* judicium MSti auctoritate confirmatum improbaverim.

b Ἐξ ὧν ἔξεστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι] Eâdem usus est locutione metaphoricâ Κ. Π. p. 246. Edit. Oxon. 1727. παρέσχον ἡμῖν ταμιεύεσθαι, ὥστε ὁπόσοις ἐβουλόμεθα αὐτῶν μάχεσθαι. Sic *Thucyd*. l. 6. haud ità longè ab init. καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι ἐς ὅσον βουλόμεθα ἄρχειν, &c. Et *Dion. Chrysost*. Orat. XI. p. 177. edit. Lutet. ἅτε οὐδὲν αὑτῆς ταμιευσάμενοι ἐν ἀγῶνι — i. e. *qui in prælio sui impetûs, aut virium suarum, nihil reservâsset*. Ità nimirum ἅ πάνυ Casaubonus locum legit et exposuit. Ταμιεύεσθαι autem, ex ejusdem doctis. viri sententiâ, milites dicuntur, cùm non omnes suas vires primo effundunt conatu; sed sic eas dispensant, ut repetere, si opus sit, semel atque iterum pugnam queant. *Item*, cùm non confertos cuneos temerario impetu adgrediuntur, sed vel singulos, vel plures quidem, verùm intra virium suarum modum.

c Εἰσὶ δ' αὐτῶν] *Scil*. τινές: quâ de ellipsi vide p. 40. n. g.

d Λιμὸν ὑμῖν ἀντιτάξαι.] Metaphorâ utitur καὶ ἡδονὴν συμβαλλούσῃ τῷ λόγῳ καὶ μέγεθος. Vide sis *Demet. Phal*. de *Elocut*. sect. 78. et *Quinctil*. Instit. Orat. l. 8. c. 6.

e Ἀγαθοὶ] Plenè dixit p. 77. ἀγαθοὺς εἰς πόλεμον.

f Τρόπον] Sensu eodem suprà modò πόρους metaphoricè adhibuit, ut Latini *via*.

g Πρὸς θεῶν &c.] Sic suprà p. 49. ὅ, τι δικαιότατον καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων.

"ἐστὶ καὶ ἀμηχάνων καὶ ἀνάγκῃ ἐχομένων, καὶ τούτων "πονηρῶν, οἵτινες ἐθέλουσι δι' ἐπιορκίας τε πρὸς θεοὺς, "καὶ ἀπιστίας πρὸς ἀνθρώπους πράττειν τι; Οὐχ οὕτως "ἡμεῖς, ὦ Κλέαρχε, οὔτε ἠλίθιοι οὔτε ἀλόγιστοί ἐσμεν. "[a] Ἀλλὰ τί δὴ, ὑμᾶς ἐξὸν ἀπολέσαι, οὐκ [b] ἐπὶ τοῦτο ἤλ-"θομεν; Εὖ ἴσθι ὅτι ὁ ἐμὸς ἔρως τούτου αἴτιος, τοῦ τοῖς "Ἕλλησιν ἐμὲ [c] πιστὸν γενέσθαι, καὶ ᾧ Κῦρος ἀνέβη "[d] ξενικῷ διὰ μισθοδοσίαν πιστεύων, τούτῳ ἐμὲ καταβῆναι "δι' [e] εὐεργεσίας ἰσχυρόν. [f] Ὅσα δέ μοι ὑμεῖς χρήσιμοι "ἐστὲ, τὰ μὲν καὶ σὺ εἶπες, τὸ δὲ μέγιστον ἐγὼ οἶδα· "[g] τὴν μὲν γὰρ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν βασιλεῖ μόνῳ ἔξ-"εστιν ὀρθὴν ἔχειν, τὴν δ' ἐπὶ τῇ καρδίᾳ ἴσως ἂν ὑμῶν "παρόντων καὶ ἕτερος εὐπετῶς ἔχοι."

Ταῦτα εἰπὼν ἔδοξε τῷ Κλεάρχῳ ἀληθῆ λέγειν· καὶ εἶ-

" constricti, iidémque improbi, qui perjurio erga deos, et fidei erga homines " violatione aliquid perficere cupiunt? Non adeò vecordes vel rationis ex-" pertes, Clearche, sumus. At enim, cùm nostrâ esset in potestate vos per-" dere, cur id adgressi non sumus? Certò scias, in causâ fuisse meum desi-" derium Græcis *nimirum* me fidum præstandi, ac quo Cyrus milite pere-" grino stipendii soluti nomine fretus *huc* adscendit, eo me ob beneficia " muniente descendendi. Quas verò ad res vos mihi utiles sitis, has et tu " quidem exposuisti, et quod maximum est ipse novi: uni nimirum regi tia-" ram in capite rectam gestare licet, verùm eam in corde, si vos *illi* adsitis, " fortassis alius quoque facilè gesserit."

Hæc loquutus visus est Clearcho vera dicere: atque *adeò*, Nonne, inquit,

a Ἀλλὰ τί δὴ, &c.] Sic MS. Eton. Vulgo, Ἀλλὰ τί δεῖ &c. quod istius particulæ locum occupavit etiam K. Π. p. 283. Edit. Oxon. 1727. ἐπὶ τούτους ἡμεῖς καὶ δὴ στρατευσόμεθα. ubi edit. *Ald.* et *Flor.* habent καὶ δεῖ. *Stephanus* etiam loci hujus scripturam, quam damus, et distinctionem recipiendam monuit. Similiter autem Noster participium illud absolutè posuit K. Π. p. 582. Edit. ejusd. ὡς διὰ τὸ πολλὰ διδόναι πίνας ἴσοιτο, ἐξὸν αὐτῷ &c. Sic passim Attici impersonalium utuntur participiis. Cæterùm, occurrit his verbis Tissaphernes Græcorum dubitationi; quibus mirum videri posse suspicatus est, quòd, cùm tam facilè vitam iis eripere potuerint Persæ, iis pepercerint. Causam igitur hujus rei reddit Εὖ ἴσθι ὅτι ὁ ἐμὸς &c.

b Ἐπὶ τοῦτο] Ità scribendum perspexit *Stephanus*; cùm vulgò legatur ἐπὶ τούτῳ.

c Πιστὸν] Hìc in passivâ (quod observatione dignum putavit *Stephanus*) capitur significatione; nec πιστὸν γενέσθαι aliud est quàm πιστευέσθαι. Hoc verò dicit Tissaphernes, "Cupiebam Græcos mihi fi-" dere, et me minimè suspectum habere, " nihílque mali sibi à me timere &c.

d Ξενικῷ] Vide p. 6. n. d. et de verbis ἀνέβη et καταβῆναι p. 1. n. a.

e Εὐεργεσίας] Ità edit. *Leunclav.* et MS. Eton. qui dat etiam μισθοδοσίας. *Steph.* et *Ald.* μισθοδοσίαν et συνεργεσίαν.

f Ὅσα δέ μοι &c.] Vide p. 97. n. c.

g Τὴν μὲν γὰρ ἐπὶ τῇ &c.] *Lucian.* in Piscat. p. 213. ὡς εἴ τις ἐν βασιλικῷ σχήματι ὀρθὴν τιάραν ἔχων καὶ &c. *Dion. Chrysost.* orat. XIV. extr. Τοιγαροῦν Περσῶν βασιλεὺς, ὅπως μὲν ἕξει μόνος ὀρθὴν τὴν τιάραν, ἐφρόντιζεν. Vide sis etiam *Josephi* Antiq. Jud. l. 20. c. 3. et Dissert. II. K. Π. præmissæ p. 50. Edit. Oxon. 1727. De Tissapherne lege *C. Nep.* in vitâ *Conon.*

πεν, Οὐκοῦν, [a] ἔφη, οἵτινες, τοιούτων ἡμῖν εἰς φιλίαν ὑπαρχόντων, πειρῶνται διαβάλλοντες πολεμίους ποιῆσαι ἡμᾶς, ἄξιοί εἰσι τὰ ἔσχατα παθεῖν; Καὶ ἐγὼ μὲν, ἔφη ὁ Τισσαφέρνης, εἰ βούλεσθέ μοι οἵ τε στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ [b] ἐν τῷ ἐμφανεῖ ἐλθεῖν, λέξω τοὺς πρὸς ἐμὲ λέγοντας, ὡς σὺ ἐπιβουλεύεις ἐμοί τε καὶ τῇ σὺν ἐμοὶ στρατιᾷ. Ἐγὼ δ', ἔφη ὁ Κλέαρχος, ἄξω πάντας· καὶ σοὶ αὖ ἐγὼ δηλώσω, ὅθεν ἐγὼ περί σου ἀκούω. Ἐκ τούτων δὴ τῶν λόγων ὁ Τισσαφέρνης φιλοφρονούμενος, τότε μὲν μένειν τε αὐτὸν ἐκέλευσε, καὶ σύνδειπνον ἐποιήσατο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ Κλέαρχος ἐλθὼν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, δῆλός τε ἦν πάνυ φιλικῶς οἰόμενος διακεῖσθαι τῷ Τισσαφέρνει, καὶ ἔλεγεν ἃ ἐκεῖνος ἀπήγγελλεν· ἔφη τε χρῆναι ἰέναι παρὰ Τισσαφέρνει οὓς ἐκέλευσε, καὶ [c] οἳ ἂν ἐξελεγχθῶσι διαβάλλοντες τῶν Ἑλλήνων, ὡς προδότας αὐτοὺς καὶ κακόνους τοῖς Ἕλλησιν ὄντας τιμωρηθῆναι. Ὑπώπτευε δὲ εἶναι τὸν διαβάλλοντα [d] Μένωνα· εἰδὼς αὐτὸν καὶ συγγεγενημένον Τισσαφέρνει μετὰ Ἀριαίου, καὶ στασιάζοντα αὐτῷ, καὶ ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ, ὅπως τὸ στράτευμα ἅπαν πρὸς ἑαυτὸν λαβὼν, φίλος ᾖ Τισσαφέρνει. Ἐβούλετο

cùm res hujusmodi nobis ad amicitiam suppetant, extremis suppliciis digni sunt, qui criminando nos *mutuò* infensos reddere conantur? Et Tissaphernes, Equidem, ait, si *vos* duces et cohortium præfecti palam ad me venire volueritis, indicabo eos qui ad me deferunt, te mihi exercituíque meo insidiari. Ego verò, inquit Clearchus, omnes *ad te* ducam; atque ipse vicissim tibi significabo, undè ego de te audîerim. Post hæc verba Tissaphernes Clearchum comiter accipiens, tunc eum *apud se* manere jussit, ac cœnæ participem fecit: postridie reversus ad castra Clearchus, præ se ferebat amico admodùm esse se erga Tissaphernem animo, et quæ ille nuntiâsset exponebat: aiebat etiam ad Tissaphernem *iis* eundum esse, quos *ipse* jussisset, et ex Græcis qui convicti fuerint criminationum, eos tanquam proditores ac Græcis malevolos puniendos esse. Suspicabatur autem Menonem esse illum, qui *cæteros* criminaretur; quippe cùm nôsset eum in Tissaphernis congressum *colloquiúmque* cum Ariæo venisse, *eundém*que à se dissidere, sibíque insidiari, ut exercitu universo suas ad partes traducto, Tissapherni amicus esset. Sed et Clear-

a Ἔφη,] Redundat similiter atque K. Π. p. 48. Edit. Oxon. 1727. ἤρετο, Ἡ οὗται, ἔφη, &c. ubi vide notata.

b Ἐν τῷ ἐμφανεῖ] Vide p. 26. n. e.

c Οἳ ἂν — τῶν Ἑλλήνων] Pro οἳ ἂν — ἐκ τῶν Ἑλλήνων. Sic suprà p. 57. οἱ ὕστερον ἐλήφθησαν τῶν πολεμίων. Vide p. 57. n. b.

d Μένωνα, εἰδὼς αὐτὸν &c.] Confer. pp. 44. 45. et 93. Sic *Ctesias* apud *Phot.* Biblioth. p. 130. Κλέαρχος — καὶ Μένων ἀεὶ διάφοροι ἀλλήλοις ἐτύγχανον· διότι τῷ μὲν Κλεάρχῳ ἅπαντα ὁ Κῦρος συνεβούλευε, τοῦ δὲ Μένωνος λόγος οὐδεὶς ἦν.

δὲ καὶ ὁ Κλέαρχος ἅπαν τὸ στράτευμα [a] πρὸς ἑαυτὸν ἔχειν τὴν γνώμην, καὶ τοὺς παραλυποῦντας ἐκποδὼν εἶναι. Τῶν δὲ στρατιωτῶν [b] ἀντέλεγόν τινες αὐτῷ, μὴ ἰέναι πάντας τοὺς λοχαγοὺς καὶ στρατηγοὺς, μηδὲ πιστεύειν Τισσαφέρνει. Ὁ δὲ Κλέαρχος ἰσχυρῶς κατέτεινεν, ἔστε διεπράξατο πέντε μὲν στρατηγοὺς ἰέναι, εἴκοσι δὲ λοχαγούς· συνηκολούθησαν δὲ, ὡς εἰς ἀγορὰν, καὶ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν ὡς διακόσιοι.

[c] Ἐπεὶ δ' ἦσαν ἐπὶ ταῖς θύραις Τισσαφέρνους, οἱ μὲν στρατηγοὶ παρεκλήθησαν εἴσω, Πρόξενος Βοιώτιος, Μένων Θετταλὸς, Ἀγίας Ἀρκὰς, Κλέαρχος Λάκων, Σωκράτης Ἀχαιός· οἱ δὲ λοχαγοὶ ἐπὶ θύραις ἔμενον. Οὐ πολλῷ δ' ὕστερον [d] ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου οἵ τε ἔνδον συνελαμβάνοντο, καὶ οἱ ἔξω κατεκόπησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν βαρβάρων τινὲς ἱππέων διὰ τοῦ πεδίου ἐλαύνοντες, ᾧτινι ἐντυγχάνοιεν Ἕλληνι ἢ δούλῳ, ἢ ἐλευθέρῳ, πάντας ἔκτεινον. Οἱ δὲ Ἕλληνες τήν τε ἱππασίαν αὐτῶν ἐθαύμαζον, ἐκ τοῦ στρατοπέδου

chus milites universos inclinatis esse ad ipsum animis volebat, ac eos qui molestiam exhiberent, amotos esse. At ex militibus quidam, ei qui adversabantur, dicebant omnes cohortium præfectos ducésque omnes ire eò non debere, nec Tissapherni fidem habendam esse. Verùm Clearchus vehementer contendit, *usque adeò* donec perfecit ut duces irent quinque, et præfecti cohortium viginti: *quos* unà cæteris etiam ex militibus circiter ducenti, quasi ad rerum venalium forum, sequuti sunt.

Posteaquam ad portas Tissaphernis aderant, duces intrò arcessiti sunt, Proxenus Bœotius, Menon Thessalus, Agias Arcas, Clearchus Lacedæmonius, Socrates Achæus: præfecti cohortium ad portas manserunt. Haud multò pòst ad idem signum et ii, qui intùs *erant*, comprehensi fuêre, et qui extra, cæsi. Post hæc ex barbaris quidam equitibus per campum *equos* agitantes, in quemcunque Græcum sive servum, seu liberum incidissent, omnes trucidârunt. Græci tum equitationem, quam è castris spectabant, mirarantur K. Π. p. 556. et 641. Edit. Oxon. 1727.

a Πρὸς ἑαυτὸν ἔχειν] Simili locutione usus est *Thucyd.* l. 3. haud ità longè ab init. Καὶ οἱ μὲν Μιτυληναῖοι ἐθάρσουν τι, καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἧσσον εἶχον τὴν γνώμην, ὥστε &c.

b Ἀντέλεγόν τινες αὐτῷ, μὴ ἰέναι] Sic et *Thucyd.* l. 3. ferè medio, ἐν τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ἀντέλεγε μάλιστα μὴ ἀποκτεῖναι Μιτυληναίους. Vide notata K. Π. p. 130. Edit. Oxon. 1727.

c Ἐπεὶ δ' ἦσαν ἐπὶ &c.] Sic ferè suprà p. 109. Ἐπεὶ δὲ πρὸς ταῖς ἀγγέλαις ἦσαν — et alibi sæpé. Cæterùm, ἀρχόντων θύραι, perinde atque βασιλέως, Nostro memo-

d Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου οἵ τε &c.] Confer ex *Ctes.* Persicis excerpta apud *Photii* Biblioth. p. 132. *Isocrat.* Panegyr. p. 71. et K. Γ. p. 661. Edit. Oxon. 1727. *Plutarch.* in Artoxerxe. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 257. Τισσαφέρνης δὲ τοὺς μὲν στρατηγοὺς εἰς τὴν σκηνὴν ἐκάλεσεν, οἱ δὲ λοχαγοὶ πρὸς ταῖς θύραις διέτριβον. Καὶ μετ' ὀλίγον ἐκ τῆς Τισσαφέρνου σκηνῆς ἀρθείσης φοινικίδος, (signo nimirum illo, de quo Xenophon) ὁ μὲν &c. historiæ Xenophonteæ convenienter.

ὁρῶντες, καὶ ὅ, τι ἐποίουν· [a] ἠμφιγνόουν, πρὶν Νίκαρχος Ἀρκὰς ἧκε φεύγων, τετρωμένος εἰς τὴν γαστέρα, καὶ τὰ ἔντερα ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων, καὶ εἶπε πάντα τὰ γεγενημένα. Ἐκ τούτου δὴ οἱ Ἕλληνες ἔθεον ἐπὶ τὰ ὅπλα πάντες ἐκπεπληγμένοι, καὶ νομίζοντες αὐτίκα ἥξειν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Οἱ δὲ πάντες μὲν οὐκ ἦλθον, [b] Ἀριαῖος δὲ καὶ Ἀρτάοζος καὶ [c] Μιθραδάτης, οἳ ἦσαν Κύρῳ πιστότατοι· ὁ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἑρμηνεὺς ἔφη καὶ τὸν Τισσαφέρνους ἀδελφὸν σὺν αὐτοῖς ὁρᾷν καὶ γιγνώσκειν· συνηκολούθουν δὲ καὶ ἄλλοι Περσῶν τεθωρακισμένοι, εἰς τριακοσίους. Οὗτοι, ἐπεὶ ἐγγὺς ἦσαν, προσελθεῖν ἐκέλευον εἴ τις εἴη τῶν Ἑλλήνων ἢ στρατηγὸς ἢ λοχαγὸς, ἵνα ἀπαγγείλωσι τὰ παρὰ βασιλέως. Μετὰ ταῦτα ἐξῆλθον τῶν Ἑλλήνων [d] φυλαττόμενοι, στρατηγοὶ μὲν, Κλεάνωρ Ὀρχομένιος, καὶ Σοφαίνετος Στυμφάλιος, σὺν αὐτοῖς δὲ Ξενοφῶν Ἀθηναῖος, ὅπως μάθῃ [e] τὰ

bantur, tum quid agerent ambigebant, donec Nicarchus Arcas fugâ *lapsus* venit, cùm, vulnere in ventre accepto, manibus intestina teneret, et quæ gesta erant exposuit omnia. Ibi tum Græci ad arma currebant omnes *re inopinatâ* perculsi, cùm illos mox ad castra venturos existimarent. At illi universi quidem non venerunt, sed *tantùm* Ariæus et Artaozus et Mithradates, qui Cyro fuerant fidelissimi: et Græcorum interpres cum eis *se* Tissaphernis fratrem videre atque agnoscere aiebat: alii prætereà Persæ, ad trecentos *numero*, loricati *hos* unà sequebantur. Hi, cùm propiùs adfuissent, accedere jubebant, quicunque Græcorum vel dux vel cohortium præfectus esset, ut *quæ* à rege mandata *haberent*, exponerent. Ibi tum Græcorum, cum sibi *sat* cavissent, duces quidem, Cleanor Orchomenius, et Sophænetus Stymphalius processerunt, cùmque eis Xenophon Atheniensis, ut Proxeno quid accidisset,

a Ἠμφιγνόουν, πρὶν] *Suidâ* exponente, Ἀμφιγνοεῖν est ἢ ἀγνοεῖν, ἢ ἐνδοιάζειν. At ex *Ammonii* sententiâ Ἀγνοεῖν μέν ἐστι, τὸ καθόλου μηδὲν εἰδέναι· Ἀμφαγνοεῖν (utroque enim modo scribitur) δὲ, τὸ ἔν τισιν ἐπιδιστάζειν. Rectè *Hesych.* et *Phavor.* Ἀμφιγνοεῖν, τὸ μὴ ἀκριβῶς γινώσκειν. Huic etiam Ἀμφιγνοεῖς, est ἀμφισβητεῖς. Porrò, adverbium illud sæpè, Grammatici licèt tam veteres quàm recentiores id rariùs fieri statuerint, indicativo jungitur modo. *Hom.* Il. α'. v. 129.

Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν.

Ælian. H. V. l. 1. c. 15. πρίν ἢ φιλῆσαι αὐτήν. Et 5. c. 18. πρινὴ (conjunctim enim nonnunquam legitur) ἀποκυήσαι.

b Ἀριαῖος δὲ καὶ &c.] Deficit μόνον: quâ de ellipsi vide p. 36. n. a. Vox eadem si exaudiatur 1 Pet. III. 21. perit illicò fanaticorum adversùs baptisma externum ex eo loco ducta cavillatio. Deest haud dubiè 1 Cor. XV. 10. οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ &c.

c Μιθραδάτης] Scribi solet etiam Μιθριδάτης: quod monuisse sat est. Videsis p. 57. n. e. et p. 100. n. c. et quæ diligentissimus Cortius ad *Sallust*. Jugurth. c. 5. congessit.

d Φυλαττόμενοι,] Vide p. 121. n. d.

e Τὰ περὶ Προξένου.] Quippe cujus ξένος ἦν ἀρχαῖος, uti Noster lib. iii. ineunte. Cæterùm, cum articulo exaudiendum est, ut passim alibi, participium vel nomen rei, quâ de agitur, conveniens: v. g. γιγνόμενα,

περὶ Προξένου. (Χειρίσοφος δ' ἐτύγχανεν ἀπὼν ἐν κώμῃ τινὶ σὺν ἄλλοις ἐπισιτιζόμενος.) Ἐπεὶ δ' ἔστησαν [a] εἰς ἐπήκοον, λέγει Ἀριαῖος· Κλέαρχος μὲν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἐπεὶ ἐπιορκῶν τε ἐφάνη καὶ τὰς σπονδὰς λύων, ἔχει τὴν δίκην καὶ τέθνηκε· Πρόξενος δὲ καὶ Μένων, ὅτι κατήγγειλαν [b] αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν, ἐν μεγάλῃ τιμῇ εἰσίν· ὑμᾶς δὲ βασιλεὺς τὰ ὅπλα ἀπαιτεῖ· ἑαυτοῦ γὰρ εἶναι φησὶν, ἐπείπερ Κύρου ἦσαν τοῦ [c] ἐκείνου δούλου.

Πρὸς ταῦτα [d] ἀπεκρίναντο οἱ Ἕλληνες, (ἔλεγε δὲ Κλεάνωρ ὁ Ὀρχομένιος) Ὦ κάκιστε ἀνθρώπων Ἀριαῖε, καὶ ἄλλοι ὅσοι ἦτε Κύρου φίλοι, [e] οὐκ αἰσχύνεσθε οὔτε θεοὺς οὔτε ἀνθρώπους, οἵτινες ὀμόσαντες ἡμῖν τοὺς αὐτοὺς φίλους καὶ ἐχθροὺς νομιεῖν, προδόντες ἡμᾶς σὺν Τισσαφέρνει τῷ ἀθεωτάτῳ τε καὶ πανουργοτάτῳ, τούς τε ἄνδρας αὐτοὺς, [f] οἷς ὤμνυτε, ὡς ἀπολωλέκατε, καὶ τοὺς ἄλλους ἡμᾶς προδεδω-

cognosceret. (Cherisophus fortè aberat, cum aliis in vico quodam operâ commeatui parando datâ.) Posteaquam eo constitêre loco, unde exaudiri possent, *hæc* verba fecit Ariæus; Clearchus sanè, Græci, cùm jurisjurandi fœderísque violati compertus esset, pœnas meritas subiit atque *adeò* mortuus est: Proxenus et Menon, quòd insidias ejus detexerint, magno sunt in honore: à vobis autem rex arma postulat; nam *ea* ait esse sua, quippe quæ Cyri servi sui fuerint.

Ad hæc responderunt Græci, *(pro cæteris* autem loquutus est Cleanor Orchomenius) O sceleratissime hominum Ariæe, *vos*que cæteri, qui Cyri fueritis amici, non reveremini deos neque homines; qui cùm jurejurando firmaveritis, *vos* eosdem atque nos amicos et inimicos existimaturos, *inito* cum Tissapherne *homine* maximè impio vaferrimóque nos prodendi *consilio*, posteaquam viros ipsos, quibus dedistis jusjurandum, perdidistis, nobis etiam reliquis jam

seu διδογμένα. Sic suprà pauld, τὰ παρὰ βασιλέως in supplementum postulant παραγγέλματα, κελευόμενα, vel aliud his adfine nomen. Vide sis p. 109. n. c.

a Εἰς ἐπήκοον,] *Phavorin.* Εἰς ἀντὶ τοῦ Ἐν χρῶνται Ἀττικοί. Sic suprà modò p. 136. τετραμμένος εἰς τὴν γαστέρα — Et K. Π. p. 238. Edit. Oxon. 1727. στὰς εἰς τὸ μέσον &c. Unde liquet parum sanam fuisse Cl. *Millii* κρίσιν, qui formulis loquendi malè Græcis adnumeret, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. Joh. I. 18. Porrò, cum ἐπήκοον intelligas oportet τόπον: cujus de ellipsi diximus p. 102. n. e. Itaque ἔστησαν εἰς ἐπήκοον exponas licet ipsius Auctoris verbis (mutato pro loci ratione numero) στὰς ὅπου ἔμελλεν ἂν ἐξακούεσθαι τὰ λεγόμενα, K. Π. p. 272. Edit. ejusd.

b Αὐτῷ] Rectiùs, opinor, scripseris αὐτοῦ: nisi tamen ad regem pronomen illud referre malles.

c Ἐκείνου δούλου.] Vide p. 82. n. a.

d Ἀπεκρίναντο οἱ Ἕλληνες, (ἔλεγε &c.) Sic suprà p. 115. — οἱ Ἕλληνες ἐβουλεύοντο, καὶ ἀπεκρίναντο· (Κλέαρχος δ' ἔλεγεν) Ἡμεῖς &c.

e Οὐκ αἰσχύνεσθε οὔτε θεοὺς &c.] Suprà jam p. 115. eadem hæc occurrit locutio, ᾐσχύνθημεν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους &c.

f Οἷς ὤμνυτε, ὡς ἀπολωλέκατε,] *Leunclav.* vertit, *quibus sacramento confirmabatis, vos planè periise:* satìs rectè quidem,

κότες, σὺν τοῖς πολεμίοις ἔρχεσθε ἐφ' ἡμᾶς; Ὁ δὲ Ἀριαῖος εἶπε, Κλέαρχος γὰρ πρόσθεν ἐπιβουλεύων φανερὸς ἐγένετο Τισσαφέρνει τε καὶ Ὀρόντᾳ, καὶ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς σὺν τούτοις. Ἐπὶ τούτοις δὲ Ξενοφῶν τάδε εἶπε, Κλέαρχος μὲν τοίνυν, εἰ παρὰ τοὺς ὅρκους ἔλυε τὰς σπονδὰς, τὴν δίκην ἔχει (δίκαιον γὰρ ἀπόλλυσθαι τοὺς ἐπιορκοῦντας) [a] Πρόξενος δὲ καὶ Μένων, ἐπείπερ εἰσὶν ὑμέτεροί τε εὐεργέται, ἡμέτεροί τε στρατηγοὶ, πέμψατε αὐτοὺς δεῦρο· δῆλον γὰρ ὅτι, φίλοι γε ὄντες ἀμφοτέροις, πειράσονται καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν. Πρὸς ταῦτα οἱ βάρβαροι, πολὺν χρόνον διαλεχθέντες ἀλλήλοις, ἀπῆλθον, οὐδὲν ἀποκρινόμενοι.

[b] Οἱ μὲν δὴ στρατηγοὶ οὕτω ληφθέντες, ἀνήχθησαν [c] ὡς βασιλέα, καὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς ἐτελεύτησαν· εἷς μὲν αὐτῶν Κλέαρχος, [d] ὁμολογουμένως ἐκ πάντων τῶν ἐμπείρως αὐτοῦ ἐχόντων, δόξας γενέσθαι ἀνὴρ καὶ πολεμικὸς καὶ φιλοπόλεμος ἐσχάτως. [e] Καὶ γὰρ δὴ ἕως μὲν

proditis, cum hostibus adversùs nos tenditis? Et Ariæus, Enimverò Clearchus, inquit, anteà deprehensus est Tissapherni et Orontæ et nobis omnibus, qui cum ipsis eramus, insidias moliri. Tum Xenophon his usus est verbis, Clearchus quidem certè, si præter jurisjurandi fidem fœdera solvit, meritò, pœnas dedit: (æquum est enim perjuros interire) ad Proxenum verò et Menonem quod attinet, siquidem benè de vobis promeriti ac duces nostri sunt, eos huc mittite: manifestum est enim eos, cùm utrisque sint amici, conaturos tam vobis quàm nobis id dare consilii, quod optimum visum fuerit. Ad hæc barbari, cùm diu inter se colloquuti essent, nullo responso dato, discesserunt.

Et duces quidem hoc pacto comprehensi, ad regem subducti sunt, et capitibus abscissis *vivendi* finem fecerunt: cùm ex eis unus, Clearchus *scilicet*, omnium consensu, quibus usus cum eo fuerat, visus sit vir et rerum bellicarum fuisse peritus et belli summè studiosus. Etenim quamdiu bellum Lace-

si legisset ὡς ἀπολώλασι. At loci sententia istam respuit lectionem, postulátque ἀπολωλέκασι, quod, pro vi suâ transitivâ, sonat *perdo*, *interficio*, &c. *Stephanus* pro particulâ ὡς substituendam suspicatur ὅμως.

a Πρόξενος δὲ καὶ Μένων,] Similis est structura *Ælian.* H. V. l. 2. c. 41. Καὶ Λακύδης δὲ καὶ Τίμων, οἱ φιλόσοφοι, καὶ τούτους πιεῖν πάμπολύ φασι. Id. in Hist. anim. l. 4. c. 36. Ἡ τῶν Ἰνδῶν γῆ, φασὶ αὐτὴν &c. Confer Joh. VII. 38. et quæ notavimus ad K. Π. p. 103. Edit. Oxon. 1727.

b Οἱ μὲν δὴ στρατηγοὶ οὕτω &c.] Confer K. Π. p. 661. Edit. Oxon. 1727.

c Ὡς βασιλέα, καὶ ἀποτμηθέντες &c.] De phrasi vide p. 117. n. f. de pœnâ p. 83. n. a.

d Ὁμολογουμένως ἐκ πάντων &c.] Vide p. 73. n. b.

e Καὶ γὰρ δὴ ἕως μὲν &c.] Lege etiam quæ de Clearcho tradit *Diodor.* Sic. l. 14. p. 243.

πόλεμος ἦν τοῖς Λακεδαιμονίοις πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, παρέμεινεν· ἐπεὶ δ' εἰρήνη ἐγένετο, πείσας, [a] τὴν αὑτοῦ πόλιν, ὡς οἱ Θρᾶκες ἀδικοῦσι τοὺς Ἕλληνας, καὶ διαπραξάμενος ὡς ἐδύνατο παρὰ τῶν Ἐφόρων, ἐξέπλει ὡς πολεμήσων [b] τοῖς ὑπὲρ Χεῤῥονήσου καὶ Πειρίνθου Θραξίν. Ἐπεὶ δὲ μεταγνόντες πως [c] οἱ Ἔφοροι, ἤδη ἔξω ὄντος αὐτοῦ, ἀποστρέφειν αὐτὸν ἐπειρῶντο ἐξ Ἰσθμοῦ, ἐνταῦθα οὐκέτι πείθεται, ἀλλ' ᾤχετο πλέων εἰς Ἑλλήσποντον. Ἐκ τούτου καὶ ἐθανατώθη [d] ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ τελῶν, ὡς ἀπειθῶν. [e] Ἤδη δὲ φυγὰς ὤν, ἔρχεται πρὸς Κῦρον, καὶ ὁποίοις μὲν λόγοις ἔπεισε Κῦρον, ἀλλαχοῦ γέγραπται· δίδωσι δ' αὐτῷ Κῦρος μυρίους δαρεικούς· ὁ δὲ λαβὼν, οὐκ ἐπὶ ῥαθυμίαν ἐτράπετο, ἀλλ' ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων συλλέξας στράτευμα, ἐπολέμει τοῖς Θραξί· καὶ μάχῃ τε ἐνίκησε, καὶ ἀπὸ τούτου [f] ἔφερε, καὶ ἦγεν αὐτούς· καὶ πολε-

dæmoniis cum Atheniensibus fuit, *apud suos* constanter permansit: pace factâ, cùm civibus suis persuasisset, Thracas in Græcos esse injuriosos, et *rem* ab Ephoris ut poterat impetrâsset, classem Thracibus *iis*, *qui* supra Chersonesum et Perinthum *habitant*, bellum illaturus deduxit. Posteaquam verò Ephori, mutatâ quodammodo sententiâ, cùm jam domo profectus esset, ex Isthmo revocare ipsum niterentur, non jam ampliùs obtemperavit, sed in Hellespontum navigare perrexit. Ex eo *factum ut* à magistratibus Spartanis capitis damnaretur, quasi qui parere noluisset. Jam verò cùm in exilio esset, Cyrum accedit, ac cujusmodi rationibus eum sibi conciliaverit, alibi scriptum est: Cyrus autem ei daricorum decem millia donavit; quibus ille acceptis non se secordiæ dedit, sed collectis hâc pecuniâ copiis, Thracibus bellum intulit: *quos* et prælio vicit, et deinceps *res* eorum ferebat age-

a Τὴν αὑτοῦ πόλιν,] I. e. *Lacedæmoniis.* Phavor. Πόλις, καὶ ὁ τόπος, καὶ οἱ κατοικοῦντες. Exempla sunt passim obvia.

b Τοῖς ὑπὲρ Χεῤῥονήσου &c.] *Scil.* οἰκοῦσι, uti plenè scripsit p. 4.

c Οἱ Ἔφοροι] *Suidas* ad v. παρὰ Λακεδαιμονίοις τὸν ἀριθμὸν ἐ, οὓς Ἐφόρους ἐκάλουν, διὰ τὸ ἐφορᾷν τὰ τῆς πόλεως πράγματα. Magistratus erant Lacedæmoniorum eâ præditi potestate, ut etiam reges suos in vincula conjicere possent; teste *C. Nepote* in *Pausan.* sect. 3. ubi vide notata.

d Ὑπὸ τῶν &c.] *Scholiastes* ad *Thucyd.* l. 1. ferè medio: Τὰ τέλη, οἱ προάρχοντες τῶν Λακεδαιμονίων· οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι τοὺς ἄρχοντας τέλη ἐκάλουν, διὰ τὸ αὐτοὺς τὰ τέλη τοῖς πράγμασι τιθέναι.

e Ἤδη δὲ φυγὰς ὤν, &c.] Vide p. 4. et 18. et ibi notata.

f Ἔφερε, καὶ ἦγεν] Usitata est de populabundis loquendi ratio. Vide sis K. Π. p. 397. Edit. Oxon. 1727. Sic *agere* et *ferre* adhibent Latini. *Liv.* l. 40. c. 49. *Gracchus duxit ad populandum Celtiberiam legiones; et cùm ferret passim cuncta atque ageret, &c.* Ἄγειν autem et *agere* propriè de illâ dicuntur prædâ, quæ potest *agi* et *incedere*, seu de rebus animatis: φέρειν et *ferre* de inanimatis. *Phavorin.* Ἄγω καὶ ἄγομαι, κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν ἐμψύχων τάσσεται, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἀψύχων. Cæterùm, non semper violentum quid et hostile sonant ista verba. Apud Nostrum K. Π. p. 207. Edit. Oxon.

μῶν διεγένετο, μέχρις οὗ Κῦρος ἐδεήθη τοῦ στρατεύματος· τότε δ' ἀπῆλθεν, ὡς σὺν ἐκείνῳ αὖ πολεμήσων.

Ταῦτα οὖν φιλοπολέμου δοκεῖ ἀνδρὸς ἔργα εἶναι, ὅστις, [a] ἐξὸν μὲν εἰρήνην ἔχειν ἄνευ αἰσχύνης καὶ βλάβης, αἱρεῖται πολεμεῖν· ἐξὸν δὲ ῥᾳθυμεῖν, βούλεται πονεῖν ὥστε πολεμεῖν· ἐξὸν δὲ χρήματα ἔχειν ἀκινδύνως, αἱρεῖται πολεμῶν μείονα ταῦτα ποιεῖν. Ἐκεῖνος δὲ, ὥσπερ [b] εἰς παιδικὰ, ἢ εἰς ἄλλην τινὰ ἡδονὴν, ἤθελε δαπανᾷν εἰς πόλεμον· οὕτω μὲν φιλοπόλεμος ἦν. [c] Πολεμικὸς δὲ αὖ ταύτῃ εἶναι ἐδόκει, ὅτι φιλοκίνδυνός τε ἦν, καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἄγων

bátque; ac *adversùs eos* bellare perseverabat, donec Cyrus exercitu *ejus* egeret: tunc *inde* discessit, ut qui unà cum eo ad bellum profecturus esset.

Hæc igitur videntur esse opera viri ad bellum propensi, qui, cùm absque ignominiâ et detrimento pace uti possit, bellare mavult; cùm secordiæ se dare possit, labores suscipere cupit, ut bellum gerat; cùm opes possit citra periculum possidere, eas bellando comminuere mavult. Is autem, ut in amores *alii*, vel quam aliam voluptatem, *sic* in bellum sumptus libenter faciebat: adeò belli studiosus erat. Bello autem idoneus ideò etiam videbatur, quod ad pericula subeunda promptus esset, et nocte diéque in hostes duce-

1727. Armenii, Cyro se suáque oblaturi, processisse dicuntur, *καὶ φέροντες καὶ ἄγοντες εἴ τι ἕκαστος ἄξιον εἶχε.*

a Ἐξὸν μὲν &c.] Vide p. 133. n. a.

b Εἰς παιδικὰ,] *Scholiastes* ad *Thucyd.* l. 1. haud procul à fine, Τὸ *παιδικὰ, ὀξυτόνως, οὐδέτερον πληθυντικόν· τοῦτο δέ τινες ἐπὶ ἀγαθοῦ ἔρωτος, τινὲς δὲ ἐπὶ αἰσχροῦ λαμβάνουσι. Phavorin.* Παιδικὰ, *ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀῤῥένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις — ὡς δὲ ἐπιτοπολὺ, ἐπὶ τῶν ἀσελγῶς ἐρωμένων.* Hæc autem dictio (quod animadvertit *Budæus* Comm. L. G. p. 177. ubi vide exempla) ab amoribus puerorum ad honestum amorem et voluptatem inculpatam translata est: adeò ut alicujus tam res quælibet quàm homo dicatur *παιδικὰ*, quam quémve in deliciis habet.

c Πολεμικὸς] Adjectiva, quæ terminationem hanc sortita sunt, id plerumque denotant, ad quod suscipiendum perficiendúmve *subjecta* (utì loquuntur) sunt idonea, apta, propensa. Sic vox *πολεμικὸς* valet *ἱκανὸς πολεμίζειν*, propterea quòd is, de quo dicitur, non tantùm *φιλοπόλεμος ἦν*, (utì jam scripserat Auctor et suprà p. 138.) sed etiam *ὅτι φιλοκίνδυνός τε ἦν, καὶ* quæ mox leguntur. De castratis equis scribit K. Π. p. 542. Edit. Oxon. 1727. *πολεμικοὶ δὲ οὐδὲν ἧττον γίγνονται, ad res bellicas idonei.* Infrà paulò *ἀρχικὸς* similiter est *ἄρχειν ἱκανός:* quæ formula loquendi statim occurrit, ubi dicitur Clearchus *ἱκανὸς φροντίζειν — ἱκανὸς ἐμποιῆσαι* — nec multò pòst, Proxenus etiam *ἱκανὸς ἄρχειν* bis, et *ἀρχικὸς* ibidem eodem sensu dicitur. Eadem, *γνώμην ἐμὴν*, est vocis *νεωτερικὸς* 2 Tim. II. 22. ratio: ubi *νεωτερικαὶ ἐπιθυμίαι* sunt *cupiditates* (non *juveniles*, sed) *νεωτερίζειν ποιοῦσαι*, seu *εἰς νεωτερισμὸν ἄγειν ἱκαναί.* Sic ibid. v. 24. *διδακτικὸς* sonat *ἱκανὸς διδάσκειν* vel *διδάξαι*, utì loquitur Apostolus ejusdem cap. v. 2. Similiter *κοσμικαὶ ἐπιθυμίαι* Tit. II. 12. sunt *cupiditates*, quæ ad *mundana* pronos hominum animos reddunt. Et 1 Pet. II. 11. *σαρκικαὶ ἐπιθυμίαι — ad carnalia φέρουσαι.* Porrò ab *A. Gellio* l. 13. c. 26. ipsa vox *νεωτερικὸς*, in gradu compar. ad designandum adhibetur novitatis studium, cui Virgilius cùm nonnihil indulgeret, è versu quodam Homerico Latinum fecit, exemplari Græco non sanè rem parem neque similem. "Esse enim, inquit *Gellius*, videtur Homeri simplicior et sincerior. Virgilii autem *νεωτερικώτερος*, "et quodam quasi ferrumine immiso fucatior:"

ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ [a] ἐν τοῖς δεινοῖς φρόνιμος, ὡς οἱ παρόντες πανταχοῦ πάντες ὡμολόγουν. Καὶ ἀρχικὸς δὲ ἐλέγετο εἶναι, ὡς δυνατὸν, ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου, οἷον καὶ ἐκεῖνος εἶχεν. Ἱκανὸς μὲν γὰρ, [b] ὥς τις καὶ ἄλλος, φροντίζειν ἦν, ὅπως ἕξει ἡ στρατιὰ αὐτοῦ τὰ ἐπιτήδεια, καὶ παρασκευάζειν ταῦτα· ἱκανὸς δὲ καὶ ἐμποιῆσαι τοῖς παροῦσιν, ὡς οὐκ [c] ἀπιστέον εἴη Κλεάρχῳ. Τοῦτο δὲ ἐποίει ἐκ τοῦ χαλεπὸς εἶναι. Καὶ γὰρ ὁρᾷν στυγνὸς ἦν, καὶ τῇ φωνῇ τραχύς· [d] ἐκόλαζέ τε αἰεὶ ἰσχυρῶς, καὶ ὀργῇ ἐνίοτε, ὥστε καὶ αὐτῷ μεταμέλειν ἔσθ' ὅτε. Καὶ γνώμῃ δὲ ἐκόλαζεν· [e] ἀκολάστου γὰρ στρατεύματος οὐδὲν ἡγεῖτο ὄφε-

ret, ac in rebus formidolosis prudens esset, quemadmodum ii, qui *ipsi* aderant, ubique omnes fassi sunt. Præterea ad imperitandum aptus esse dicebatur, ut potuit, pro ejusmodi, quo præditus erat, ingenio. Nam si quis alius, *rationem* inire, quomodo exercitus ejus à commeatu instructus esset, ac eundem comparare poterat: quin et eorum, *ipsi* qui aderant, *animis hoc* indere poterat, Clearchi imperium minimè detrectandum esse. Atque hoc duritiâ suâ efficiebat. Nam et aspectu tetricus erat, et voce asper: semper etiam severè castigabat, et *quidem* irâ interdum *concitus*, adeò ut etiam *severitatis* pœniteret eum nonnunquam. Sed certo etiam puniebat consilio: nam

Ταῦρον δ' Ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι,
Il. λ'. v. 727.

Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo:
Æneïd. l. 3. v. 119.

Noluit utique Maro verbum verbo (quod munus fidi postulat interpretis) reddere; sed de suo novi aliquid ingenio depromendum censuit, poëtæ ut honori velificaretur. Poëtico autem more Apollinem suum mentione pulchritudinis illatâ cohonestavit: nam apud poëtas *pulchra* passim adpellantur numina.

a Ἐν τοῖς δεινοῖς] Vide p. 115. n. d. In his autem φρόνιμος esse τοῦ πολεμικοῦ ἦν. Ὃν γὰρ, inquit Noster K. Π. p. 82. Edit. Oxon. 1727. ἂν ἡγήσωνται περὶ τοῦ συμφέροντος ἑαυτοῖς φρονιμώτερον ἑαυτῶν εἶναι, τούτῳ οἱ ἄνθρωποι ὑπερηδέως πείθονται.

b Ὥς τις καὶ] MS. Eton. et veteres quædam edit. ὡς εἴ τις καὶ &c. Sed nil mutandum: Sic enim suprà p. 23, 24.—ἄρχεσθαι ἐπίσταμαι, ὥς τις καὶ ἄλλος &c. Ibid. pro ὡς δυνατὸν, quæ modò præcesserunt et sæpiùs alibi leguntur, adhibet ᾗ δυνατὸν, addito superlativo μάλιστα, i. e. *quàm maximè fieri possit, pro viribus &c.*

c Ἀπιστέον] Edit. quædam veteres et MS. Eton. dant ὡς ἀπιστέον: *Steph.* ὡς οὐκ ἀπιστητέον. Rectè quidem addita est particula negativa; sed ἀπιστέον in ἀπιστητέον mutatum nollem. *Hesych.* Ἀπιστεῖ, ἀπειθεῖ—Ἄπιστος, ἀπειθής: cui accedunt *Phavorin.* et *Suidas.* Infrà paulò Noster p. 144. ἀπιστεῖν adhibet pro ἀπειθεῖν: et K. Π. p. 114. Edit. Oxon. 1727. εὐπιστότατος pro εὐπειστότατος, ubi vide notata.

d Ἐκόλαζέ τε αἰεὶ &c.] *Muretus* totum hunc locum ità legendum ac interpungendum putat, ἐκόλαζέ τε αἰεὶ ἰσχυρῶς καὶ ὀργῇ ἐνίοτε, ὥστε καὶ αὐτῷ μεταμέλειν· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ γνώμῃ· ἀκολάστου γὰρ &c. Rectè quidem ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ γνώμῃ opponuntur præcedentibus ὀργῇ ἐνίοτε: sed verbum ἐκόλαζεν retinendum etiam in posteriore loco videtur, cùm eadem Noster soleat iterare. Vide p. 84. n. d. MS. Eton. et libri editi lectionem sanè vulgatam tuentur; nec est, opinor, cur eam deseramus, aut ἔσθ' ὅτε in initio potiùs posterioris periodi partis, quàm in fine prioris collocemus. Sic enim *Ælian.* H. V. l. 4. c. 11.—αἴσπερ οὖν ἐχρῆτο Σωκράτης ἔστιν ὅτε.

e Ἀκολάστου γὰρ &c.]

λος εἶναι. Ἀλλὰ καὶ λέγειν αὐτὸν ἔφασαν, ὡς δέοι τὸν στρατιώτην φοβεῖσθαι μᾶλλον τὸν ἄρχοντα ἢ τοὺς πολεμίους, εἰ μέλλοι ἢ [a] φυλακὰς φυλάξειν, ἢ φίλων [b] ἀφέξεσθαι, ἢ ἀπροφασίστως ἰέναι πρὸς τοὺς πολεμίους. [c] Ἐν μὲν οὖν τοῖς δεινοῖς ἤθελον αὐτοῦ ἀκούειν σφόδρα, καὶ οὐκ ἄλλον ᾑροῦντο οἱ στρατιῶται. [d] Καὶ γὰρ τὸ στυγνὸν τότε φαιδρὸν αὐτοῦ ἐν τοῖς προσώποις ἔφασαν φαίνεσθαι, καὶ τὸ χαλεπὸν, ἐρρωμένον πρὸς τοὺς πολεμίους ἐδόκει εἶναι· ὥστε σωτήριον καὶ οὐκέτι χαλεπὸν ἐφαίνετο. Ὅτε δ' [e] ἔξω τοῦ δεινοῦ γένοιντο, καὶ ἐξείη πρὸς ἄλλους [f] ἀρχομένους ἀπιέναι, πολλοὶ αὐτὸν ἀπέλειπον· τὸ γὰρ ἐπίχαρι οὐκ εἶχεν, ἀλλὰ ἀεὶ χαλεπὸς καὶ ὠμὸς ἦν· ὥστε διέκειντο πρὸς αὐτὸν οἱ στρατιῶται ὥσπερ παῖδες πρὸς διδάσκαλον· καὶ γὰρ

exercitûs impuniti nullum esse putabat usum. Quin dicere *solitum* eum aiebant, militem metuere magìs imperatorem debere quàm hostes, si *quidem* vel excubias *rectè* sit acturus, vel abstinenter erga amicos se gesturus, vel sine recusatione in hostes perrecturus. Ac in formidolosis quidem rebus eum libentissimè audiebant, neque *quemquam* alium *ei* anteponebant milites. Nam acerbam illam severitatem tunc hilaritatis speciem in ejus vultu præferre aiebant, et duritia robur *animi* videbatur esse adversùs hostes *confirmati:* adeò ut salutare *quiddam* nec jam ampliùs durum videretur. Verùm ubi periculo liberati essent, et ad alios duces abire liceret, multi eum relinquebant: nam urbanitas in eo nulla erat, sed durus semper ac sævus erat; adeò ut milites in eum animati essent, quemadmodùm pueri in magistrum: atque adeò nunquam ipsum qui præ amicitiâ et benevolentiâ

—— ἐν γὰρ μυρίῳ στρατεύματι
Ἀκόλαστος ὄχλος ——
Κρείσσων πυρός· κακὸς δ' ὁ μή τι δρῶν κακόν.

Eurip. Hec. v. 604 et seq.

a Φυλακὰς φυλάξειν,] Sic Luc. II. 8.— καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς &c. *Dinarch.* adv. *Demosth.* p. 91. Ἐγὼ πολλὰς ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα πρεσβείας. Vide suprà p. 23. n. d.

b Ἀφέξεσθαι, ἢ ἀπροφασίστως] Sic rescripsi ex MSto Eton. *Mureto* et *Leunclavio* adprobantibus. Perperam editiones aliæ dant μὴ ἀπροφασίστως, et ἢ μὴ ἀπροφασίστως &c.

c Ἐν μὲν οὖν τοῖς δεινοῖς] Vide suprà p. 141. n. a.

d Καὶ γὰρ τὸ στυγνὸν τότε &c.] *Plutarch.* in libello Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου, p. 69. scribit, ὥσπερ τοῦ Κλεάρχου τὸ πρόσωπον ὁ Ξενοφῶν ἐν ταῖς μάχαις καὶ περὶ τὰ δεινὰ φησὶν ὁρώμενον εὐμενὲς καὶ φιλάνθρωπον, εὐθαρσεστέρους ἐποίει τοὺς κινδυνεύοντας. Quæ *Stephanus* etiam citavit verba.

e Ἔξω τοῦ δεινοῦ] Confer suprà dicta p. 115. n. d.

f Ἀρχομένους] Reponendum videtur ἀρχομένοις· nam participium hoc passim denotat ὑπηκόους vel στρατιώτας. Sic mox infrà—ᾐσχύνετο μᾶλλον τοὺς στρατιώτας, ἢ οἱ ἀρχόμενοι ἐκεῖνον— Et similiter K. II. p. 70. 107. 113. 548. 550. Edit. Oxon. 1727. et alibi sæpè. Sensus itaque idem erit, ac si scripsisset, καὶ ἐξείη τοῖς στρατιώταις πρὸς ἄλλους (*scil.* στρατηγοὺς) ἀπιέναι: nam vocibus στρατιῶται, et ἀρχόμενοι paulò pòst promiscuè utitur.

οὖν φιλίᾳ μὲν καὶ εὐνοίᾳ ἑπομένους οὐδέποτ' εἶχεν· οἵτινες δὲ ἢ ὑπὸ πόλεως τεταγμένοι, ἢ ὑπὸ τοῦ δεῖσθαι, ἢ ἄλλῃ τινὶ ἀνάγκῃ κατεχόμενοι παρείησαν αὐτῷ, σφόδρα πειθομένοις ἐχρῆτο. Ἐπειδὴ δὲ καὶ [a] ἤρξαντο νικᾷν σὺν αὐτῷ τοὺς πολεμίους, μεγάλα ἤδη ἦν τὰ χρησίμους ποιοῦντα εἶναι τοὺς σὺν αὐτῷ στρατιώτας· τό, τε γὰρ πρὸς τοὺς πολεμίους θαῤῥαλέως ἔχειν παρῆν, καὶ τὸ τὴν παρ' ἐκείνου τιμωρίαν φοβεῖσθαι, αὐτοὺς εὐτάκτους ἐποίει. Τοιοῦτος μὲν δὴ ἄρχων ἦν· ἄρχεσθαι δ' ὑπὸ ἄλλων οὐ μάλα ἐθέλειν ἐλέγετο. Ἦν δέ, ὅτε ἐτελεύτα, ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη.

Πρόξενος δὲ ὁ Βοιώτιος, εὐθὺς μὲν μειράκιον ὤν, ἐπεθύμει, γενέσθαι ἀνὴρ τὰ μεγάλα πράττειν ἱκανός· καὶ διὰ ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν ἔδωκε [b] Γοργίᾳ ἀργύριον τῷ Λεοντίνῳ. Ἐπεὶ δὲ συνεγένετο ἐκείνῳ, ἱκανὸς ἤδη νομίσας εἶναι καὶ ἄρχειν, καὶ φίλος ὢν τοῖς πρώτοις, μὴ ἡττᾶσθαι εὐεργετῶν, ἦλθεν εἰς ταύτας τὰς σὺν Κύρῳ [c] πράξεις· καὶ

sequerentur, habuit; qui autem vel à civitate designati, vel egestate adducti, vel aliâ quâdam necessitate adstricti ipsi aderant, *his* admodùm dicto audientibus utebatur. Posteaquam verò hostes *unà* cum ipsó vincere cœperunt, jam *indè* haud levia *quædam* erant, quæ milites ejus *ad rem bellicam* utiles redderent: nam et adversùs hostes audacter se gerendi aderat occasio, et quòd ab illo metuerent supplicia, *id verò* ordinis eos observantes reddebat. Hujusmodi quidem *Clearchus* erat imperator: verùm aliorum imperio non valdè libenter parere ferebatur. Annos, cùm *vitam* finiret, circiter quinquaginta habuit.

Proxenus autem Bœotius jam ab ineunte adolescentiâ eum se evadere cupiebat, qui magnis rebus gerendis idoneus esset; atque isti obsequutus cupiditati Gorgiæ Leontino dedit argentum. Hujus ubi consuetudine usus esset, se jam idoneum ratus qui *in alios* imperium obtineret, ac, si amicus principibus esset *viris*, beneficiis tribuendis minimè vinceretur, ad res hasce

a Ἤρξαντο νικᾷν] Vide K. Π. p. 5. n. 3. Edit. Oxon. 1727.

a Ἴσως δέ τοι καὶ &c.] Sonat hìc adverbium illud, *omnino*, *prorsus*, *certé*. Monuit etiam *Stephanus* in Thes. L. G. ἴσως adhiberi quibusdam locis, ubi de re minimè dubiâ agitur; adeò ut addi videatur ad loquendum modestiús. *Constantinus* in exemplum etiam istius significationis adducit verba hæc *Aristotelis:* (rectè an secus, judicent lectores) ἡ γὰρ ποιητικὴ ἴσως οὐ ταπεινὴ, ἀλλ' οὐ πρέπουσα λόγῳ: quæ reperiuntur l. 3. *rhetor.* c. 2. In hunc certè locum Xenophontéum, stilíque adeò Xenophontéi modestiam, optimè quadrat ista vocis interpretatio. In eandem enim Noster loquutus est sententiam Κ. Π. p. 70. Edit. Oxon. 1727. — οὒς, ἔφη, ἐγὼ αἰσθάνομαι — ἡγουμένους, δεῖν τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων διαφέρειν τῷ καὶ πολυτελέστερον δειπνεῖν, καὶ πλέον ἔνδον ἔχειν χρυσίον, — Ἐγὼ δὲ οἶμαι, ἔφη, τὸν ἄρχοντα οὐ τῷ ῥᾳδιουργεῖν χρῆναι διαφέρειν τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ τῷ προνοεῖν τε καὶ φιλοπονεῖν προθυμούμενον. Lege etiam Κ. Π. p. 85. 550. Edit. ejusd. Quin et *Plutarchus* T. 2. p. 172. hoc Cyro tribuit apophthegma, *scil.* ἄρχειν μηδενὶ προσήκειν, ὃς οὐ κρείττων ἐστὶ τῶν ἀρχομένων. Sententiam itaque suam Xenophon, tanquam *omnino* et *haud dubiè* (non *fortasse*) veram, opinor, hìc loci protulit. Eodem sensu adhibuit adverbium illud *Ælian.* H. V. l. 11. c. 8. ubi vide quæ notavit Cl. *Ab. Gronovius:* nec alium ei tribuendum esse Luc. XX. 13. coll. cum Matth. XXI. 37. notavit vir eruditus *J. Elsner*.

b Προβουλεύειν &c.] Κ. Π. p. 650. Edit. Oxon. 1727. valet *consilio providere*, *consilii principem esse*. Ἑλληνικ. Ἱστορ. l. 1. haud ità longè à fine: ἔδοξε δὲ ἀναβαλέσθαι ἐς ἑτέραν ἐκκλησίαν· — τὴν δὲ βουλὴν προβουλεύσασαν εἰσενεγκεῖν ὅτῳ τρόπῳ &c. ubi verbum idem sonat *priùs deliberare*. Similiter *Thucyd.* l. 8. sub init. — οἵτινες περὶ τῶν παρόντων, ὡς ἂν καιρὸς ᾖ, προβουλεύσουσι. ubi hæc Interpres: περὶ τῶν παρόντων πραγμάτων βουλεύσουσι πρὸ τοῦ ταῦτα πρὸς τὰς ἄλλας ἀρχὰς, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν δῆμον — ἀναφέρεσθαι — ἐκ δὲ τοῦ προβουλεύειν οὗτοι πρόβουλοι ἐκαλοῦντο. *Aristoph.* Ἱππ. v. 1339.

Καὶ κήδομαί σου, καὶ προβουλεύω μόνος.

ubi eadem est structura, mens eadem verbi προβουλεύειν atque in hoc loco Xenophontéo, *citeri* scil. *prospicere*, *aliús causâ consilium capere*. Porrò, duplici itidem sensu verbum προπονεῖν apud Nostrum occurrit. *Memorab.* l. 4. ferè medio, τὰ προπεπονημένα denotat studia *priùs culta*, *quæ anteà labore acquisita sunt*. Apud Eund. in *Hierone* prope fin. προπονεῖν est *pro aliis labores subire*, quo etiam sensu hìc accipi debet. Lege Κ. Π. p. 85. Edit. ejusd.

" προπονεῖν, ἤν που δέῃ. Καὶ νῦν πρῶτον μὲν οἶμαι ἂν
" ὑμᾶς μέγα ὀνῆσαι τὸ στράτευμα, εἰ ἐπιμεληθείητε ὅπως
" ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων ὡς τάχιστα στρατηγοὶ καὶ λοχα-
" γοὶ καταστάθῶσιν. [a] Ἄνευ γὰρ ἀρχόντων οὐδὲν ἂν οὔτε
" καλὸν οὔτε ἀγαθὸν γένοιτο, ὡς μὲν [b] συνελόντι εἰπεῖν, οὐ-
" δαμοῦ· ἐν δὲ δὴ τοῖς πολεμικοῖς, παντάπασιν. [c] Ἡ μὲν
" γὰρ εὐταξία σώζειν δοκεῖ, ἡ δὲ ἀταξία πολλοὺς ἤδη ἀπο-
" λώλεκεν. Ἐπειδὰν δὲ καταστήσησθε τοὺς ἄρχοντας,
" ὅσους δεῖ, καὶ ἢν τοὺς ἄλλους στρατιώτας συλλέγητε καὶ
" παραθαῤῥύνητε, οἶμαι ὑμᾶς πάνυ ἂν [d] ἐν καιρῷ ποιῆσαι.
" Νῦν μὲν γὰρ [e] ἴσως καὶ ὑμεῖς αἰσθάνεσθε, [f] ὡς ἀθύμως
" μὲν ἦλθον ἐπὶ τὰ ὅπλα, ἀθύμως δὲ πρὸς τὰς φυλακάς·
" ὥστε οὕτω γε ἐχόντων, οὐκ οἶδα [g] ὅ, τι ἄν τις χρήσαιτο
" αὐτοῖς, εἴ τε νυκτὸς δέοι τι, εἴ τε καὶ ἡμέρας. Ἢν δέ
" τις αὐτῶν τρέψῃ τὰς γνώμας, ὡς μὴ τοῦτο μόνον ἐννοῶν-
" ται, τί πείσονται, ἀλλὰ καὶ τί ποιήσουσι, πολὺ εὐθυμό-
" τεροι ἔσονται. Ἐπίστασθε γὰρ δήπου [h] ὅτι οὔτε πλῆθος

" et pro iis consilia capere et labores subire, sicubi usus postulet. Et jam
" primùm arbitror magnam vos exercitui utilitatem adlaturos, si curaveritis
" ut pro iis qui perierunt duces ac præfecti cohortium quamprimùm substi-
" tuantur. Nam absque imperatoribus nihil neque præclarum neque utile
" geri possit, ut summatim dicam, usquam; et bellicis certè in rebus, in pri-
" mis. Etenim ordinis conservatio salutem dare videtur, ordinis perturbatio
" jam multos perdidit. Ubi verò *tot* constitueritis imperatores, quot oportet,
" admodùm vos opportunè *hoc* facturos arbitror, si cæteros etiam collegeritis
" milites et confirmaveritis. Jam enim vos etiam haud dubiè animadvertitis,
" quàm demissis animis ad arma venerint, anxiéque *adeò* ad excubias: adeò
" ut, si ità se sanè habeant, haud sciam quâ in re eorum uti quisquam possit
" operâ, sive noctu quid seu die *fieri* oporteat. Quòd si quis eorum flexerit
" animos, ut non solùm cogitent quid passuri sint, verùm etiam quid facturi,
" multò alacriores erunt. Scitis enim, opinor, neque multitudinem esse, ne-

a Ἄνευ γὰρ ἀρχόντων &c.] Vide suprà p. 55. n. c.

b Συνελόντι] *Hesych.* et *Phavor.* Συνελόντι φάναι, συντόμως λέγειν ἢ εἰπεῖν.

c Ἡ μὲν γὰρ εὐταξία &c.] Adi Κ. Π. p. 553. 625. Edit. Oxon. 1727. et de usu verbi δοκεῖν Κ. Π. p. 6. edit. ejusd. Itidem δοκῶ 1 Cor. VII. 40. non Apostoli *dubitantis* est, sed planè *adfirmantis* sese θεόπνευστον esse. Eodem sensu ponitur cap. IV. v. 9. ejusd. epist.

d Ἐν καιρῷ ποιῆσαι.] Est *agere ex usu temporis.* Rationem reddit in sequentibus. Frustrà *Stephanus*, et contra librorum omnium fidem, pro ποιῆσαι reponendum autumat πονῆσαι.

e Ἴσως] Utuntur hâc voce LXX. pro אך, *certè*, *utique*, *profectò*, 1 Reg. XXV. 21. Jerem. V. 4. Vide quæ scripta sunt p. 162. n. a.

f Ὡς ἀθύμως μὲν ἦλθον &c.] Lege p. 150.

g Ὅ, τι ἂν τις χρήσαιτο] Vide sis p. 97. n. c.

h Ὅτι οὔτε πλῆθός ἐστιν, &c.] Confer

"ἐστιν, οὔτε ἰσχὺς ἡ ἐν τῷ πολέμῳ τὰς νίκας ποιοῦσα· ἀλλ' ὁπότεροι ἂν σὺν τοῖς θεοῖς ταῖς ψυχαῖς ἐῤῥωμενέστεροι ἴωσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, τούτους ὡς ἐπιτοπολὺ οἱ ἐναντίοι οὐ δέχονται. Ἐντεθύμημαι δ' ἔγωγε, ὦ ἄνδρες, καὶ τοῦτο ὅτι [a] ὁπόσοι μὲν μαστεύουσι ζῆν ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οὗτοι κακῶς τε καὶ αἰσχρῶς ὡς [b] ἐπιτοπολὺ ἀποθνήσκουσιν· ὁπόσοι δὲ τὸν μὲν θάνατον ἔγνωσαν πᾶσι κοινὸν εἶναι καὶ ἀναγκαῖον ἀνθρώποις, περὶ δὲ τοῦ καλῶς ἀποθνήσκειν ἀγωνίζονται, τούτους ὁρῶ μᾶλλόν πως εἰς τὸ γῆρας ἀφικνουμένους, καὶ, ἕως ἂν ζῶσιν, εὐδαιμονέστερον διάγοντας. Ἃ καὶ ἡμᾶς δεῖ νῦν καταμαθόντας ([c] ἐν τοιούτῳ γὰρ καιρῷ ἐσμὲν) αὐτούς τε ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν." Ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν, ἐπαύσατο·

Μετὰ τοῦτον δ' εἶπε Χειρίσοφος, Ἀλλὰ πρόσθεν μὲν, ὦ Ξενοφῶν, τοσοῦτον μόνον σε ἐγίγνωσκον, ὅσον ἤκουον Ἀθηναῖον εἶναι· νῦν δὲ καὶ ἐπαινῶ σε ἐφ' οἷς λέγεις τε καὶ πράττεις, καὶ βουλοίμην ἂν [d] ὁτιπλείστους εἶναι τοιούτους· κοινὸν

"que robur quod in bello victorias parit: sed eorum, qui diis juvantibus in hostes firmioribus invadunt animis, plerumque impetum non excipiunt adversarii. Hoc equidem, viri, etiam in animo versare soleo, quicunque quovis modo in militiâ vivere quærunt, eos ignavè turpitérque ut plurimùm mori: qui verò mortem hominibus communem omnibus ac necessariam statuêre, déque eo *in primis* certant, ut præclarè mortem obeant, eos video magìs ad senectutem pervenire, ac, quamdiu vivunt, majore frui felicitate. Quæ nos etiam ubi animadverterimus oportet (nam ità nobis *jam* tempus est, *id ut exigat)* cùm ipsos viros esse fortes, tum alios cohortari:" Hæc ille loquutus, finem fecit:

Ac post eum Cherisophus, Equidem antehac, inquit, ità solùm te nôram, Xenophon, quòd Atheniensem esse audîeram: nunc et orationem et facta tua laudo, ac tales quàm plurimos esse velim: nam ex bono esset publico. Nunc

omnino Psal. XXXIII. 16. XLIV. 3. 6. Lege suprà p. 157.

a Ὁπόσοι μὲν μαστεύουσι &c.] Κ. Π. p. 226. Edit. Oxon. 1727. Μωρὸς δὲ καὶ εἴ τις ζῆν βουλόμενος φεύγειν &c. ubi vide n. 2. et Cl. *Cortii* notas ad *Sallust.* Catil. c. 58. p. 374. et Jug. c. 87. necnon Κ. Π. p. 476. Edit. ejusd. Cæterùm verbo illo ποιητικωτέρῳ sæpiùs usus est Xenophon: Κ. Π. p. 131. Edit. ejusd. ὃς παντὶ μαστεύει &c. Κ. Α. lib. v. alibi.

b Ἐπιτοπολὺ] Sic rescripsi ex MSto Eton. Vulgò, ὡς ἐπιπολὺ, quod eodem etiam sensu nonnunquam legitur. Suprà modò, τούτους ὡς ἐπιτοπολὺ &c. De scripturæ ratione cònsule p. 50. n. c.

c Ἐν τοιούτῳ γὰρ καιρῷ] Quod ἐλλειπτικῶς expressit Κ. Π. p. 258. Edit. Oxon. 1727. ἐν τούτῳ ἐσμὲν — Sic Latinis *tempus* est *rerum status* sive *conditio.* Vide modò scripta p. 161. n. h.

d Ὁτιπλείστους] Hanc scripturæ rati-

γὰρ ἂν εἴη τὸ ἀγαθόν. Καὶ νῦν, ἔφη, [a] μὴ μέλλωμεν, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ἀπελθόντες ἤδη αἱρεῖσθε οἱ δεόμενοι ἄρχοντας, καὶ ἑλόμενοι ἥκετε εἰς τὸ μέσον τοῦ στρατοπέδου, καὶ τοὺς αἱρεθέντας ἄγετε· ἔπειτα ἐκεῖ [b] συγκαλοῦμεν τοὺς ἄλλους στρατιώτας· παρέστω δ' ἡμῖν, ἔφη, [c] καὶ Τολμίδης ὁ κήρυξ. Καὶ ἅμα ταῦτα εἰπὼν ἀνέστη, ὡς μὴ μέλλοιτο, ἀλλὰ περαίνοιτο τὰ δέοντα. Ἐκ τούτου ᾑρέθησαν ἄρχοντες, ἀντὶ μὲν Κλεάρχου Τιμασίων Δαρδανεύς, ἀντὶ δὲ Σωκράτους Ξανθικλῆς Ἀχαιός, [d] ἀντὶ δὲ Ἀγίου Ἀρκάδος Κλεάνωρ Ὀρχομένιος, ἀντὶ δὲ Μένωνος Φιλήσιος Ἀχαιὸς ἀντὶ δὲ Προξένου Ξενοφῶν Ἀθηναῖος.

Ἐπεὶ δὲ ᾕρηντο, ἡμέρα τε σχεδὸν ὑπέφαινε, καὶ εἰς τὸ μέσον ἧκον οἱ ἄρχοντες, ἔδοξεν αὐτοῖς, [e] προφύλακας καταστήσαντας, συγκαλεῖν τοὺς στρατιώτας. Ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι στρατιῶται συνῆλθον, ἀνέστη πρῶτον μὲν Χειρίσοφος ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ ἔλεξεν ὧδε· "Ὦ ἄνδρες στρατι-" ῶται, χαλεπὰ μὲν τὰ παρόντα, ὁπότε ἀνδρῶν στρατηγῶν

igitur, viri, nè cessemus, ait; sed confestim *hinc* digressi imperatores, quibus opus est, deligite; ac ubi delegeritis, media in castra venite, et delectos adducite; deinde milites cæteros illuc advocabimus: adsit etiam nobis Tolmides præco. Hæc ubi dixisset, surrexit, ut nè qua interponeretur mora, sed *quamprimùm* perficerentur quæ fieri oportuit. Deinde lecti sunt imperatores, pro Clearcho, Timasion Dardanius; pro Socrate, Xanthicles Achæus; pro Agiâ Arcade, Cleanor Orchomenius; pro Menone, Philesius Achæus; pro Proxeno, Xenophon Atheniensis.

Cùm autem legerentur *illi*, ac dies prope *jam* illucesceret, imperatorésque in medium prodirent, visum est ipsis, collocatis *ante castra* excubiis, milites convocare. Et ubi cæteri etiam convenissent milites, surrexit primùm Cherisophus Lacedæmonius, et hunc in modum verba fecit: "Difficilis est, mi-" lites, rerum præsentium status, cùm ejusmodi ducibus et cohortium præfec-

onem sequitur *Stephanus:* Alii ὅτι πλείστους, divisim. Vide jam notata ad ἐπιπολὺ p. præced.

a Μὴ μέλλωμεν,] MS. Eton. et editi quidam καὶ νῦν, ἔφη, καὶ μέλλωμεν: quomodo legisse videtur *Amasæus;* quippe qui locum sic vertit, *Adhuc, inquit, cunctamur, viri?* Lectionem editionum *Steph.* et *Leunclav.* sequimur. De partic. Καὶ νῦν, *nunc igitur*, vide p. 86. n. b.

b Συγκαλοῦμεν] *Stephanus* legendum arbitratur συγκαλῶμεν vel συγκαλέσομεν: rectè quidem; nisi fortè præsens pro futuro ponitur: quâ de temporum permutatione consule p. 42. n. d. et p. 21. n. c.

c Καὶ Τολμίδης &c.] De quo suprà p. 107.

d Ἀντὶ δὲ Ἀγίου &c.] MS. Eton. et editi quidam, ἀντὶ δὲ Ἀγίου, Κλεάνωρ Ἀρκάς. Sed rectiùs editiones *Steph.* et *Leunclav.* receptam exhibent lectionem. Paulò post occurrit iterum Κλεάνωρ Ὀρχομένιος, ubi nulla est inter libros dissensio.

e Προφύλακας] Adi p. 108. n. b.

"τοιούτων στερόμεθα, [a] καὶ λοχαγῶν καὶ στρατιωτῶν· πρὸς
"δ' ἔτι, καὶ [b] οἱ ἀμφὶ Ἀριαῖον, οἱ πρόσθεν σύμμαχοι ὄντες,
"προδεδώκασιν ἡμᾶς. Ὅμως δὲ δεῖ ἐκ τῶν παρόντων ἄν-
"δρας ἀγαθούς τε ἐλθεῖν, καὶ μὴ ὑφίεσθαι, ἀλλὰ πειρᾶσ-
"θαι ὅπως, ἢν μὲν δυνώμεθα, καλῶς νικῶντες σωζώμεθα· εἰ
"δὲ μὴ, ἀλλὰ καλῶς γε ἀποθνήσκωμεν, ὑποχείριοι δὲ μή-
"ποτε γενώμεθα ζῶντες τοῖς πολεμίοις. Οἶμαι γὰρ ἂν
"ἡμᾶς τοιαῦτα παθεῖν, οἷα τοὺς ἐχθροὺς οἱ θεοὶ ποιήσειαν."

Ἐπὶ τούτῳ Κλεάνωρ Ὀρχομένιος ἀνέστη, καὶ ἔλεξεν ὧδε·
"Ἀλλ' ὁρᾶτε μὲν, ὦ ἄνδρες, τὴν βασιλέως ἐπιορκίαν καὶ
"ἀσέβειαν· ὁρᾶτε δὲ τὴν Τισσαφέρνους ἀπιστίαν, ὅστις λέ-
"γων [c] ὡς γείτων τε εἴη τῆς Ἑλλάδος, καὶ περὶ πλείστου
"ἂν ποιήσαιτο σῶσαι ἡμᾶς· [d] καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτὸς ὀμόσας
"ἡμῖν, αὐτὸς δεξιὰς δοὺς, αὐτὸς ἐξαπατήσας, συνέλαβε τοὺς
"στρατηγούς· καὶ οὐδὲ [e] Δία Ξένιον ᾐδέσθη, ἀλλὰ Κλεάρχῳ

"tis et militibus orbati simus: præterea, Ariæi copiæ, quæ *nobis* antea soci-
"etate conjunctæ erant, nos deseruerunt. Attamen è præsenti rerum statu
"viros fortes prodire *nos* oportet, nec remissis esse animis, sed eniti ut, si
"quidem poterimus, præclarè vincendo salutem consequamur: sin autem,
"saltem præclare mortem obeamus, ac nunquam hostium in manus vivi in-
"cidamus. Etenim ea nos perpessuros arbitror, quæ in hostes dii vertant."

Post hunc Cleanor Orchomenius surrexit, atque in hunc modum verba
fecit: "Videtis certè, viri, perjurium regis et impietatem: videtis etiam Tis-
"saphernis perfidiam, qui cùm se vicinum esse Græciæ diceret, in primísque
"*adeò id* velle, ut nos *in Græciam* incolumes deduceret; atque insuper
"ipse dato nobis jurejurando, ipse datâ dextrâ, ipse fraude adhibitâ, duces
"comprehendit: et nè Jovem quidem Hospitalem reveritus est, sed Clear-

a Καὶ λοχαγῶν] Utramque vocem perperam omisit *Leunclavius:* omisit alius quidam, qui vestigiis ejus etiam errabundis nunquam non insistit. Retinent MS. Eton. et editiones *Steph.* et *Ald.* et stilus postulat Xenophontéus. p. 149. Ἐπεὶ δὲ οἵ τε στρατηγοὶ συνειλημμένοι ἦσαν, καὶ τῶν λοχαγῶν καὶ στρατιωτῶν οἱ &c. p. 163. ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων ὡς τάχιστα στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ καταστάθῶσιν.

b Οἱ ἀμφὶ Ἀριαῖον] p. 118. n. a.

c Ὡς γείτων τε &c.] Lege p. 113. De ellipsi in σῶσαι vide p. 117. n. a.

d Καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτὸς &c.] Alio atque alio sensu sumuntur ἐπὶ τούτοις, *scil. præterea: post hæc: propter illa.* Exempla sunt passim obvia. Vide p. 117. Cæterùm, hujusmodi repetitionem pronominis αὐτὸς apud *Athenagoram* Πρεσβ. περὶ Χριστ. p. 25. edit. *Steph.* notavit *Stephanus* ex *Æschylo* citatam:

Ὁ δ' αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρὼν,
Αὐτὸς τάδ' εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανὼν
Τὸν παῖδα τὸν ἐμόν. ——

Schema autem ἐπαναφορὰ ἴσως εἴρηται, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν λέξιν (verba sunt *Demetr. Phal.* de elocut. p. 154.) ἐπαναφέρεσθαι ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀρχήν. Eund. vide sis ad p. 45. et Auctor. ad *Herenn.* l. 4. c. 13.

e Δία Ξένιον] Acerrimum violatorum hospitum vindicem: de quo canit *Virgil.* Æneïd. l. 1. v. 735.

" [a] καὶ ὁμοτράπεζος γινόμενος, αὐτοῖς τούτοις ἐξαπατήσας " τοὺς ἄνδρας ἀπολώλεκεν. [b] Ἀριαῖος δὲ, ὃν ἡμεῖς ἠθέ- " λομεν βασιλέα καθιστάναι, καὶ ἐδώκαμεν καὶ ἐλάβομεν " πιστὰ, μὴ προδώσειν ἀλλήλους, καὶ οὗτος οὔτε τοὺς θε- " οὺς δείσας, οὔτε Κῦρον τὸν τεθνηκότα αἰδεσθεὶς, τιμώ- " μενος μάλιστα ὑπὸ Κύρου ζῶντος, νῦν πρὸς τοὺς ἐκείνου " ἐχθίστους ἀποστὰς, ἡμᾶς τοὺς Κύρου φίλους κακῶς ποι- " εῖν πειρᾶται. Ἀλλὰ τούτους μὲν οἱ θεοὶ ἀποτίσαιντο· " ἡμᾶς δὲ δεῖ ταῦτα ὁρῶντας, μήποτε ἐξαπατηθῆναι ἔτι " ὑπὸ τούτων, ἀλλὰ μαχομένους ὡς ἂν δυνώμεθα κράτισ- " τα, τοῦτο, ὅ, τι ἂν δοκῇ τοῖς θεοῖς, πάσχειν."

Ἐκ τούτου Ξενοφῶν ἀνίσταται, [c] ἐσταλμένος εἰς πόλεμον ὡς ἐδύνατο κάλλιστα· νομίζων, εἴ τε νίκην διδοῖεν οἱ θεοὶ, τὸν κάλλιστον κόσμον τῷ νικᾷν πρέπειν· [d] εἴ τε τελεύ-

" cho etiam cùm fuerit in mensâ particeps, viros his ipsis *artibus* deceptos " perdidit. Quin Ariæus, quem nos regem constituere voluimus, fidésque " *adeò* hinc indè data erat, de nobis mutuò non deserendis, etiam hic ne- " que deos veritus, neque Cyrum mortuum reveritus, à Cyro quamvis, dum " viveret, maximis fuisset honoribus ornatus, ad *homines* illi infestissimos " jam defecit, ac nos Cyri amicos injuriis adficere conatur. Verùm hos dii " ulciscantur: nos autem, hæc cùm videamus, *cavere* oportet, nè ab iis am- " pliùs decipiamur, sed ubi quàm *quidem* poterimus fortissimè dimicaveri- " mus, quidquid diis visum fuerit, id ferre."

Dein surgit Xenophon, ad pugnam quàm potuit elegantissimè ornatus: existimabat enim, sive dii victoriam darent, ornatum pulcherrimum victoriæ convenire: sive moriendum esset, par esse utì, se elegantissimo cultu dig-

(— *hospitibus nam te dare jura loquuntur*)

Ea utique erat apud Græcos veteres Romanósque hospitalitatis cura et reverentia, ut Jovem ipsum quasi præsidem ejus constituerent, *Δία Ξένιον* seu *Jovem Hospitalem* adpellantes. Vide *Euripid*. Hec. v. 803. et 1248. necnon *Ælian*. V. H. l. 4. c. 1.

a Καὶ ὁμοτράπεζος &c.] MS. Eton. et edit. *Ald*. pro καὶ exhibent τι. Lege p. 134. Cæterùm voce ὁμοτράπεζος usus est etiam p. 70. et K. Π. p. 484. Edit. Oxon. 1727. pro quâ συντράπεζος suprà p. 83. occurrit.

b Ἀριαῖος δὲ — καὶ οὗτος &c.] Adi p. 93. 103. et de pleonasmo τοῦ οὗτος p. 120. n. b.

c Ἐσταλμένος εἰς &c.] Verbum στέλλεσθαι *Phavorinus* rectè exponit κοσμῆσθαι. Nam στέλλεσθαι propriè quidem *mitti*, dein etiam *ad aliquid parari* denotat, et vel maximè *armis* ad pugnam ineundam. Vide *Hom*. Il. ψ'. v. 284. *Ælian*. V. H. l. 3. c. 24. Ξενοφῶντι ἔμελε τῶν ἄλλων σπουδαίων, καὶ οὖν καὶ ὅπλα καλὰ ἔχειν. Νικῶντι γὰρ, ἔλεγε, τοὺς πολεμίους τὴν καλλίστην στολὴν ἁρμόττειν· καὶ ἀποθνήσκοντα ἐν τῇ μάχῃ κεῖσθαι καλῶς ἐν καλῇ τῇ πανοπλίᾳ. Τῷ γὰρ ἀνδρὶ τῷ γενναίῳ ταῦτ' εἶναι τὰ ἐντάφια, τὰ ὡς ἀληθῶς κοσμοῦντα αὐτόν.

d Εἴ τι τελευτᾷν δέοι,] Ità MS. Eton. et edit. *Steph*. et *Ald*. At *Leunclav*. et alia quædam pessimè repræsentant θεοὶ prò δέοι.

τᾷν δέοι, ὀρθῶς ἔχειν, τῶν καλλίστων ἑαυτὸν ἀξιώσαντα, ἐν τούτοις τῆς τελευτῆς τυγχάνειν· τοῦ δὲ λόγου ἦρχετο ὧδε· "Τὴν μὲν τῶν βαρβάρων ἐπιορκίαν τε καὶ ἀπιστίαν " [a] λέγει Κλεάνωρ, ἐπίστασθε δὲ, οἶμαι, καὶ ὑμεῖς. Εἰ " μὲν οὖν [b] βουλευόμεθα πάλιν αὐτοῖς διὰ φιλίας ἰέναι, " ἀνάγκη ἡμᾶς πολλὴν ἀθυμίαν ἔχειν, ὁρῶντας [c] τοὺς " στρατηγοὺς, οἳ διὰ πίστεως αὐτοῖς ἑαυτοὺς ἐνεχείρισαν, " οἷα πεπόνθασιν· εἰ μέντοι διανοούμεθα σὺν τοῖς ὅπλοις " ὧν τε πεποιήκασι δίκην ἐπιθεῖναι αὐτοῖς, καὶ [d] τὸ λοιπὸν " διὰ παντὸς πολέμου αὐτοῖς ἰέναι, σὺν τοῖς θεοῖς, πολλαὶ " ἡμῖν καὶ καλαὶ ἐλπίδες εἰσὶ σωτηρίας." Τοῦτο δὲ λέγοντος αὐτοῦ, [e] πτάρνυταί τις· ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶ-

natus, eodem *indutus* extremum diem morte conficeret: is in hunc modum dicere orsus est: "Cleanor barbarorum et perjuria et perfidiam exposuit, " atque vos, opinor, nôstis. Quòd si ergo rursùm amicitiâ eorum *nobis* " utendum statuimus, necesse est magnam nos habere solicitudinem, cùm " videamus qualia duces, qui se ipsis in manus *datâ acceptâque* fide tradi- " derunt, passi sunt: at verò si pœnas eorum quæ perpetrârunt, ipsis irro- " gare armis instructi cogitamus, et in posterum omni genere belli eos per- " sequi, multæ, diis juvantibus, ac præclaræ nobis spes salutis *oblatæ* sunt." Hoc eo loquente, quidam sternuit: quo audito milites uno omnes impetu

a Λέγει] Præsens hìc præteriti vice fungitur, ut apud Joh. II. 4. *οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου.*

b Βουλευόμεθα πάλιν &c.] Posset aliquis, inquit Cl. *Arnaud*, conjicere pro *βουλευόμεθα* legendum esse *βουλόμεθα*. Non malè quidem: cùm Noster suprà p. 130. dixerit, *ὅστις οὐ σοὶ βούλεται φίλος εἶναι;* et mox iterum, *καὶ σὲ βουλήσεσθαι φίλον ἡμῖν εἶναι.* Sed vulgatam lectionem rectè servant libri omnes, et tuetur *διανοούμεθα*, à quo proxima incipit sententia. Eleganter autem dicitur *αὐτοῖς διὰ φιλίας ἰέναι*, utì mox infrà, *διὰ παντὸς πολέμου αὐτοῖς ἰέναι:* quemadmodum *διὰ πείρας ἰέναι* apud *Æschin.* dial. 3. sect. 13. et *Ælian.* V. H. l. 13. c. 2. *διὰ τιμῆς ἦλθε δημοσίᾳ.*

c Τοὺς στρατηγοὺς — οἷα πεπόνθασιν.] Vide p. 69. n. c.

d Τὸ λοιπὸν] Vide p. 102. n. c. et confer p. 50. n. c.

e Πτάρνυταί τις· &c.] Medii fuisse ancipitísque ominis videntur sternutamenta. Quare cùm minùs constaret, quæ secunda forent, quæ adversa, factum est ut Veteres, vanâ capti superstitione, rem dubiam bonis esse verbis adjuvandam existimaverint, atque ut faustè felicitérque tandem eveniret, precibus votísque à deo quodam, tanquam ominis auctore, petendum. Occasionem militum animos confirmandi amplexus Xenophon, à Jove statim Servatore profectum omen, faustúmque adeò futurum statuit. *Schol.* ad *Theocrit.* εἰδ. ζ'. v. 96. scribit *τῶν πταρμῶν τοὺς μὲν εἶναι ὠφελίμους, τοὺς δὲ βλαβερούς:* ibi verè, *ἐπὶ τῇ χείρονι μοίρᾳ* exponendum esse *πταρμόν*. Contrà, lætum quid felíxque sonat εἰδυλ. ιη'. v. 16.

> Ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
> Ἐς Σπάρταν, &c.

Similiter apud *Homer.* Ὀδυσσ. ρ'. v. 545.

> Οὐχ ὁράας ὅ μοι υἱὸς ἐπέπταρε; —

Ubi *Eustath.* p. 1831. *Ὄρνις γάρ πως ἦν τοῖς παλαιοῖς ὁ πταρμός.* Lege quæ de

ται, πάντες μιᾷ ὁρμῇ προσεκύνησαν τὸν Θεόν· καὶ Ξενοφῶν εἶπε, "Δοκεῖ μοι, ὦ ἄνδρες, ἐπεὶ περὶ σωτηρίας ἡμῶν "λεγόντων [a] οἰωνὸς τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος ἐφάνη, εὔξασθαι "τῷ Θεῷ τούτῳ θύσειν [b] σωτήρια, ὅπου ἂν πρῶτον εἰς φιλί-"αν χώραν ἀφικώμεθα· συνεπεύξασθαι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις "θεοῖς θύσειν κατὰ δύναμιν. Καὶ ὅτῳ δοκεῖ ταῦτ', ἔφη, "[c] ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα." Καὶ ἀνέτειναν ἅπαντες. Ἐκ τούτου εὔξαντο καὶ [d] ἐπαιάνισαν. Ἐπεὶ δὲ τὰ τῶν θεῶν καλῶς εἶχεν, ἤρχετο πάλιν ὧδε·

"Ἐτύγχανον λέγων ὅτι [e] πολλαὶ καὶ καλαὶ ἐλπίδες

deum adorârunt: et Xenophon ait, "Quando, viri, nobis de salute loquen-"tibus augurium Jovis Servatoris exstitit, huic deo votum nuncupemus "censeo, sacra nos datam ob salutem facturos, quamprimùm in regionem "pacatam pervenerimus: prætereà diis cæteris vota simul faciamus, sacrifi-"caturos nos pro copiâ *nostrâ*. Atque hæc cuicunque placuerint, manum, "inquit, tollat." Ac sustulerunt *quidem* omnes. Deinde vota nuncupârunt et pæana cecinêre. Peractis ritè omnibus, ad deorum quæ pertinebant cultum, rursùs ità cœpit dicere:

"Aiebam *modò* multas ac præclaras spes salutis nobis *oblatas* esse. Pri-

πταρμῷ disserit. eruditis. *Archæol.* Græcæ auctor, l. 2. c. 17.

a Οἰωνὸς τοῦ Διὸς &c.] *Suidas:* Οἰωνὸς, τὸ σημεῖον. Adi Κ. Π. p. 647. lin. penult. Edit. Oxon. 1727. Οἰωνοὺς, nimirum, καλοῦσι καὶ τὰ μὴ ὄρνεα, utì notat *Schol.* ad *Aristoph.* Ὀρνιθ. v. 720.

Ὄρνιν τε νομίζετε πάνθ' ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει·
Φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστί· πταρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτε.

Variis autem varias ob causas epithetis numen illud insigniri solet; de quibus consulendus est *Phurnutus*, de N. D. c. 9. Idem suprà p. 66. tesseræ loco militibus datur: similiter Κ. Π. p. 475. Edit. ejusd. In primis verò vel pericula passuri, vel iis defuncti, σωτῆρι supplicabant Jovi. De Hercule in leonem Nemæum contendente *Apollodor.* l. 2. c. 4. — καὶ θύειν ἱερεῖ (lego, ἱερεῖον) θέλοντι, εἰς ἡμέραν ἔφη τηρεῖν τριακοστήν· καὶ ἂν μὲν ἀπὸ τῆς θήρας σῶος ἐπανέλθῃ, Διῒ σωτῆρι θύειν· — et infrà paulò de eodem, ferâ jam occisâ, — σωτῆρι θύσας Διῒ, ἦγεν εἰς Μυκήνας τὸν λέοντα. *Aristid.* Orat. T. 1. p. 1. Τάδε σοὶ κατ' εὐχὴν, Ζεῦ βασιλεῦ τε καὶ σῶτερ, δῶρα &c.

b Σωτήρια] *Scil.* θύματα, ob salutem acceptam oblata. Noster Κ. Π. p. 647. Edit. Oxon. 1727. — Θεοὶ, δέχεσθε τάδε, καὶ τελεστήρια πολλῶν καὶ καλῶν πραγμάτων, καὶ χαριστήρια — eâdem dixit formâ. Sic et p. 503. — δοκῶ χαριστήρια ὀφειλήσειν.

c Ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα.] Nimirum moris Græcorum erat ætate Xenophontis, ut in concionibus quotquot adsensum significare vellent, manu protensâ suffragia ferrent. Morem hunc respicit Noster *Hist. Gr.* l. 1. haud ità longè à fine: τότε γὰρ ὀψὲ ἦν, καὶ τὰς χεῖρας οὐκ ἂν καθεώρων. Hinc χειροτονεῖν valet καθιστᾶν, ψηφίζειν· Χειροτονία, ἐκλογή.

d Ἐπαιάνισαν.] *J. Poll.* l. 1. segm. 26. inter phrases *de accedentibus ad deos* rectè adhibitas, παιᾶνας ᾄσαι recenset. Scholiast. ad *Aristoph.* Εἰρ. v. 554. παιανίσας est εὐξάμενος τοῖς θεοῖς· ὁμολογήσας χάριν. Παιὼν (leguntur utique παιὼν καὶ παιάν, παιωνίζω καὶ παιανίζω) γάρ ἐστιν ὕμνος εὐχαριστήριος. Vide sis p. 67. n. b. et *Archæol. Gr.* l. 2. c. 4.

e Πολλαὶ καὶ καλαὶ &c.] Extant verba

“ ἡμῖν εἶεν σωτηρίας. Πρῶτον μὲν γὰρ ἡμεῖς μὲν ἐμπε-
“ δοῦμεν τοὺς τῶν θεῶν ὅρκους, οἱ δὲ πολέμιοι ἐπιωρκήκασί
“ τε, καὶ [a] τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους λελύκασιν. Οὕ-
“ τω δ' ἐχόντων, εἰκὸς τοῖς μὲν πολεμίοις ἐναντίους εἶναι
“ τοὺς θεοὺς, ἡμῖν δὲ συμμάχους, οἵπερ ἱκανοί εἰσι καὶ
“ [b] τοὺς μεγάλους ταχὺ μικροὺς ποιεῖν, καὶ τοὺς μικροὺς,
“ κἂν [c] ἐν δεινοῖς ὦσι, σώζειν εὐπετῶς, ὅταν βούλωνται.
“ [d] Ἔπειτα δὲ, (ἀναμνήσω γὰρ ὑμᾶς καὶ τοὺς τῶν προγόνων
“ τῶν ἡμετέρων κινδύνους· ἵν' εἰδῆτε ὡς ἀγαθοῖς τε ὑμῖν
“ προσήκει εἶναι, σώζονταί τε σὺν τοῖς θεοῖς καὶ ἐκ πάνυ
“ δεινῶν οἱ ἀγαθοί) [e] ἐλθόντων μὲν γὰρ Περσῶν καὶ τῶν

“ mùm enim fidem, *quam* per deos jurati *dedimus*, ratam fecimus; at hostes
“ pejurârunt, et fœdera fidémque jurejurando adligatam solverunt. Quæ cùm
“ ità se habeant, consentaneum est hostibus *nostris* infensos, nobis auxiliares
“ esse deos, qui quidem magnos citò parvos facere, parvósque, etiamsi eos
“ circumstent pericula, facilè, cùm velint, conservare possunt. Deinde, (vo-
“ bis enim majorum etiam nostrorum pericula in memoriam revocabo; ut
“ sciatis et vestrum esse strenuè vos gerere, et strenuos *viros* deorum ope
“ gravissimis etiam ex periculis incolumes evadere) cùm Persæ eorúmque

p. 168. Similiter *Euripid.* in *Hec.* v. 351. Ἔπειτ' ἐθρέφθην ἐλπίδων καλῶν ὕπο. Sic et Latini *spem magnam*, *bonam* adhibent.

a Τὰς σπονδὰς] Vide p. 75. n. d.

b Τοὺς μεγάλους &c.] Similiter Noster *Hist. Gr.* l. 6. ferè medio: Καὶ ὁ θεὸς δὲ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς, μεγάλους ποιῶν· τοὺς δὲ μεγάλους, μικρούς. Cæterùm, de vocibus μέγας et μικρὸς, ad *conditionem*, non *staturam* tantùm, hominum designandam adhibitis lege contra *Vorstium* scripta Κ. Π. p. 391. n. 1. Edit. Oxon. 1727.

c Ἐν δεινοῖς] Adi p. 141. n. a.

d Ἔπειτα δὲ, (ἀναμνήσω &c.] “ Post ἔπειτα “ δὲ interruptus est orationis cursus: quo- “ niam versu ult. dicit, ἐλθόντων μὲν γὰρ “ Περσῶν &c. Alioqui si abessent parti- “ culæ μὲν et γὰρ, post ἔπειτα δὲ includi “ hæc parentheseωs notis potuissent, ἀνα- “ μνήσω γὰρ ὑμᾶς &c. usque ad ἐλθόντων, “ perinde ac si, omissis iis, quæ sunt “ intra parenthesin, dixisset, ἔπειτα δὲ ἐλ- “ θόντων Περσῶν.” Hactenus *Stephanus.* Mihi quidem non obstare videntur particulæ μὲν γὰρ, quominùs verba prædicta parentheseωs notis includantur. Sic enim solet Noster: Κ. Π. p. 19, 20. Edit. Oxon. 1727. Καὶ ὁρῶν δὴ αὐτὸν κεκοσμημένον καὶ ὀφθαλμῶν &c. deinde haud paucis interjectis, pergit, ὁρῶν δὴ τὸν κόσμον &c. Ibid. p. 307. τούτου ὁ νυνὶ βασιλεὺς οὗτος, καλλίσαντος &c. posteà, facto intervallo haud mediocri, redit rursùm, ὁ δὲ νῦν βασιλεὺς &c. Et p. 324 et seq. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ· deinde, longam sanè post ἐπεμβολὴν, orationis seriem ità restituit: οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ὅπως ποιήσουσιν, αὐτοὶ ἐροῦσιν· ἐγὼ δὲ, ὦ Κῦρε, καὶ &c. Suprà quoque p. 65. et seq. Ὁρῶν δὲ ὁ Κλέαρχος τὸ μέσον &c. tandem subjungit ἀλλ' ὅμως ὁ Κλέαρχος &c.

e Ἐλθόντων μὲν γὰρ Περσῶν &c.] Jussu Darii Hystaspis f. qui vires suas omnes in debellandâ Græciâ experiri statuerat; atque adeò adversùs Eretriam et Athenas cum ingenti exercitu duces misit Datin et Artaphernem: qui tamen ab Atheniensibus profligati sunt, anno ante æram Christianam 490. ante res gestas, de quibus hìc agitur, 89. Vide *A. Gell.* l. 17. c. 21. et ibi notata. Quâ de victoriâ lege *Herodot.* l. 6. c. 112 et seq. *C. Nep.* de Miltiade sect. 5 et seq. *Justin.* l. 2. c. 9. et *Agath.* l. 2. p. 46. edit. Par.

" σὺν αὐτοῖς [a] παμπληθεῖ στόλῳ ὡς ἀφανιούντων τὰς Ἀθή-" νας, [b] ὑποστῆναι αὐτοῖς Ἀθηναῖοι τολμήσαντες, ἐνίκησαν " αὐτούς. [c] Καὶ εὐξάμενοι τῇ Ἀρτέμιδι, ὁπόσους ἂν " [d] κατακάνοιεν τῶν πολεμίων, τοσαύτας χιμαίρας κατα-" θύσειν τῇ θεῷ, [e] ἐπεὶ οὐκ εἶχον ἱκανὰς εὑρεῖν, ἔδοξεν " αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν πεντακοσίας θύειν· καὶ ἔτι καὶ νῦν " ἀποθύουσιν. Ἔπειτα [f] ὅτε Ξέρξης ὕστερον ἀγείρας τὴν " ἀναρίθμητον στρατιὰν ἦλθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ " τότε ἐνίκων οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι τοὺς τούτων προγόνους,

" socii permagno cum exercitu *eo* venirent *consilio*, ut Athenas delerent, ausi " Athenienses ipsis resistere, eos vicerunt. Cúmque votum Dianæ fecissent, " quot hostes occiderint, tot se *illi* deæ capras mactaturos, quia satìs multas " invenire non poterant, visum est iis quotannis quingentas mactare: atque " hoc etiam tempore *nonnullas* immolant. Pòst deinde cùm Xerxes coacto " illo innumerabili exercitu in Græciam profectus esset, tum quoque majores

a Παμπληθεῖ στόλῳ ὡς &c.] *Suidas:* Παμπληθεῖς, πάνυ πολλάς. Pro ἀφανιούντων libri quidam perperam ἀφαινιούντων. *Thomas Magister:* Ἀφανίζεται, ἀντὶ τοῦ ἀπόλλυται καὶ φθείρεται παντελῶς· ἀφανίζεται, καὶ ἀντὶ τοῦ ἀφανὴς ἐπὶ καιρὸν γίνεται.

b Ὑποστῆναι αὐτοῖς] Eundem isti verbo casum tribuit *Histor. Gr.* l. 7. sub fin. — ὡς τοῖς ἀπονενοημένοις οὐδεὶς ἂν ὑποσταίη. Tam accusativum quàm dativum addit *Euripid.* Herc. Fur. v. 1349, 1350.

Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις οὐχ ὑφίσταται,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δύναιθ' ὑποστῆναι βέλος.

Ubi vide sis quæ notavit *Barnesius.*

c Καὶ εὐξάμενοι τῇ Ἀρτέμιδι &c.] Cognomento Ἀγροτέρᾳ. De voto illo alii paulò aliter. *Scholiastes* ad *Aristoph.* Ἱππ. v. 657. Καλλίμαχος, (de quo *Herodotus* l. 6. c. 111.) ὁ πολέμαρχος, λέγεται εὔξασθαι τῇ Ἀρτέμιδι τοσαύτας βοῦς θῦσαι, ὅσους ἂν φονεύσῃ βαρβάρους ἐν Μαραθῶνι. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ ἐφονεύθησαν, μὴ δυνάμενος τοσαύτας βοῦς θῦσαι, ἔθυσε χιμαίρας. Alludit nimirum, loco citato, Comicus ad votum, cujus hic meminit Xenophon. Ejusdem meminit etiam *Agathias* lib. 2. p. 46. Edit. Paris. Ταῦτά τοι καὶ ἡσσῶντο ἀνακράτος ὑπὸ Μιλτιάδου οἱ Μῆδοι. Τοσοῦτοι γὰρ αὐτῶν ἐν τῷδε ἔργῳ ἀνῄρηνται, ὥστε ἀμέλει πρὸ τῆς μάχης τοὺς Ἀθηναίους· λέγονται γὰρ οὕτω, χιμάρους ἰσαρίθμους τῶν ἀπολουμένων δυσμενῶν Ἀρτέμιδι θύσειν ἀπειλήσαντας, ἐς τοσοῦτον ἴλεῳ ἐντυχεῖν τῇ ἀγροτέρᾳ, καὶ ἀπαύνασθαι τῆς εὐθηρίας, ἐς ὅσον μὴ οἵους τε γενέσθαι τὸ χαριστήριον ἀποτίσαι, ἀλλ' ἐπιλιπεῖν θυομένας ἔτι τὰς αἶγας, καὶ πρὸς ἀντίδοσιν μὴ διαρκέσαι. Adde *Plutarch.* περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθ. p. 862. *Ælian.* H. V. l. 2. c. 25.

d Κατακάνοιεν] Leguntur etiam κατακαίνοιεν et κατακτάνοιεν. Sed rectè se habet scriptura vulgata.

e Ἐπεὶ οὐκ εἶχον &c.] Vide p. 104. n. e. *Herodot.* l. 6. c. 117. Ἐν ταύτῃ τῇ ἐν Μαραθῶνι μάχῃ ἀπέθανον τῶν βαρβάρων κατὰ ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους ἄνδρας. *Justin.* l. 2. c. 9. *Ducenta millia Persas eo prælio, sive naufragio, amisêre.*

f Ὅτε Ξέρξης ὕστερον &c.] Anno *scil.* ante æram Christianam 480. decimo post pugnam Marathoniam suprà modò memoratam. In numero Xerxis copiarum tradendo veteres auctores non consentiunt. Vide sis *Herodot.* l. 7. c. 60 et seq. *Isocrat.* Panathen. p. 242. *Diodor. Sic.* l. 11. p. 3. *Plin.* N. H. l. 33. c. 10. *Justin.* l. 2. c. 10. alios. Hujus et victoriæ meminit *Agathias* loco cit. necnon *A. Gellius.* His adde *Isocrat.* Panegyr. p. 58. edit. H. Steph. *Q. Curt.* l. 3. c. 10. Atheniensium concionem apud *Thucyd.* l. 1. ferè medio.

" καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. Ὧν ἔστι μὲν τεκ-
" μήρια ὁρᾶν [a] τὰ τρόπαια, μέγιστον δὲ μαρτύριον ἡ ἐλευ-
" θερία τῶν πόλεων, ἐν αἷς ὑμεῖς ἐγένεσθε καὶ ἐτράφητε·
" οὐδένα γὰρ ἄνθρωπον δεσπότην, [b] ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προς-
" κυνεῖτε. Τοιούτων μέν ἐστε προγόνων. Οὐ μὲν δὴ τοῦτό
" γε ἐρῶ, ὡς ὑμεῖς καταισχύνετε αὐτούς· ἀλλ' οὔπω πολ-
" λαὶ ἡμέραι, [c] ἀφ' οὗ ἀντιταξάμενοι τούτοις τοῖς ἐκεί-
" νων ἐκγόνοις, πολλαπλασίους ὑμῶν αὐτῶν ἐνικᾶτε σὺν
" τοῖς θεοῖς. Καὶ τότε μὲν δὴ περὶ τῆς Κύρου βασιλείας
" ἄνδρες ἦτε ἀγαθοί· νῦν δ', ὁπότε περὶ τῆς ὑμετέρας σω-
" τηρίας ὁ ἀγών ἐστι, πολὺ δήπου ὑμᾶς προσήκει καὶ ἀμεί-
" νονας καὶ προθυμοτέρους εἶναι· ἀλλὰ μὴν καὶ θαῤῥα-
" λεωτέρους νῦν πρέπει εἶναι πρὸς τοὺς πολεμίους. Τότε
" μὲν γὰρ ἄπειροι ὄντες αὐτῶν, τό, τε πλῆθος ἄμετρον.

" nostri horum majores terrâ maríque vicerunt. Quarum quidem *victoriarum*
" est certa videre indicia, *quæ tum posita sunt* tropæa; maximum verò testi-
" monium *est* libertas civitatum, in quibus nati estis et educati: neque enim
" hominem ullum *tanquam* dominum, sed deos adoratis. Hujusmodi majori-
" bus *prognati* estis. Nec id sanè dixerim, vos eis dedecori esse: enimverò
" necdum multi dies *abiére*, cùm hos illorum posteros instructâ acie adgressi,
" deorum ope multò, quàm vos essetis, plures superâstis. Atque id quidem
" temporis *inito* pro Cyri regno *certamine* viri fortes eratis: nunc autem, cùm
" de salute vestrâ certamen sit *propositum*, multò certè et meliores vos et
" alacriores esse par est; imò verò adversùs hostes etiam fidentiores jam esse
" decet. Illo enim tempore, cùm nullum *virtutis* eorum periculum fecissetis,

a Τὰ τρόπαια &c.] *Phavorin.* Ἔστι δὲ τροπαῖον, ὃ ἐν ταῖς νίκαις οἱ παλαιοὶ ἐποίουν τοῖχον ἢ λίθον μέγαν ἱστάντες, καὶ γράφοντες ἐν τούτῳ ἃ κατὰ τῶν ἀντιπάλων ἔργα δέδρακασιν· ἐκαλεῖτο δὲ τρόπαιον (hunc enim ei recentiores adpingunt accentum) διὰ τὸ ἐπὶ τῇ τροπῇ τῶν ἐχθρῶν γίγνεσθαι. De tropæis vidi *Archæol. Gr.* l. 3. c. 12. *Valer. Maxim.* l. 5. c. 3. *Lucet Marathon Persicis tropæis: Salamis et Artemisium Xerxis naufragia numerantur.* C. Nep. in vitâ Themist. *Sic unius viri* (Themistoclis) *prudentiâ Græcia liberata est, Europæque succubuit Asia. Hæc altera victoria,* (à Xerxe reportata) *quæ cum Marathonio possit comparari tropæo.*

b Ἀλλὰ τοὺς θεοὺς &c.] Deficit μόνον: quâ de ellipsi scripsimus p. 136. n. b. Tangit autem reges adorandi morem apud Persas usu receptum, de quo paucis egimus *Dissert.* II. K. Π. præmissæ p. 50. Edit. Oxon. 1727.

c Ἀφ' οὗ &c.] *Scil.* χρόνου. Similis exstat in articulo postpositivo (relativo potiùs) synthesis generis et numeri, Philip. III. 20. Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ &c. Vide etiam Rom. IX. 23, 24. XI. 14. Galat. IV. 19. De victoriâ, quam hìc loci respicit, lege p. 84 et seq. Solent autem duces tum pristinæ ipsorum virtutis, tum hostium ignaviæ suos admonere. Sic Phormio apud *Thucyd.* l. 2. haud ità longè à fine — πολὺ δὲ ὑμεῖς ἐκείνοις πλέω φόβον παρέχετε καὶ πιστότερον, κατά τε προνενικηκέναι, καὶ &c. Scipio apud *Liv.* l. 21. c. 40. *Nè genus belli, néve hostium ignoretis, cum iis est vobis, milites, pugnandum quos terrâ maríque priore bello vicistis: à quibus* &c. Consule etiam K. Π. p. 242. n. 1. Edit.

" ὁρῶντες, ὅμως ἐτολμήσατε [a] σὺν τῷ πατρίῳ φρονήματι
" ἰέναι εἰς αὐτούς· νῦν δ', ὁπότε καὶ πεῖραν ἤδη ἔχετε αὐ-
" τῶν, ὅτι θέλουσι καὶ πολλαπλάσιοι ὄντες μὴ δέχεσθαι
" ὑμᾶς, τί ὑμῖν ἔτι προσήκει τούτους φοβεῖσθαι; Μηδὲ
" μέντοι τοῦτο μεῖον δόξητε ἔχειν, εἰ [b] οἱ Κυρεῖοι, πρόσ-
" θεν σὺν ὑμῖν ταττόμενοι, νῦν ἀφεστήκασιν· ἔτι γὰρ οὗτοι
" κακίονές εἰσι τῶν ὑφ' ἡμῶν ἡττημένων· ἔφευγον οὖν πρὸς
" ἐκείνους, καταλιπόντες ὑμᾶς. Τοὺς δὲ ἐθέλοντας φυγῆς
" ἄρχειν, πολὺ κρεῖττον σὺν τοῖς πολεμίοις ταττομένους,
" ἢ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ τάξει, ὁρᾷν. Εἰ δέ [c] τις αὖ ὑμῶν
" ἀθυμεῖ, ὅτι ὑμῖν μὲν οὐκ εἰσὶν ἱππεῖς, τοῖς δὲ πολεμίοις
" πολλοὶ πάρεισιν, ἐνθυμήθητε ὅτι οἱ μύριοι ἱππεῖς οὐδὲν ἄλ-
" λο, ἢ μύριοι ἄνθρωποι εἰσίν· ὑπὸ μὲν γὰρ ἵππου ἐν
" μάχῃ οὐδεὶς πώποτε οὔτε δηχθεὶς οὔτε λακτισθεὶς ἀπέ-
" θανεν· οἱ δ' ἄνδρες εἰσὶν οἱ ποιοῦντες ὅ, τι ἂν ἐν ταῖς μά-
" χαις γίγνηται. [d] Οὐκοῦν τῶν γε ἱππέων πολὺ ἡμεῖς
" ἐπ' ἀσφαλεστέρου ὀχήματος ἐσμέν· οἱ μὲν γὰρ ἐφ' ἵππων

" ac immensam *eorum* multitudinem vidissetis, nihilominùs patrio spiritu per-
" gere adversùs eos ausi estis: nunc cùm experimento etiam deprehenditis,
" ipsos, tametsi numero vos longè superent, impetum vestrum sustinere nolle,
" cur vos deceat eos adhuc metuere? Enimverò nec *ideò* vos deteriore loco
" esse putetis, quòd Cyriani, priùs à vestris partibus stantes, jam defecerint:
" nam illi etiam his ignaviores sunt, quos ipsi vicimus: nobis igitur relictis,
" ad hos fugerunt. At eos, qui facere fugæ initium velint, multò melius *est*
" in hostium ordinibus, quàm acie nostrâ, videre. Quòd si quis vestrûm
" animum demittat, *propterea* quòd nobis non sint equites, hostibus multi
" adsint, cogitetis *velim* equites decem mille nihil esse aliud, nisi decem mille
" homines; nam ab equo nemo unquam vel morsu saucius vel calce cæsus in
" prælio periit: at viri sunt, qui, in pugnis quod fiat, *id omne* gerant. Atqui
" nos multò, quàm equites, tutiore utimur vehiculo: nam illi in equis pen-

Oxon. 1727. *Justin.* l. 6. c. 4. cum notâ *Bernec.* ad ista: *Sed victis adversùs paulò antè victores nec animus, neque vires pares fuêre.*

a Σὺν τῷ πατρίῳ φρονήματι &c.] I. e. elatos spiritus gerentes, patriâ vestrâ dignos.

b Οἱ Κυρεῖοι &c.] In MSto Eton. atque editis legitur *οἱ κύριοι:* quod scripturæ vitium perspexit *Leunclavius*, monuítque adeò reponendum Κυρεῖοι: *scil.* Cyriani, Cyrianarum partium Persæ, Ariæus et alii, de quibus p. 123 et 137. Eâdem formâ dixit p. 83. Κυρεῖον στρατόπεδον, lib. vii. περὶ τοῦ Κυρείου στρατεύματος. *Histor. Gr.* l. 3. ferè medio, Κυρεῖον στράτευμα, et suprà paulò, ὁ τῶν Κυρείων προεστηκὼς —

c Τὶς αὖ —— ἐνθυμήθητε] Adi p. 81. n. a. et de transitione à singulari ad plurativum numerum p. 77. n. e.

d Οὐκοῦν] *Suidas:* Οὔκουν· οὐδαμῶς. Οὐκοῦν δὲ, *συλλογιστικὸς σύνδεσμος.*

“ κρέμανται, φοβούμενοι οὐχ ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ κα-
“ ταπεσεῖν· ἡμεῖς δ' [a] ἐπὶ τῆς γῆς βεβηκότες, πολὺ μὲν
“ ἰσχυρότερον παίσομεν, ἤν τις προσίῃ, πολὺ δ' ἔτι μᾶλλον
“ ὅτου ἂν ἐθέλωμεν τευξόμεθα· Ἑνὶ μόνῳ προέχουσιν ἡμᾶς
“ οἱ ἱππεῖς· Φεύγειν αὐτοῖς ἀσφαλέστερόν ἐστιν, ἢ ἡμῖν.
“ [b] Εἰ δὲ δὴ τὰς μὲν μάχας θαῤῥεῖτε, ὅτι δ' οὐκέτι ἡμῖν
“ Τισσαφέρνης ἡγήσεται, οὐδὲ βασιλεὺς ἀγορὰν παρέξει,
“ τοῦτο ἄχθεσθε, σκέψασθε πότερον κρεῖττον, Τισσαφέρνην
“ ἡγεμόνα ἔχειν, ὃς ἐπιβουλεύων ἡμῖν φανερός ἐστιν, ἢ
“ οὓς ἂν ἡμεῖς ἄνδρας λαβόντες ἡγεῖσθαι κελεύωμεν· οἳ
“ εἴσονται ὅτι, ἤν τι περὶ ἡμᾶς ἁμαρτάνωσι, περὶ τὰς ἑαυ-
“ τῶν ψυχὰς καὶ τὰ σώματα ἁμαρτάνουσι. Τὰ δ' ἐπι-
“ τήδεια πότερον ὠνεῖσθαι κρεῖττον ἐκ τῆς ἀγορᾶς, ἧς οὗτοι
“ παρεῖχον, μικρὰ μέτρα πολλοῦ ἀργυρίου, μηδὲ τοῦτο ἔτι
“ ἔχοντας αὐτοὺς λαμβάνειν· ἢ, ἤνπερ κρατῶμεν, μέτρῳ
“ χρωμένους ὁπόσῳ ἂν ἕκαστος βούληται. Εἰ δὲ ταῦτα
“ μὲν γιγνώσκετε ὅτι οὕτω κρεῖττον, [c] τοὺς δὲ ποταμοὺς
“ ἄπορον νομίζετε εἶναι, καὶ μεγάλως ἡγεῖσθε ἐξαπατηθῆ-

“ dent, non tantùm nos metuentes, sed illud etiam, nè decidant: nos terræ
“ inniri multò vehementiùs feriemus, si quis accedat, ac multò etiam magis
“ id, quod voluerimus, adtingemus. Unâ tantùm re nobis præstant equites:
“ ipsis tutiùs *licèt*, quàm nobis, fugere. Quòd si ad pugnas firmis quidem ani-
“ mis estis, sed illud vobis grave est, quòd non ampliùs vobis dux viæ erit
“ Tissaphernes, neque rex forum rerum venalium præbiturus est, considerate
“ utrùm satius sit, Tissaphernem ducem habere, qui nobis palàm insidiatur,
“ an eos, quos ipsi delectos duces esse jusserimus; qui se intelligent, si quid
“ in nos delinquant, in animos ipsorum ac corpora delinquere. *Considerate*
“ etiam utrùm commeatum emere satius sit ex foro, quod hi suppeditabant,
“ parvas *nimirum* mensuras multo argento, cùm *præsertim* unde hoc sumse-
“ mus jam ampliùs non habeamus; an, victoriâ si quidem potiamur, uti men-
“ surâ, quantâ quisque velit. Quòd si intelligitis hæc meliùs ità se habitura,
“ verùm esse flumina *quiddam*, trajici quod nequeat, existimatis, atque ea vos

a Ἐπὶ τῆς γῆς βεβηκότες,] I. e. *terræ firmiter hærentes:* quæ pulchrè quidem et significanter præcedentibus opponuntur istis, ἐφ' ἵππων κρέμανται.

b Εἰ δὲ δὴ τὰς &c.] *Thom. Magister:* Θαῤῥῶ, Ἀττικοί, οὐ θαρσῶ· ὅπερ θαῤῥῶ, εἰ μὲν ἀντὶ τοῦ ἐλπίζω ἐστὶ, δοτικῇ συντάσσεται· εἰ δὲ ἀντὶ τοῦ τολμῶ, αἰτιατικῇ. *Phavorin.* Λέγεται καὶ θαῤῥῶ ἀντὶ τοῦ τολμῶ εἰσελθεῖν εἴς τι οἷον, θαῤῥῶ τὴν μάχην, ἀντὶ τοῦ τολμῶν εἰσέρχομαι τὴν μάχην. Plenè Noster dixerit, Εἰ δὲ δὴ εἰς τὰς μὲν μάχας ἰόντες θαῤῥεῖτε. Vide p. 152. n. c. et K. II. p. 644. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

c Τοὺς δὲ ποταμοὺς ἄπορον] *Scil.* χρῆμα. Lege scripta de hâc ellipsi p. 113. n. b. Eandem adhibent Latini. *Triste lupus stabulis — Dulce satis humor, —* I. e. *Tristis res: dulcis res*, utì *Servius* ad *Virg.* ecl. 3. v. 80. 82.

“ καὶ διαβάντες, σκέψασθε εἰ ἄρα τοῦτο καὶ μωρότατον
“ πεποιήκασιν οἱ βάρβαροι. Πάντες μὲν γὰρ οἱ ποταμοὶ,
“ ἢν πρόσω τῶν πηγῶν ἄποροι ὦσι, προϊοῦσι πρὸς τὰς πηγὰς
“ διαβατοὶ γίγνονται, οὐδὲ τὸ γόνυ βρέχοντες. [a] Εἰ δὲ
“ μήθ' οἱ ποταμοὶ διήσουσιν, ἡγεμών τε μηδεὶς φανεῖται,
“ οὐδ' ὣς ἡμῖν γε ἀθυμητέον. Ἐπιστάμεθα γὰρ Μυ-
“ σοὺς, οὓς οὐκ ἂν ἡμῶν φαίημεν βελτίους εἶναι,
“ [b] οἳ βασιλέως ἄκοντος ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ πολλάς τε
“ καὶ μεγάλας καὶ εὐδαίμονας πόλεις οἰκοῦσιν· [c] ἐπιστά-
“ μεθα δὲ Πεισίδας ὡσαύτως· Λυκάονας δὲ καὶ αὐτοὶ εἴδο-
“ μεν ὅτι, ἐν τοῖς πεδίοις τὰ ἐρυμνὰ καταλαβόντες, τὴν τού-
“ των χώραν καρποῦνται. Καὶ ἡμᾶς δ' [d] ἂν φαίην ἔγωγε
“ χρῆναι μήπω φανεροὺς εἶναι οἴκαδε ὡρμημένους, ἀλλὰ κα-

“ trajecisse magnæ vobis esse fraudi ducitis, considerate annon illud *ipsum*
“ stultissimè barbari fecerint. Omnes enim fluvii, etiamsi procul à fontibus
“ *suis* transiri nequeant, *tamen* ab iis, qui ad fontes *ipsos* progrediuntur, *sic*
“ transiri possunt, *ut* nè genu quidem madefaciant. *Jam* verò si neque flu-
“ mina *nos* transmissura sunt, et dux nullus compareat, tamen nè sic qui-
“ dem animum despondere debemus. Scimus enim Mysos, quos dicere
“ nobis præstantiores non possumus, invito rege in ipsius ditione multas et am-
“ plas et opulentas urbes incolere; Pisidas itidem *urbes ibidem incolere* scimus:
“ Lycaonas ipsi etiam vidimus, cùm in campis loca munita occupârint, illius
“ agri fructus percipere. Atque equidem dixerim nondum debere nos præ
“ nobis ferre domum proficiscendi impetum, sed *res nostras* componere, qua-

a Εἰ δὲ μήθ' οἱ ποταμοὶ &c.] *Muretus* Var. lect. l. 18. c. 15. legendum censet, Εἰ δὲ μήθ' οἱ ποταμοὶ διείρξουσιν, ἡγεμὼν δὲ &c. ut sit sententia, “ Quod si videtis fo-
“ re, ut nè flumina quidem itineri nostro
“ obstatura sint, sed illud veremini, nè
“ dux itineris nullus existat, nè sic qui-
“ dem animis concidere debemus. Cur
“ autem sic quoque benè sperare debeant,
“ statim subjicit. Sed ità legendum, ut
“ dixi, constare opinor ex iis, quæ ante-
“ cesserunt: sunt enim illa planè his
“ gemina.” Εἰ δὲ ταῦτα μὲν γιγνώσκετε, ὅτι οὕτω κρεῖττον, τοὺς δὲ ποταμοὺς ἄπορον νομίζετε εἶναι — et paulò suprà: Εἰ δὲ δὴ τὰς μὲν μάχας θαῤῥεῖτε, ὅτι δ' οὐκέτι ἡμῖν &c. Ipse malim vulgatam lectionem retinere, cùm propter librorum omnium auctoritatem, tum propter ea, quæ statim sequuntur; hæc enim est Xenophontis sententia: Etiamsi flumina transitum denegaverint, nec dux Græcis adfuerit, tamen nè sic quidem debere eos animis concidere; cùm Mysi aliique, ipsis neutiquam virtute præstantiores, etiam invito rege, sedes ejus intra imperii terminos fixerint incoluerintque, opulentâ satis rerum omnium copiâ potiti.

b Οἱ βασιλέως ἄκοντος &c.] MS. Eton. οἳ ἐν βασιλέως χώρᾳ ἄκοντος. Minùs, opinor, librario placuit vocis βασιλέως repetitio. Sed nomen loco pronominis iteratum jam suprà legimus p. 23. n. a. p. 73. n. b. Confer Joh. IV. 1.

c Ἐπιστάμεθα δὲ Πεισίδας] Similiter locutione hâc usus est p. 130. οἶδα δὲ καὶ Πεισίδας· ex præcedentibus supplendâ.

d Ἂν φαίην] *Stephanus* haud immeritò legendum suspicatus est φαίην pro ἔφην hactenus vulgato. Eundem modum paulò suprà adhibuit, οὓς οὐκ ἂν φαίημεν ——

" τασκευάζεσθαι, ὡς αὐτοῦ που οἰκήσοντας. Οἶδα γὰρ ὅτι " καὶ Μυσοῖς βασιλεὺς πολλοὺς μὲν ἡγεμόνας ἂν δοίη, πολ- " λοὺς δ' ἂν ὁμήρους τοῦ ἀδόλως ἐκπέμψειν· καὶ ὁδοποιή- " σειέ γ' ἂν αὐτοὺς, καὶ εἰ σὺν [a] τεθρίπποις βούλοιντο ἀπιέ- " ναι. Καὶ ἡμῖν γ' ἂν οἶδ' ὅτι [b] τρισάσμενος ταῦτα ἐποίει, " εἰ ἑώρα ἡμᾶς μένειν [c] παρασκευαζομένους. Ἀλλὰ γὰρ " δέδοικα μὴ, ἂν ἅπαξ μάθωμεν ἀργοὶ ζῆν, καὶ ἐν ἀφθό- " νοις βιοτεύειν, καὶ Μήδων δὲ καὶ Περσῶν καλαῖς καὶ " [d] μεγάλαις γυναιξὶ καὶ παρθένοις ὁμιλεῖν, [e] μὴ, ὥσπερ

" si hìc alicubi domicilia collocare velimus. Scio enim regem Mysis duces " multos daturum esse, multos obsides sine fraude se *eos* dimissurum: imò " etiam viam ipsis muniret, etiamsi *vel* in quadrigis discedere vellent. No- " bis quoque hæc *ipsa*, *sat* scio, libentissimè præstaret, si nos videret *itè* " nosmet parare, *quasi* mansuri *hìc* essemus. Verùm enimverò metuo nè, " si semel laboris expertes agere, et copiosè victitare discamus, atque etiam " Persarum et Medorum pulchris procerísque mulieribus ac virginibus fami- " liariter uti, quemadmodùm *solent* lotophagi, suscipiendi in patriam iti-

a Τεθρίπποις] *Scil.* ἅρμασι. Plenè *Euripid.*

Εἰ τὰ τέθριππά γ' ἐς ἅρματα λεύσσων
'Αελίου, ——

Phœnis. v. 1555.

b Τρισάσμενος] Non agnoscit *Constantinus:* in exemplum *Stephanus* locum hunc Xenophontéum adducit; prætereà, nullum. De hoc speciatim composito, quod generatim protulit *Demetr. Phal.* sect. 92. dici possit, "Εξει μέντοι τὸ σύνθετον ὄνομα ὁμοῦ καὶ ποικιλίαν τινὰ ἐκ τῆς συνθέσεως καὶ μέγεθος, καὶ ἅμα καὶ συντομίαν τινὰ, &c. Felices certè quidem à laude nominum verborúmque compositorum Græci sunt ἐκ τῶν ἔξω scriptores: ter et ampliùs felices auctores sacri. Exempla suppeditat Clar. *Blackwallus,* ὁ μακαρίτης, *Classic. Sacr.* v. 1. p. 198 et seq.

c Παρασκευαζομένους.] Sic suprà modò κατασκευάζεσθαι reciprocam, ut media solent verba, significationem habet, atque adeò respuit pronomen reciprocum: quod malè vulgares edit. verbo ἀντιπαρασκευάζετο adscripserunt apud Κ. Π. p. 417. Edit. Oxon. 1727.

d Μεγάλαις &c.] Adi Κ. Π. p. 315. n. 3. Edit. Oxon. 1727.

e Μὴ, ὥσπερ οἱ λωτοφάγοι &c.] Ecce iterum particula negativa, præ εὐφωνίας studio sententiæ reposita! Simili repetitione, post impeditum nonnihil orationis cursum, passim utuntur auctores. *Virgil.* Æneïd. 9. v. 210 et seq.

Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali)
Si quis in adversum &c.

Cicer. 19. epist. l. 2. *verebar nè id ità caderet, (quod etiam nunc vereor) nè antequam tu &c.* Cæterùm Xenophonti animo obversata est Homerica narratio, *Odyss.* ί. v. 83 et seq.

—— αὐτὰρ δεκάτῃ ἐπέβημεν
Γαίης Λωτοφάγων, οἵτ' ἄνθινον εἶδαρ ἔδουσιν.

Mox,

Οὐδ' αἶψ' οἰχόμενοι μίγεν ἀνδράσι Λωτοφάγοισιν·
Οὐδ' ἄρα Λωτοφάγοι μήδονθ' ἑτάροισιν ὄλεθρον
Ἡμετέροις, ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι.
Τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν,
Οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι·

" οἱ λωτοφάγοι, ἐπιλαθώμεθα τῆς οἴκαδε ὁδοῦ. Δοκεῖ οὖν
" μοι εἰκὸς καὶ δίκαιον εἶναι, πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ
" πρὸς τοὺς οἰκείους πειρᾶσθαι ἀφικνεῖσθαι· καὶ ἐπιδεῖξαι
" τοῖς Ἕλλησιν ὅτι ἑκόντες [a] πένονται, ἐξὸν αὐτοῖς, τοὺς νῦν
" οἴκοι [b] ἀκλήρους πολιτεύοντας ἐνθάδε κομισαμένους, πλου-
" σίους ὁρᾷν. Ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες, πάντα ταῦτ' ἀγαθὰ
" δηλονότι [c] τῶν κρατούντων ἐστί. [d] Τοῦτο δὴ δεῖ λέγειν,
" πῶς ἂν πορευοίμεθά τε ὡς ἀσφαλέστατα, καὶ, εἰ μάχεσ-
" θαι δέοι, ὡς κράτιστα μαχοίμεθα. Πρῶτα μὲν τοίνυν,
" ἔφη, δοκεῖ μοι κατακαῦσαι τὰς ἁμάξας, ἃς ἔχομεν· ἵνα
" μὴ [e] τὰ ζεύγη ἡμῶν στρατηγῇ, ἀλλὰ πορευώμεθα ὅποι
" ἂν τῇ στρατιᾷ συμφέρῃ· ἔπειτα καὶ τὰς σκηνὰς συγκα-
" τακαῦσαι. Αὗται γὰρ αὖ [f] ὄχλον μὲν παρέχουσιν ἄγειν,

" neris obliviscamur. Quamobrem consentaneum et æquum mihi esse vide-
" tur, primùm ut in Græciam et ad propinquos redire conemur; ac Græcis
" ostendamus suâ *ipsos* sponte pauperes esse, cùm liceat iis, huc si dedux-
" erint eos qui domi jam vitam agunt inopem, opulentos videre. Sed enim,
" viri, hæc omnia bona sunt eorum utique qui vincunt. De eo jam dicen-
" dum, quo pacto quàm tutissimè profecturi simus, ac, si prælio decertan-
" dum sit, quàm optimè prælium ineamus. Itaque primùm plaustra, quæ
" habemus, comburenda censeo; *nè sarcinaria* nobis imperent vehicula, sed
" quocunque exercitui conducat, pergamus: deinde etiam tabernacula unà
" comburenda. Nam horum item vectura negotium nobis facessit, neque

Ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι Λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.
Τοὺς μὲν ἐγὼν &c.

Plin. N. H. l. 13. c. 17. *Eadem Africa, quæ vergit ad nos, insignem arborem loton gerit — tam dulci ibi cibo, ut nomen etiam genti terræque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ.* Vide sis etiam quæ ad *Quinctil.* l. 5. c. 8. notavit celeb. *Burmannus.*

a Πένονται ἐξὸν &c.] *Hesych.* Πένεται, πονεῖ, ἐνεργεῖ, ἀχρηματεῖ, κάμνει. *Phavorin.* Πένομαι, πένης εἰμί. De participio ἐξὸν vide p. 133. n. a.

b Ἀκλήρους πολιτεύοντας] *Hesych.* Ἀκλήρῳ, μὴ ἔχοντι κλῆρον μήτε οὐσίαν, ἤτοι πτωχῷ. Respexit, opinor, Homeri *Odyss.* λ'. v. 489.

Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,

Porro, πολιτεύοντας denotat hìc (non eos, *qui rempublicam administrant, magistratu funguntur,* sed) privatos, *qui in republicâ versantur,* et ejus legibus ac institutis vivunt. *Thucyd.* l. 2. ferè medio: Ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι, *i. e. in horum etiam civitate viri præstantissimi versantur.* Idem l. 4. propiùs fin. πρὸς τοὺς ἐμπολιτεύοντας σφῶν ἐκεῖ, i. e. — *qui illic degebant.* Hesych. Πολιτεία, ἡ πόλις ἢ βίος.

c Τῶν κρατούντων ἐστί.] Vide p. 93. n. d. et K. Π. p. 110. et p. 260. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

d Τοῦτο δὴ] *Stephanus:* Fortassis δὲ scribendum est.

e Τὰ ζεύγη ἡμῶν στρατηγῇ,] Locutio haud ità dissimilis isti, quâ usus est p. 105. ἡ δὲ τύχη ἐστρατήγησε κάλλιον.

f Ὄχλον μὲν παρέχουσιν ἄγειν,] Pro — ἐν τῷ ἄγεσθαι. Similiter suprà p. 116. vim passivam verbo ἐνεργητικῷ tribuit: ubi vide scripta n. a.

" συνωφελοῦσι δὲ οὐδὲν οὔτε εἰς τὸ μάχεσθαι, οὔτ' εἰς τὸ
" τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν. Ἔτι δὲ τῶν ἄλλων σκευῶν τὰ περιττὰ
" ἀπαλλάξωμεν, πλὴν ὅσα πολέμου ἕνεκεν, ἢ σίτων, ἢ πο-
" τῶν ἔχομεν· ἵν' ὡς πλεῖστοι μὲν ἡμῶν [a] ἐν τοῖς ὅπλοις
" ὦσιν, ὡς ἐλάχιστοι δὲ σκευοφορῶσι. [b] Κρατουμένων μὲν
" γὰρ ἐπίστασθε ὅτι πάντα ἀλλότρια· ἢν δὲ κρατῶμεν, καὶ
" τοὺς πολεμίους δεῖ σκευοφόρους ἡμετέρους νομίζειν. Λοι-
" πόν μοι εἰπεῖν, ὅπερ καὶ μέγιστον νομίζω εἶναι· [c] Ὁρᾶτε
" γὰρ καὶ τοὺς πολεμίους, ὅτι οὐ πρόσθεν ἐξενεγκεῖν ἐτόλ-
" μησαν πρὸς ἡμᾶς πόλεμον, [d] πρὶν τοὺς στρατηγοὺς ἡμῶν
" συνέλαβον, νομίζοντες, ὄντων μὲν τῶν ἀρχόντων, καὶ ἡμῶν
" πειθομένων, ἱκανοὺς εἶναι ἡμᾶς περιγενέσθαι τῷ πολέμῳ·
" [e] λαβόντας δὲ τοὺς ἄρχοντας, [f] ἀναρχίᾳ ἂν καὶ ἀταξίᾳ
" ἐνόμιζον ἡμᾶς ἀπολέσθαι. Δεῖ οὖν πολὺ μὲν τοὺς ἄρ-

" quidquam vel ad pugnam, vel ad commeatum comparandum adjumenti
" adferunt. Præterea in vasis reliquis quæ supervacanea sunt amoveamus,
" exceptis iis, quæ ad belli, vel cibi, vel potûs usus habemus: ut quàm
" plurimi nostrûm inter armatos sint, quàm paucissimi impedimenta vehant.
" Nôstis enim omnia, victi quibus potiantur, aliena *fieri:* atque adeò si vice-
" rimus, hostes ipsos in illorum habere loco debemus, nostra qui vehant
" impedimenta. Reliquum *est* ut de eo dicam, quod maximum esse arbi-
" tror: Videtis certè etiam hostes non ante bello nos ausos fuisse lacessere,
" quàm duces nostros comprehendissent; quippe qui existimabant, quamdiu
" duces *nobis* essent, ac nos *iis* pareremus, *fore ut hostibus* bello superandis
" sufficeremus: verùm ubi duces ceperint, nos eorum qui præessent orbitate
" ordinísque perturbatione perituros arbitrabantur. Quamobrem præfectos

a Ἐν τοῖς ὅπλοις] Vide p. 102 n. b.

b Κρατουμένων γὰρ &c.] Adi loca suprà paulò citata præced. p. n. c. Perperam libri quidam exhibent articulum τὰ ante ἀλλότρια. Nos MStum Eton. et edit. *Steph.* sequimur. Cum autem ἀλλότρια intelligas oportet ἐστί, quod passim deficit.

c Ὁρᾶτε γὰρ τοὺς &c.] De structurâ vide p. 69. n. c.

d Πρὶν τοὺς — συνέλαβον] Vide p. 136. n. a.

Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ, ἐπεὶ κατεστρατοπεδεύοντο οἱ Ἕλληνες κώμαις ἐπιτυχόντες, ἀπῆλθον οἱ βάρβαροι, μεῖον ἔχοντες ἐν τῇ τότε ἀκροβολίσει· τὴν δὲ ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἔμειναν οἱ Ἕλληνες, καὶ [e] ἐπεσιτίσαντο· ἦν γὰρ πολὺς σῖτος ἐν ταῖς κώμαις. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπορεύοντο διὰ τοῦ πεδίου, καὶ Τισσαφέρνης εἵπετο [f] ἀκροβολιζόμενος. Ἔνθα δὴ οἱ Ἕλληνες ἔγνωσαν, ὅτι [g] πλαίσιον ἰσόπλευρον πονηρὰ

Persæ, *quámque* plurimi de sagittariis, tela mittebant. Sunt et Persici arcus magni: adeò ut omnes quæ caperentur sagittæ Cretensibus usui essent; atque deinceps sagittis hostium perpetuò utebantur, *eásque* sursum excutiendo ad longè ejaculandum se exercebant. Quin et multi nervi plumbúmque in vicis reperiebantur; quibus ad fundas uterentur.

Atque hoc die, posteaquam Græci in vicos delati castra locâssent, barbari discedebant, tunc temporis *factâ* velitatione inferiores: postridie verò Græci *ibidem* manserunt, ac cibaria parabant: *istis* enim in vicis magna erat frumenti copia. Postridiè per planitiem faciebant iter, ac Tissaphernes eos missilibus eminùs lacessens sequebatur. Ibi tum animadvertêre Græci, agmen quadratum, in latera æqualia dispositum, incommodam hostibus se-

a Μεγάλα δὲ καὶ τὰ &c.] *Herodot.* l. 5. c. 49. de Persis; ἥτε μάχη αὐτῶν ἐστι τοιῆδε, τόξα, καὶ αἰχμὴ βραχέα: quibus ex verbis *Brisson*. de regno Pers. l. 3. perperam colligit, breves fuisse Persarum arcus. Adjectivum autem illud αἰχμὴ sibi soli vindicat, ad τόξα minimè transferendum. Clariùs de ejusdem populi armaturâ pleniúsque ipse *Herodot*. l. 7. c. 61. αἰχμὰς δὲ βραχέας εἶχον, τόξα δὲ μεγάλα. Ludum eundem, atque *Brissonius*, ludit ad *Æschyl*. p. 759. *Stanleius*. Sic aliàs utique, nec mirum, somno sopiti videntur auctores, cùm lectores reverà dormitant.

b Τῶν τοξευμάτων,] Adi p. 67. n. g.

c Ἐμελέτων] Vim verbi expositam videre est K. Π. p. 13. Edit. Oxon. 1727.

d Μόλιβδος] Ità MS. Eton. edit. *Ald*. et *Steph*. In *Leunclav*. scribitur μόλυβδος; et rectiùs quidem, *Phavorino* judice: cujus hæc sunt verba. Μόλιβος καὶ μόλυβδος· εἰ μὲν ῑ ἐστὶ, τὸ δ̄ οὐκ ἔστιν· εἰ δὲ ῡ, τὸ δ̄ ἔχει. Conf. p. 188. n. d.

e Ἐπεσιτίσαντο·] Adi sis p. 39. n. f.

f Ἀκροβολιζόμενος.] *Hesych*. Ἀκροβολίζει· ἀκοντίζει, πόῤῥω ἰών. Ἀκροβολίζεσθαι, τὸ ἐν πολέμῳ κατάρχεσθαι συμβουλιῶν. Lego, συμβολῶν. *Phavorin*. Ἀκροβολισάμενοι, τῆς συμβολῆς ἐν τῷ πολέμῳ ἀρξάμενοι, ἢ ἀκοντίσαντες. Ἀκροβολισμὸς δέ ἐστιν, ὅτε πρὶν συμβάλλουσιν οἱ πολέμιοι, ἀλλήλους βάλλουσι τοῖς βέλεσι καὶ τοῖς λίθοις.

g Πλαίσιον ἰσόπλευρον] *Arrian*. Tact. p. 69. edit. Blanc. Πλαίσιον δὲ ὀνομάζεται, ὁπόταν πρὸς πάσας τὰς πλευρὰς παρατάξη-

τάξις εἴη πολεμίων ἑπομένων. Ἀνάγκη γάρ ἐστιν, ἢν μὲν συγκύπτῃ τὰ κέρατα τοῦ πλαισίου, ἢ ὁδοῦ στενοτέρας οὔσης, ἢ ὀρέων ἀναγκαζόντων, ἢ γεφύρας, [a] ἐκθλίβεσθαι τοὺς ὁπλίτας, καὶ πορεύεσθαι πονήρως, ἅμα μὲν πιεζομένους, ἅμα δὲ καὶ ταραττομένους· ὥστε δυσχρήστους εἶναι ἀνάγκη, ἀτάκτους ὄντας. Ὅταν δ' αὖ [b] διασχῇ τὰ κέρατα, ἀνάγκη διασπᾶσθαι τοὺς τότε ἐκθλιβομένους, καὶ κενὸν γίγνεσθαι τὸ μέσον τῶν κεράτων, καὶ ἀθυμεῖν τοὺς ταῦτα πάσχοντας, τῶν πολεμίων ἑπομένων. Καὶ ὁπότε δέοι γέφυραν διαβαίνειν, ἢ ἄλλην τινὰ [c] διάβασιν, ἔσπευδεν ἕκαστος, βουλόμενος φθάσαι πρῶτος· καὶ [d] εὐεπίθετον ἦν ἐνταῦθα τοῖς πολεμίοις. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἔγνωσαν οἱ στρα-

quentibus esse aciem. Necesse est enim, si agminis quadrati cornua coïerint, cùm vel angustior *paulò* via est, vel montes *ità facere* cogunt, vel pons *aliquis*, ut gravis armaturæ milites loco suo in artum compressi extrudantur, ægréque procedant, cùm partim premantur, partim etiam perturbentur: adeò ut, ordinibus turbatis, vix ullum *eorum* esse usum necesse sit. Ubi verò cornua rursùs diducantur, divelli eos necesse est, qui tum in artum compressi loco suo extrudebantur, atque medium inter cornua spatium vacuum fieri, animísque angi *milites* hæc quibus accidant, hostibus sequentibus. Et cùm pons transeundus esset, vel quid aliud superandum, unusquisque properabat, *cæteris* antevertendi studio abreptus: atque adeò faciliùs ibi tum ab hostibus invadi possent. Hæc cùm duces animadvertissent,

ταί τις ἐν ἑτερομήκει σχήματι· πλινθίον δὲ, ὅταν ἐν τετραγώνῳ σχήματι αὐτὸ τοῦτο πράξῃ, (fors. πράξῃς) ὅπερ Ξενοφῶν ὁ τοῦ Γρύλλου πλαίσιον ἰσόπλευρον καλεῖ. Jam suprà p. 65. n. g. ab *Hesychio* et *Scholiaste* Thucyd. σχῆμα τετράγωνον πλαισίῳ tribuitur: ubi tamen non quælibet intelligenda est quadrata figura, sed ea tantùm, cujus inæqualia sunt latera. Quòd si πλαίσιον fiat ἰσόπλευρον, tum demum uno nomine dicitur πλινθίον: quod à πλαισίῳ simplici sic distinguitur, ut istius quidem figura sit quadrata, lateribus æquis: hujus itidem quadrata, sed oblonga. Vide *Ælian.* Tact. c. 41. et *Indic. Tact.* K. Π. adjectum. Edit. Oxon. 1727.

a Ἐκθλίβεσθαι] Ad hoc verbum ex Bibl. tantùm interp. unicum adferunt exemplum Lexicographi.

b Διασχῇ] Opponitur, τῷ συγκύπτειν, quod modò præcessit. *Æ. Porto* scribendum videtur παρεξυτόνως διάσχῃ.

c Διάβασιν] Suprà p. 110. speciatim poni videtur διάβασις pro eo omni, quod pontis vicem præstet: unde *Phavorino* est γέφυρα. Hìc sensu laxiore dicitur de loco seu viâ quâvis, ponte excepto, cujus transitus sit paulò difficilior et periculosior: hujusmodi sunt ὄρη, ὁδοὶ στενότεραι &c. de quibus modò suprá.

d Εὐεπίθετον] *Scil.* πλαίσιον ex p. præced. petendum; nisi fortè mavis στράτευμα. Cæterùm, nomen illud agnoscunt quidem Lexica, non item nominis auctorem. *Thomas Magist.* Εὐεπίθετος, ὁ εὐκόλως (lege, εὔκολος) εἰς ἐπιτίθεσιν, (fors. ἐπίθεσιν) ἤτοι ὁ εὐεπιχείρητος. *Thucyd.* quem et *Thomas* citat, l. 6. c. 34. καὶ ἡμῶν ἂν εὐεπίθετος εἴη, &c. *Schol.* εὐεπιχείρητος ἡμῖν &c. Alia exempla Cel. *Grammius* ex *Aristot.* et *Dione Cass.* adduxit.

τηγοὶ, ἐποιήσαντο ἓξ [a] λόχους ἀνὰ ἑκατὸν ἄνδρας, καὶ λοχαγοὺς ἐπέστησαν, καὶ ἄλλους [b] πεντηκοντῆρας, καὶ ἄλλους [c] ἐνωμοτάρχας. Οὗτοι δὲ πορευόμενοι οἱ λοχαγοὶ, ὁπότε μὲν συγκύπτοι τὰ κέρατα, ὑπέμενον ὕστεροι, ὥστε μὴ ἐνοχλεῖν τοῖς κέρασι· τότε δὲ [d] παρῆγον ἔξωθεν τῶν κεράτων. Ὁπότε δὲ διάσχοιεν αἱ πλευραὶ τοῦ πλαισίου, τὸ μέσον ἀνεξεπίμπλασαν, εἰ μὲν στενότερον εἴη τὸ διέχον, κατὰ τοὺς λόχους· εἰ δὲ πλατύτερον, κατὰ [e] πεντηκοστῦς· εἰ δὲ πάνυ πλατὺ, κατ' [f] ἐνωμοτίας· ὥστε ἀεὶ ἔκπλεων εἶναι τὸ μέσον. Εἰ δὲ καὶ [g] διαβαίνειν τινὰ δέοι διάβασιν ἢ γέφυραν, οὐκ ἐταράττοντο, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει αἱ λοχαγοὶ

cohortes sex instituêre, *quarum* singulæ viros centum *haberent*, iisque ductores præfecerunt; et alios quinquaginta militum præfectos, aliósque enomotarchas. Hi cohortium præfecti in itinere faciendo, cùm quidem coïrent cornua, postremi subsistebant, ut nè quid negotii cornibus facesserent: tum autem extra cornua promovebant. Cùm verò quadrati agminis latera diducerentur, medium complebant, si quidem artius esset quod diductum erat, per cohortes; sin latius, per pentecostuas; sin latissimum, per enomotias: adeò ut medium semper expletum esset. Ac si quid superandum esset vel pons transeundus, non erant perturbati, sed deinceps cohortium præfecti

a Λόχους] Sonat hìc λόχος generatim στρατηγικὸν τάγμα: quot autem militibus plerumque constabat, diximus in *Indice Tact.* K. Π. adjecto. Edit. Oxon. 1727.

b Πεντηκοντῆρας,] I. e. πεντηκοστύων, de quibus mox infrà, præfectos. Iidem Nostro, in Λακεδαιμ. Πολ. dicuntur πεντηκοστῆρες, πεντηκοντατῆρες *Thucydidi* l. 5. c. 66. Ubi *Scholiastes* hæc: Ὅρα τὴν τάξιν τῆς ἀρχῆς· πρῶτος, βασιλεύς· δεύτερος, πολέμαρχος· τρίτος, λοχαγός· τέταρτος, πεντηκοντήρ (utì scribitur apud hunc locum Xenoph.) πέμπτος, ἐνωμοτάρχης.

c Ἐνωμοτάρχας,] *Scil.* τοὺς τῆς ἐνωμοτίας ἡγουμένους, utì tradunt *Ælian.* c. 5. et *Arrian.* p. 21.

d Παρῆγον] Adi K. Π. p. 146. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

e Πεντηκοστῦς·] Erat autem πεντηκοστὺς dimidia λόχου pars, ex militibúsque adeò quinquagenis constabat, utì nomen ipsum indicare videtur. Haud paulo aliter de acie Laconicâ *Thucyd.* l. 5. c. 68. ἐν δὲ ἑκάστῳ λόχῳ πεντηκοστύες ἦσαν τέσσαρες: *Schol.* ἡ πεντηκοστὺς συνίσταται ἀπὸ ἀνδρῶν ἑκατὸν εἰκοσιοκτώ· ὁ δὲ λόχος, τούτων τετραπλασίων, γίνεται ἀνδρῶν πεντακοσίων καὶ δυοκαίδεκα. Quibus πεντηκοστὺς est quarta tantùm, non dimidia, λόχου pars.

f Ἐνωμοτίας.] *Hesych.* Ἐνωμοτία, τάξις τις διὰ σφαγίων ἐνώμοτος. *Suidæ* est τάξις τις στρατιωτικὴ ἀνδρῶν ἰ καὶ κ', παρὰ Λακεδαιμονίοις. εἴρηται δὲ ἐκ τοῦ ὀμνύναι αὐτοὺς μὴ λείψειν τὴν τάξιν. Sic ferè Etymol. m. auctor. *Phavor.* Ἐνωμοτία, τὸ ἥμισυ τοῦ λόχου — οἱ δὲ τὸ τέταρτον τοῦ λόχου· καὶ ἐνωμοτάρχης ὁ αὐτῆς ἄρχων. Apud hunc autem et Etymol. auctorem scribitur etiam ἐνώμοτις. Alium, atque *Suidas*, numerum militum ἐνωμοτίᾳ tribuit *Scholiastes Thucyd.* ad l. modò cit. nam pro viginti quinque, quos ei concedit *Suidas*, auctore *Schol.* ἔχει ἑκάστη ἐνωμοτία ἄνδρας τριάκοντα δύο: nempe, apud Lacedæmonios; quibus ea vox propria. *J. Poll.* l. 1. segm. 129. Ἰδίως μέντοι Λακεδαιμονίων, ἐνωματία καὶ μοῖρα: pro quibus reposuerimus cum *Cantero* ἐνωμοτία καὶ μόρα. Sed de his olim plura ad Xenophontis Λακεδ. Πολιτ. et lib. proximè sequentem.

g Διαβαίνειν τινὰ &c.] Confer. p. 23. n. d. et locis ibi notatis adde Luc. II. 9. 1 Pet. III. 14. Apoc. XVII. 6. De voce διάβασις vide modò scripta p. 196. n. c.

διέβαινον· καὶ εἴ που δέοι τι τῆς [a] φάλαγγος, ἐπιπαρῆσαν οὗτοι. Τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τέτταρας.

Ἡνίκα δὲ τὸν πέμπτον ἐπορεύοντο σταθμὸν, εἶδον [b] βασίλειόν τι, καὶ περὶ αὐτὸ κώμας πολλάς· τήν τε ὁδὸν πρὸς τὸ χωρίον τοῦτο διὰ γηλόφων ὑψηλῶν γιγνομένην, οἳ καθῆκον ἀπὸ τοῦ ὄρους, ὑφ᾽ ᾧ ἦν κώμη. Καὶ εἶδον μὲν τοὺς γηλόφους ἄσμενοι οἱ Ἕλληνες, ὡς εἰκὸς, τῶν πολεμίων ὄντων ἱππέων. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενοι ἐκ τοῦ πεδίου ἀνέβησαν ἐπὶ τὸν πρῶτον [c] γήλοφον, κατέβαινον ὡς ἐπὶ τὸν ἕτερον ἀναβαῖεν. Ἐνταῦθα παραγίνονται οἱ βάρβαροι, καὶ ἀπὸ τοῦ [d] ὑψηλοῦ ἐπὶ τὸ πρανὲς [e] ἔβαλλον, ἐσφενδόνων, ἐτόξευον [f] ὑπὸ μαστίγων· καὶ πολλοὺς κατετίτρωσκον, καὶ ἐκράτησαν τῶν Ἑλλήνων γυμνητῶν, καὶ [g] κατέκλεισαν αὐτοὺς εἴσω τῶν ὅπλων· ὥστε παντάπασι ταύτην τὴν ἡμέραν ἄχρηστοι ἦσαν, [h] ἐν τῷ ὄχλῳ ὄντες, καὶ οἱ σφενδονῆται καὶ οἱ

transibant: et sicubi phalange opus esset, aderant isti. Hâc ratione ad quarta castra progressi sunt.

Ad quinta cùm progrederentur castra, regiam quandam conspexerunt, et circum eam multos vicos; viámque ad locum hunc per colles editos ducentem, qui à monte, sub quo vicus erat, *eò* pertinebant. Ac Græci quidem colles *istos* libentes videbant, utì consentaneum *erat*, quippe quorum hostes erant equites. Cùm verò pergentes iter è planitie primum in collem adscendissent, *rursum* descendebant ut in alterum adscenderent. Ibi tum aderant barbari, déque excelso per declivia *montis* jaculabantur, fundas torquebant, sagittas mittebant, sub flagellis; multósque *adeò* vulnerabant, et Græcos leviter armatos superârunt, intráque gravis armaturæ milites eos concluserunt: adeò ut nulli omnino usui die isto funditores essent et sagit-

a Φάλαγγος] Respice p. 186. n. b.

b Βασίλειόν τι,] Intellige δῶμα. Sic et Luc. II. 14. vox eadem deest in ὑψίστοις: scil. δώμασι. Et K. Π. p. 151. Edit. Oxon. 1727. Alibi passim.

c Γήλοφον, κατέβαινον &c.] *Stephanus* mavult καὶ κατέβαινον, ut ante ἐνταῦθα hypostigme tantùm poneretur. Ipse τελείαν ibi στιγμὴν cum *Leunclav.* non invitus posui.

d Ὑψηλοῦ ἐπὶ τὸ πρανὲς] Ad utrumque adject. petas oportet ex nomine χωρίου supplementum: quod deest etiam in ἐπιπέδῳ, K. Π. p. 95. et aliàs sæpissimè. Edit. Oxon. 1727.

e Ἔβαλλον, ἐσφενδόνων &c.] Fervet opus: quod et verba hæc ἀσυνδέτως prolata significanter indicant. Lege omnino K. Π. p. 488. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

f Ὑπὸ μαστίγων,] *Muretus* unâ voce legit ὑπομαστίγων. Sed vulgata satìs sana est lectio; quam et eadem loquendi ratio alios apud auctores inventa confirmat. *Herodot.* l. 7. c. 21. de copiis Xerxis Athon effodere adgressis, ὤρυσσον ὑπὸ μαστίγων παντοδαποὶ τῆς στρατιῆς, i. e. *omnes copiæ sub flagellis ceperunt Athon effodere* — Similiter *Plutarch.* de iisdem, lib. περὶ εὐθυμ. p. 470. Ἴδε καὶ τοὺς ὑπὸ μάστιξι διορύττοντας τὸν Ἄθω, i. e. *inspice etiam eos, qui flagellis urgentibus &c.*

g Κατέκλεισαν αὐτοὺς εἴσω &c.] Vide p. 185. n. a.

h Ἐν τῷ ὄχλῳ &c.] *Ammonius:* Πλῆ-

τοξόται. Ἐπεὶ δὲ πιεζόμενοι οἱ Ἕλληνες ἐπεχείρησαν διώκειν, σχολῇ μὲν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἀφικνοῦνται, ὁπλῖται ὄντες· οἱ δὲ πολέμιοι ταχὺ ἀπεπήδων. Πάλιν δὲ, ὁπότε ἀπίοιεν [a] πρὸς τὸ ἄλλο στράτευμα, ταυτὰ ἔπασχον· καὶ ἐπὶ τοῦ δευτέρου γηλόφου ταυτὰ ἐγίγνετο· ὥστε ἀπὸ τοῦ τρίτου γηλόφου ἔδοξεν αὐτοῖς μὴ κινεῖν τοὺς στρατιώτας· πλὴν ἀπὸ τῆς δεξιᾶς πλευρᾶς τοῦ πλαισίου ἀνήγαγον πελταστὰς πρὸς τὸ ὄρος. Ἐπεὶ δ' οὗτοι ἐγένοντο ὑπὲρ τῶν ἑπομένων πολεμίων, οὐκέτι ἐπετίθεντο οἱ πολέμιοι τοῖς καταβαίνουσι· δεδοικότες μὴ ἀποτμηθείησαν, καὶ ἀμφοτέρωθεν αὐτῶν γένοιντο οἱ πολέμιοι. Οὕτω [b] τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας πορευόμενοι, οἱ μὲν τῇ ὁδῷ κατὰ τοὺς γηλόφους, οἱ δὲ κατὰ τὸ ὄρος ἐπιπαριόντες, ἀφίκοντο εἰς τὰς κώμας, [c] καὶ ἰατροὺς κατέστησαν ὀκτώ· πολλοὶ γὰρ ἦσαν οἱ τετρωμένοι.

Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ τῶν τετρωμένων ἕνεκα, καὶ ἅμα ἐπιτήδεια πολλὰ εἶχον, ἄλευρα, οἶνον, κριθὰς ἵπποις συμβεβλημένας πολλάς. Ταῦτα δὲ [d] συνηγ-

tarii, quippe qui in turbâ erant. Cùm autem Græci *prælio* pressi *hostes* persequi adgrederentur, tardè in verticem perveniebant, ut qui gravi armaturâ *onerarentur:* at hostes celeriter resiliebant. Rursùm, cùm ad aliud agmen tenderent, idem ipsis accidebat: hoc etiam in altero colle ipsis usu veniebat; quare statuerunt de colle tertio milites non movere; verùm à latere dextro quadrati agminis peltastas in montem subducebant. Illi cùm supra hostes, qui ipsos sequebantur, evasissent, non jam ampliùs descendentes adoriebantur hostes; propterea quòd metuerent nè *à suis* abscinderentur, et utrinque ipsis adessent hostes. Ità cùm reliquum diei pergerent, alii viâ *quæ* per colles *ducebat*, alii per montem progressi, ad vicos perveniebant, ibique medicos octo constituêre; nam multi erant vulnerati.

Hìc triduum commorati sunt, cùm vulneratorum causâ, tum etiam quòd commeatûs adfatim haberent, farinam, vinum, hordeum multum equis congestum. Hæc autem *omnia* in usum ejus, qui regionis erat satrapa, fue-

θος καὶ Ὄχλος διαφέρει. Πλῆθος μὲν γάρ ἐστι σύστημά τινων· ὄχλος δὲ κυρίως ὄχλησις. *Phavorin.* Ὄχλος, ἡ ὄχλησις παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Rectiùs *Thom. Magister:* Ὄχλος, καὶ τὸ πλῆθος, καὶ ἡ ὄχλησις. Suprà Xenophon p. 180. 184. de multitudine militari, seu inermi turbâ ad rem gerendam minùs aptâ, vocem istam adhibuit. Cæterùm, *οἱ σφενδονῆται καὶ οἱ τοξόται* sunt, qui suprà modò nomine *γυμνητῶν* dicti sunt, et *τοῖς ὅπλοις*, i. e. *ὁπλίταις*, opponi solent.

a Πρὸς τὸ ἄλλο στράτευμα,] *Scil.* barbarorum.

b Τὸ λοιπὸν τῆς &c.] Vide p. 191. n. b.

c Καὶ ἰατροὺς &c.] Lege p. 71. n. d. et K. Π. p. 77. Edit. Oxon. 1727.

d Συνηγμένα ἦν τῷ &c.] Reddi etiam possunt, *à satrapâ coacta:* sic p. 189. *τῷ Κλεάρχῳ καταλελειμμένους*, sonant *à Clear-*

μένα ἦν [a] *τῷ σατραπεύοντι τῆς χώρας. Τετάρτῃ δ' ἡμέρᾳ καταβαίνουσιν εἰς τὸ πεδίον. Ἐπεὶ δὲ* [b] *κατέλαβεν αὐτοὺς Τισσαφέρνης σὺν τῇ δυνάμει, ἐδίδαξε τοὺς Ἕλληνας τῇ ἀνάγκῃ κατασκηνῆσαι οὗ πρῶτον εἶδον κώμην, καὶ μὴ πορεύεσθαι ἔτι μαχομένους· πολλοὶ γὰρ ἦσαν* [c] *ἀπόμαχοι, τετρωμένοι, καὶ οἱ ἐκείνους φέροντες, καὶ οἱ τῶν φερόντων τὰ ὅπλα δεξάμενοι. Ἐπεὶ δὲ* [d] *κατεσκήνησαν, καὶ ἐπεχείρησαν αὐτοῖς* [e] *ἀκροβολίζεσθαι οἱ βάρβαροι πρὸς τὴν κώμην προσιόντες, πολὺ περιῆσαν οἱ Ἕλληνες·* [f] *πολὺ γὰρ διέφερεν,* [g] *ἐκ τῆς χώρας ὁρμῶντας ἀλέξασθαι, ἢ πορευομένους ἐπιοῦσι τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι. Ἡνίκα δ' ἦν ἤδη* [h] *δείλη, ὥρα ἦν ἀπιέναι τοῖς πολεμίοις· οὔποτε γὰρ μεῖον ἀπεστρατοπεδεύοντο οἱ βάρβαροι* [i] *τοῦ Ἑλληνικοῦ ἑξήκοντα σταδίων, φοβούμενοι μὴ* [k] *τῆς νυκτὸς ἐπιθοῖντο αὐτοῖς.*

rant comportata. Cæterùm die quarto in planitiem descendunt. Cúmque Tissaphernes *suis* cum copiis eos adsecutus esset, docuit Græcos ipsis castra necessariò vicum ubi primùm conspexerunt esse ponenda, neque *jam* ampliùs iter faciendum simul et pugnandum: multi enim ad pugnam, vulnera quòd acceperant, inutiles erant, itidém*que* illos qui portabant, quíque horum, *vulneratos* qui portabant, arma acceperant. Cùm *jam* castra metati essent, ac barbari ad *ipsum usque* vicum progressi velitationibus eos adgrederentur, longè superiores erant Græci: nam multùm præstabat, facto ex statione impetu vim à se propulsare, quàm inter proficiscendum adversùs irruentes hostes dimicare. Cùm jam advesperasceret, hostibus erat abeundi tempus: non enim unquam barbari castra minùs sexaginta stadiis à Græcis *copiis* distantia metabantur; quippe metuebant nè *Græci* noctu ipsos inva-

cho relictos. Porro, suprà Noster τῷ σατραπεύω casum adjunxit accusativum, p. 55. τὰ δ' ἐν μέσῳ τούτων ἅπαντα σατραπεύουσιν οἱ &c.

a Τῷ σατραπεύοντι τῆς &c.] Consule *Dissertat*. II. p. 51. K. Π. præmissæ Edit. Oxon. 1727.

b Κατέλαβεν] Suprà p. 191. sine casu posuit.

c Ἀπόμαχοι] *Phavor*. et *Suidæ* sunt οἱ ἐκτὸς τοῦ πολέμου γεγονότες.

d Κατεσκήνησαν,] Adi p. 106. n. d.

e Ἀκροβολίζεσθαι] Vide p. 195. n. f.

f Πολὺ γὰρ &c.] MS. Eton. et edit. *Ald*. ἐν ᾗ περιῆσαν: rectè; si quid tamen mutandum. Sic ferè suprà p. 174. Ἐνὶ μόνῳ προέχουσιν &c.

g Ἐκ τῆς χώρας &c.] I. e. *ex statione pro castris*, sive *loco*, ubi κατεσκήνωσαν, et ἐν τάξει constiterunt. Cæterùm, ἀλέξασθαι sonat hìc *vim illatam*, *hostium impetum propulsando se tueri*. Vide p. 76. n. a. et p. 29. n. b. Similiter K. Π. p. 65. Edit. Oxon. 1727. Τί οὖν ἐστιν ἢ τοῦ ἀλέξασθαι δικαιότερον, ἢ &c.

h Δείλη] Respice p. 62. n. c.

i Τοῦ Ἑλληνικοῦ] Adi p. 54. n. c.

k Τῆς νυκτὸς ἐπιθοῖντο] Ante nomen deficit διὰ vel ἐπὶ, quâ de ellipsi vide p. 186. n. a. Sic K. Π. p. 96. Edit. Oxon. 1727. ἀλλὰ τῆς μὲν νυκτὸς, pro ἐπὶ vel διὰ &c. Porrò, verbum illud respicit ἄνδρες, Ἕλληνες vel στρατιῶται, qui in voce Ἑλληνικοῦ intelliguntur. In ed. *Steph*. legitur quidem — νυκτὸς οἱ Ἕλληνες &c. Vide p. 186. n. g. et loca ibi citata.

[a] Πονηρὸν γὰρ νυκτός ἐστι στράτευμα Περσικόν. Οἵτε γὰρ ἵπποι αὐτοῖς δέδενται, καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ πεποδισμένοι εἰσὶ, τοῦ μὴ φεύγειν ἕνεκα, εἰ λυθείησαν· ἐάν τε τὶς θόρυβος γίγνηται, δεῖ ἐπισάξαι τὸν ἵππον [b] Πέρσῃ ἀνδρὶ, καὶ χαλινῶσαι δεῖ, καὶ [c] θωρακισθέντα ἀναβῆναι ἐπὶ τὸν ἵππον. Ταῦτα δὲ πάντα [d] χαλεπὸν νυκτὸς, ἅτε καὶ θορύβου ὄντος, ποιεῖν. Τούτου ἕνεκα πόῤῥω [e] ἀπεσκήνουν τῶν Ἑλλήνων.

Ἐπεὶ δὲ ἐγίγνωσκον αὐτοὺς οἱ Ἕλληνες βουλομένους ἀπιέναι καὶ [f] διαγγελλομένους, [g] ἐκήρυξε τοῖς Ἕλλησι παρασκευάσασθαι, ἀκουόντων τῶν πολεμίων. [h] Καὶ χρόνον μέν τινα ἐπέσχον τῆς πορείας οἱ βάρβαροι· [i] ἐπειδὴ δὲ

derent. Etenim Persarum exercitus noctu incommodus est. Nam et equi ipsorum alligantur, ac plerumque pedicis constricti sunt, nè, si soluti sint, fugiant: et si quis incidat tumultus, homo Persicus equum insternat necesse est, necesse est etiam frenet, et ubi se loricâ munierit, equum conscendat. Hæc autem omnia noctu facere, quippe cùm tumultus sit *exortus*, difficile est. Hâc de causâ longè à Græcis castra habere remota solebant.

Cùm autem Græci animadverterent velle ipsos discedere, *eorúmque consilium* divulgatum esse, Græcis se quisque pararet *ità* edixit *præco*, ut hostes *rem* audirent. Itaque barbari aliquamdiu ab itinere faciendo sese cohibe-

a Πονηρὸν γὰρ νυκτὸς &c.] Confer K. Π. p. 218. Edit. Oxon. 1727. *Suidas:* Πεποδισμένοι· τοὺς πόδας δεδεμένοι — κατισχημένοι: deinde verba hæc Xenophontis, nonnihil mutata, utì fit, adducit. Idem verbum Ἐπισάξαι perperam exponit ἐπαναβῆναι: ad quod verbum etiam adfert locum hunc Xenophontéum. Quin et eodem nomine notandus venit *Phavorinus;* cui Ἐπισάξαι itidem ἐπαναβῆναι ἐπὶ τὸν ἵππον. MS. Eton. ἐπιπολὺ dat pro ἐπιτοπολὺ, *Suidas,* ἐπὶ τὸ πολύ. Vide sis p. 164. n. b.

b Πέρσῃ ἀνδρὶ,] Vide p. 47. n. d.

c Θωρακισθέντα &c.] Constructionis ratio postulare videtur θωρακισθέντι, ut ἀνδρὶ aptè respondeat. Sic apud *Hom.* Ιλ. α'. v. 541.

Αἰεί τοι φίλον ἐστὶν ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα,
Κρυπτάδια φρονέοντα &c.

pro ἐόντι — φρονέοντι. Et Noster suprà p. 177. ἐξὸν αὐτοῖς, τοὺς νῦν οἴκοι ἀκλήρους πολιτεύοντας ἐνθάδε κομισαμένους, pro κομισαμένοις. Sed tam Atticorum quàm Poëtæ πνεῦμα ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον.

d Χαλεπὸν νυκτὸς &c.] MS. Eton. χαλεπὰ νύκτωρ καὶ θορύβου ὄντος· τούτου &c. *Suidas* ad v. ἐπισάξαι: ταῦτα δὲ πάντα χαλεπὰ ποιεῖν νύκτωρ, καὶ θορύβου ὄντος. Muret: ἄλλως τε καὶ θορύβου. Edit. *Steph.* et *Leunclav.* lectionem exprimendam curavi.

e Ἀπεσκήνουν] Quod suprà modò dixit ἀπεστρατοπεδεύοντο.

f Διαγγελλομένους,] *Suidas:* Διαγγέλλων καὶ διαγγελλομένους, παρακελευομένους. Ξενοφῶν· Ἐγίνωσκον αὐτοὺς ἀπιέναι βουλομένους, καὶ διαγγελλομένους· ἢ ἀντὶ τοῦ φανερουμένους· δήλους γινομένους.

g Ἐκήρυξε] *Scil.* κῆρυξ τις. Adfinem huic ellipsin videre est p. 191. ubi lege n. c.

h Καὶ —— ἐπέσχον] De usu particulæ vide pag. 86. n. b. cum verbo intellige ἑαυτοὺς, quod et aliàs deficere solet. Act. XXVII. 43. ἀποῤῥίψαντας sonat ἀποῤῥίψαντας ἑαυτούς: idem supplementum postulat ἐπιδόντες ejusd. cap. v. 15. Plenè *Lucian.* Hist. ver. l. 1. p. 375. καὶ παραδόντες αὐτοὺς, et ibid. p. 385. ἐλλιπτικῶς dixit, καὶ ἀποῤῥίψαντες ἐνηχόμεθα, i. e. *cùm projecissemus nos* &c.

i Ἐπειδὴ δὲ ὀψὲ] Vide p. 105. n. e.

ὀψὲ ἐγίγνετο, ἀπῄεσαν· οὐ γὰρ ἐδόκει λυσιτελεῖν αὐτοῖς νυκτὸς πορεύεσθαι, καὶ κατάγεσθαι ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Ἐπειδὴ δὲ σαφῶς ἀπιόντας ἤδη ἑώρων οἱ Ἕλληνες, ἐπορεύοντο καὶ αὐτοὶ [a] ἀναζεύξαντες, καὶ διῆλθον ὅσον ἑξήκοντα σταδίους· καὶ γίγνεται [b] τοσοῦτον μεταξὺ τῶν στρατευμάτων, ὥστε τῇ ὑστεραίᾳ οὐκ ἐφάνησαν οἱ πολέμιοι, οὐδὲ τῇ τρίτῃ· τῇ δὲ τετάρτῃ, νυκτὸς [c] προελθόντες, καταλαμβάνουσι χωρίον ὑπερδέξιον οἱ [d] βάρβαροι, ᾗ ἔμελλον οἱ Ἕλληνες παριέναι, [e] ἀκρωνυχίαν ὄρους, ὑφ' ἣν ἡ κατάβασις ἦν εἰς τὸ πεδίον. Ἐπειδὴ δὲ ἑώρα Χειρίσοφος προκατειλημμένην τὴν ἀκρωνυχίαν, καλεῖ Ξενοφῶντα ἀπὸ τῆς οὐρᾶς· καὶ κελεύει λαβόντα τοὺς πελταστὰς [f] παραγίνεσθαι εἰς τὸ πρόσθεν. Ὁ δὲ Ξενοφῶν τοὺς μὲν πελταστὰς οὐκ ἦγεν· (ἐπιφαινόμενον γὰρ ἑώρα Τισσαφέρνην, καὶ τὸ στράτευμα πᾶν) αὐτὸς δὲ [g] προσελάσας ἠρώτα, Τί καλεῖς; Ὁ δὲ λέ-

bant: verùm ubi *jam* serum *diei* esset, abiêrunt: non enim ipsis conducere noctu proficisci, et in castra deduci videbatur. *Eos* verò Græci posteaquam jam manifestò discedentes viderent, etiam ipsi castris motis pergebant, et sexaginta circiter stadia emensi sunt: atque tantum inter exercitus spatii *relictum* est, ut neque die altero adparerent hostes, neque tertio: quarto verò, noctu progressi, locum superiorem occupant barbari, quà Græci transituri erant, *nimirum* montis verticem, sub quo descensus erat in planitiem. Cherisophus ubi verticem *istum* præoccupatum vidisset, Xenophontem ab agmine extremo arcessit; *eúm*que adsumptis sibi peltastis ad anteriorem *aciei* partem adesse jubet. At peltastas non duxit Xenophon; (nam Tissaphernem, totúmque *ejus* exercitum, se ostendere videbat) sed ipse advectus equo *ad Cherisophum*, Quamobrem *me* arcessis? inquit. Huic

a Ἀναζεύξαντες] *Phavor.* Ἀναζεύξας, ἀναστρατοπεδεύσας, ὑποστρέψας: priore sensu hìc loci, posteriore posuit Noster K. Π. p. 635. Edit. Oxon. 1727.

b Τοσοῦτον] *Scil.* διάστημα: quod et alibi deesse monuimus p. 63. n. a. et p. 185. n. d.

c Προελθόντες,] Vulgò, προσελθόντες: quod illius locum aliàs sæpè occupavit. Hujusmodi permutationis exempla videre est p. 88. n. d. *Stephano* et *Mureto* jam olim se probavit ea, quam recepimus, scriptura.

d Βάρβαροι, ᾗ] Lege p. 179. n. e.

e Ἀκρωνυχίαν ὄρους, ὑφ' ἣν &c.] Suprà modò p. 198. scripsit — ἀπὸ τοῦ ὄρους, ὑφ' ᾧ &c. Sed utrique casui ista solet inservire præpositio. *Suidas:* Ἀκρώνυξ — καὶ ἀκρωνυχία, τὸ ἄκρον τοῦ ὄρους: deinde locum hunc sic exscribit: Ἐπεὶ δὲ ἑώρα ὁ Χειρίσοφος προκατειλημμένην τὴν ἀκρωνυχίαν τοῦ ὄρους, ἀφ' ἧς ἡ κατάβασις &c. Ubi Cl. editor minùs rectè apud Xenophontem ὑφ' ἣν legi statuit. Mihi tamen nil mutandum videtur; cum ὑφ' ἣν ἡ κατάβασις &c. rectè cohæreant cum sequentibus istis, ὁ ὑπὲρ τῆς καταβάσεως λόφος.

f Παραγίνεσθαι εἰς τὸ πρόσθεν] De verbo lege p. 7. n. a. Cæterùm, cum τὸ πρόσθεν exaudi μέρος, scil. τοῦ στρατεύματος, utì mox cum τὰ ὄπισθεν intelligendum μέρη &c. Vide sis p. 181. n. a.

g Προσελάσας] *Scil.* ἵππον. Vide p. 191. n. e. MS. Eton. et ed. *Steph.* προελάσας.

γει αὐτῷ· Ἔξεστιν ὁρᾶν· προκατείληπται γὰρ ἡμῖν ὁ ὑπὲρ τῆς καταβάσεως λόφος, καὶ οὐκ ἔστι παρελθεῖν, εἰ μὴ τούτους ἀποκόψομεν. Ἀλλὰ τί οὐκ ἦγες τοὺς πελταστάς; Ὁ δὲ λέγει, ὅτι οὐκ ἐδόκει αὐτῷ ἔρημα καταλιπεῖν τὰ ὄπισθεν, ἐπιφαινομένων τῶν πολεμίων. Ἀλλὰ μὴν ὥρα γ', ἔφη, βουλεύεσθαι, πῶς τις τοὺς [a] ἄνδρας ἀπελᾷ τοῦ λόφου. Ἐνταῦθα Ξενοφῶν ὁρᾷ τοῦ ὄρους τὴν κορυφὴν [b] ὑπὲρ τοῦ ἑαυτῶν στρατεύματος οὖσαν, καὶ ἀπὸ ταύτης ἔφοδον ἐπὶ τὸν λόφον, ἔνθα ἦσαν οἱ πολέμιοι· καὶ λέγει, Κράτιστον, ὦ Χειρίσοφε, ἡμῖν ἵεσθαι ὡς τάχιστα ἐπὶ τὸ ἄκρον· ἐὰν γὰρ τοῦτο λάβωμεν, οὐ δυνήσονται μένειν ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ. Ἀλλ', εἰ βούλει, μένε ἐπὶ τῷ στρατεύματι· ἐγὼ δὲ ἐθέλω πορεύεσθαι· εἰ δὲ [c] χρήζεις, πορεύου ἐπὶ τὸ ὄρος, ἐγὼ δὲ μενῶ αὐτοῦ. Ἀλλὰ δίδωμί σοι, ἔφη ὁ Χειρίσοφος, ὁπότερον βούλει, ἑλέσθαι. Εἰπὼν ὁ Ξενοφῶν ὅτι νεώτερός ἐστιν, αἱρεῖται πορεύεσθαι· κελεύει δέ οἱ συμπέμψαι ἀπὸ τοῦ [d] στόματος ἄνδρας· [e] μακρὰν γὰρ ἦν ἀπὸ τῆς οὐρᾶς λαβεῖν. Καὶ ὁ Χειρίσοφος συμ-

respondet is, Videre licet: præoccupatus enim nobis est collis ille, *qui* supra descensum *eminet*, nec transire licet, nisi hos dejiciemus. Verùm cur peltastas *huc* non duxisti? Respondet ille, sibi non visum esse, ut posterius agmen desertum relinqueret, cùm hostes se in conspectum darent. Sed enim tempus est, inquit, consultandi, quo pacto quis homines à colle repellat. Ibi tum Xenophon montis verticem copiis suis imminere videt, atque ab hoc ad collem *illum*, ubi hostes erant, aditum *quendam esse:* itaque, Optimum *fuerit*, inquit, Cherisophe, quamprimùm nos ad cacumen *illud* tendere: nam hoc si occupaverimus, supra viam manere non poterunt. At, si ità tibi videtur, ad exercitum maneto; ipse volo eò tendere: sin *hoc* mavis, in montem pergito; atque ego hìc manebo. Tibi verò, ait Cherisophus, *optionem* do, utrum mavis, eligendi. Xenophon cùm se natu minorem diceret, proficiscendi *sibi* munus eligit: hortatur tamen ut milites *quosdam* ex fronte secum unà mitteret; nam longum erat, si *quos* ab extremò agmine sumeret. Et Cherisophus unà

a Ἄνδρας ἀπελᾷ] De nomine vide p. 21. n. e. Verbum autem Attico more posuit pro ἀπελάσει. *Phavorin.* Ἐλῶ, ἀντὶ τοῦ ἐλάσω λαμβάνεται ἐνίοτε. Plura lege sis p. 64. n. b.

b Ὑπὲρ τοῦ ἑαυτῶν] Vulgò, ἑαυτοῦ: quam vocem delendam censuit *Muretus.* Sed visum est auctoritate MSti Eton. paulum mutatam retinere.

c Χρήζεις,] *Phavor.* Χρήζω, ἡνίκα σημαίνει τὸ χρείαν ἔχω — ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον. Cùm verò τὸ θέλω hìc loci significet, grammaticum utique si audiamus, tollendum erit ι, quod *Stephanus* et *Leunclav.* subscribendum curârunt.

d Στόματος] *Suidas:* Στόμα· τὸ ἔμπροσθεν μέρος τοῦ στρατοῦ. Ξενοφῶν. Κελεύει ἀπὸ τοῦ στόματος συμπέμψαι ἄνδρας· μακρὰν γὰρ ἦν ἀπὸ τῆς οὐρᾶς λαβεῖν.

e Μακρὰν γὰρ ἦν — οὐρᾶς.] MS. Eton.

πέμπει τοὺς ἀπὸ τοῦ στόματος πελταστάς· ἔλαβε δὲ τοὺς κατὰ μέσον τοῦ πλαισίου. Συνέπεσθαι δ' ἐκέλευσεν αὐτῷ καὶ τοὺς τριακοσίους ὁ Χειρίσοφος, οὓς αὐτὸς εἶχε τῶν ἐπιλέκτων ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ πλαισίου.

Ἐντεῦθεν ἐπορεύοντο ὡς ἐδύναντο τάχιστα. Οἱ δ' ἐπὶ τοῦ λόφου πολέμιοι ὡς ἐνόησαν αὐτῶν τὴν πορείαν ἐπὶ τὸ ἄκρον, εὐθὺς καὶ αὐτοὶ [a] ὥρμησαν ἁμιλλᾶσθαι ἐπὶ τὸ ἄκρον. Καὶ ἐνταῦθα πολλὴ μὲν κραυγὴ ἦν τοῦ Ἑλληνικοῦ στρατεύματος, [b] διακελευομένων τοῖς ἑαυτῶν· πολλὴ δὲ κραυγὴ τῶν ἀμφὶ Τισσαφέρνην, τοῖς ἑαυτῶν διακελευομένων. Ξενοφῶν δὲ [c] παρελαύνων ἐπὶ τοῦ ἵππου, παρεκελεύετο· Ἄνδρες, νῦν εἰς τὴν Ἑλλάδα νομίζετε ἁμιλλᾶσθαι, νῦν πρὸς παῖδας καὶ γυναῖκας· νῦν ὀλίγον πονήσαντες χρόνον, ἀμαχεὶ [d] τὴν λοιπὴν πορευσόμεθα. Σωτηρίδας δὲ ὁ Σικυώνιος εἶπεν, Οὐκ

cum ipso peltastas, qui erant primo in agmine, mittit: *eos* etiam sumpsit, qui in medio quadratæ erant aciei. Prætereà simul eum Cherisophus sequi jussit trecentos illos, quos ipse de lectorum numero *militum* in fronte quadrati habebat agminis.

Indè quàm poterant celerrimè profecti sunt. Hostes autem, *qui erant* in colle, cùm iter ipsorum ad cacumen *dirigi* animadverterent, mox et ipsi impetum ceperunt in cacumen certatim contendendi. Atque ingens ibi tum clamor Græci erat exercitûs, suos cohortantis; ingens etiam eorum clamor, qui cum Tissapherne erant, ac suos *itidem* cohortabantur. Xenophon autem equo prætervectus adhortatione *hâc* usus est: Nunc vobis, viri, *de reditu* in Græciam, nunc *de reditu* ad liberos et uxores *propositum* esse certamen existimate: nunc si exiguum ad tempus laboris tolerantes fuerimus, reliquum iter absque prælio conficiemus. At Soteridas Sicyonius, Non æqua, inquit,

μακρὸν γὰρ ἦν ἀπὸ τῆς οὐρᾶς λαβεῖν. In prioribus si quid mutandum, reposuerim, μακρὸν ἂν γὰρ ἦν vel ᾖ sive εἴη &c. Cæterùm. οὐρᾶς ex MSto et *Suidâ* rescripsi: cùm priùs legeretur οὐραγίας. *Suidas* ipse quidem οὐραγίαν exponit στρατιὰν τὴν ὄπισθεν ἀκολουθοῦσαν. Sed οὐρᾶς rectiùs opponitur τῷ στόματος: et Xenophontis ipsius auctoritate confirmatur. Sic enim ille *Hist. Gr.* l. 4. ἐπεὶ δὲ ἐκώλυον τῆς πορείας οἱ Θετταλοὶ ἐπελαύνοντες τοῖς ὄπισθεν, παραπέμπει ἐπ' οὐρὰν καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ στόματος ἱππικὸν, πλὴν &c. *Phavor.* ex *Eustathio:* Οὐρὰ, κατὰ Ξενοφῶντα, τὰ ὄπισθεν τῆς φάλαγγος. Vide etiam suprà p. 202. lin. 11.

a Ὥρμησαν ἁμιλλᾶσθαι &c.] Significanter hæc ardorem nisúsque militum, ad cacumen occupandum nervis omnibus contendentium, exprimunt.

b Διακελευομένων &c.] *Scil.* στρατιωτῶν, ἀνδρῶν vel στρατηγῶν, quos in στρατεύματος intelligas oportet. Vide p. 186. n. g. et loca ibi adlata. Porrò, venustatem quandam verborum ordo nonnihil mutatus orationi conciliat: cùm enim dixerat, διακελευομένων τοῖς ἑαυτῶν nè tædio venirent eadem eodem ordine collocata verba, leguntur mox, τοῖς ἑαυτῶν διακελευομένων.

c Παρελαύνων ἐπὶ τοῦ &c.] Quod ἐλλειπτικῶς expressit p. 64 et 65. Plenè p. 13 et 14. παρελαύνων ἐφ' ἅρματος.

d Τὴν λοιπὴν] *Scil.* ὁδὸν quam sæpè alibi intelligendam ostendimus p. 104. n. c.

ἐξ ἴσου, ὦ Ξενοφῶν, ἐσμέν· σὺ μὲν γὰρ ἐφ' ἵππου ὀχῇ, ἐγὼ δὲ χαλεπῶς κάμνω, τὴν ἀσπίδα φέρων. [a] Καὶ ὅς, ἀκούσας ταῦτα, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου, ὠθεῖτο αὐτὸν ἐκ τῆς τάξεως, καὶ τὴν ἀσπίδα ἀφελόμενος, ὡς ἐδύνατο τάχιστα ἐπορεύετο. Ἐτύγχανε δὲ καὶ [b] θώρακα ἔχων τὸν ἱππικόν· ὥστε ἐπιέζετο. [c] Καὶ τοῖς μὲν ἔμπροσθεν ὑπάγειν παρεκελεύετο, τοῖς δὲ ὄπισθεν, παριέναι, μόγις ἑπομένοις. Οἱ δ' ἄλλοι στρατιῶται παίουσι, καὶ βάλλουσι, καὶ λοιδοροῦσι τὸν Σωτηρίδαν, ἕως ἠνάγκασαν λαβόντα τὴν ἀσπίδα πορεύεσθαι. [d] Ὁ δὲ ἀναβὰς, ἐπὶ τοῦ ἵππου, ἕως μὲν βάσιμα ἦν, ἦγεν· ἐπεὶ δὲ ἄβατα ἦν, καταλιπὼν τὸν ἵππον, ἔσπευδε πεζῇ. Καὶ φθάνουσιν ἐπὶ τῷ ἄκρῳ γενόμενοι τοὺς πολεμίους.

nostrûm, Xenophon, est conditio: nam tu quidem equo veheris, ego scutum portans, graviter fatigor. Et is, hæc cùm audîsset, ex equo desiliit, è loco istum pepulit, scutóque ademto, quàm celerrimè poterat, perrexit. Fortè *tunc* etiam thoracem indutus erat equestrem; adeò ut *onere* premeretur. Attamen priores hortabatur, ut procederent; posteriores, qui vix sequebantur, ut ad eos versùs se moverent. Milites cæteri Soteridam cædunt, feriunt, conviciis proscindunt, donec *eum* recepto scuto pergere coëgerunt. Ille, conscenso *equo*, quam quidem diu loca erant *equo* pervia, præibat eques: cùm essent invia, equo relicto, pedes festinabat. Ac citiùs quàm hostes in cacumen perveniunt.

a Καὶ ὅς,] *Phavor.* Ὃς σημαίνει (præter alia) καὶ ἀντωνυμίαν ἰσοδυναμοῦσαν τῷ οὗτος: quam vim apud dialogorum scriptores passim obtinet. *Lucian.* Hist. verar. l. 1. p. 577. Καὶ ὃς δεξάμενος &c. Sic apud *Platon.* sæpissimè et Nostrum.

b Θώρακα ἔχων τὸν ἱππικὸν,] Alius utique equiti, alius pediti thorax erat. Discrimen agnoscit et *Plutarch.* in Philopœm. p. 359. — τὸν μὲν ἵππον ἀφῆκεν, αὐτὸς δὲ χωρία σκολιὰ — πεζὸς ἐν ἱππικῷ θώρακι καὶ σκευῇ βαρυτέρᾳ χαλεπῶς &c. Vide K. Π. p. 218. n. 1. p. 428. n. 2. p. 462. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

c Καὶ &c.] Valet, opinor, hoc utique loco, *attamen*, *nihilominus tamen;* planè uti Job. I. 10. Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Cæterùm, ὑπάγειν sonat προάγειν. *Ammon.* — ὑπάγειν λέγομεν ἀντὶ τοῦ προάγειν, τουτέστιν εἰς τοὔμπροσθεν πορεύεσθαι. *Harpocrat.* Ὑπάγουσιν, ἀντὶ τοῦ προάγουσιν.

d Ὁ δὲ ἀναβὰς, ἐπὶ &c.] Perperam locum hunc distinxerunt editores, ad ellipticam loquendi rationem parum attenti. Sic nempe typis excudendum curârunt, ὁ δὲ, ἀναβὰς ἐπὶ τοῦ ἵππου, ἕως &c. cùm tamen ἐπὶ τοῦ ἵππου non statim τῷ ἀναβὰς, sed verbo ἦγεν, adjungi debeant. Hoc enim modo supplenda videtur locutio: Ὁ δὲ ἀναβὰς *scil.* ἐπὶ τὸν ἵππον, ἐπὶ τοῦ ἵππου *scil.* ὀχούμενος, ἕως μὲν — ἦγεν: Noster K. Π. p. 471. Edit. Oxon. 1727. ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸν ἵππον — p. 603. ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἐμὸν ἵππον. Sed passim occurrit hæc prima phrasis: altera, K. Π. p. 428. Edit. ejusd. αὐτὸς δὲ ὡς ἡγησόμενος αὐτῶν ἐπὶ τοῦ ἅρματος — planè ut hìc loci ἐπὶ τοῦ ἵππου ἦγεν. Et p. 596. ἐφαίνοντο δὲ οἱ περὶ αὐτὸν σκηπτοῦχοι ἐφ' ἵππων. Sic denique ἐπὶ τοῦ ἵππου ἦγεν rectè opponuntur τοῖς ἔσπευδε πεζῇ, quæ mox sequuntur. Porrò, MS. Eton. hunc verborum ordinem dat, ὁ δὲ ἀναβὰς, ἕως μὲν βάσιμα ἦν, ἐπὶ τοῦ ἵππου ἦγεν.

Ἔνθα δὴ οἱ μὲν βάρβαροι στραφέντες [a] ἔφευγον, ᾗ ἕκαστος ἐδύνατο· οἱ δ' Ἕλληνες εἶχον τὸ ἄκρον. [b] Οἱ δὲ ἀμφὶ Τισσαφέρνην καὶ Ἀριαῖον ἀποτρεπόμενοι ἄλλην ὁδὸν ᾤχοντο· οἱ δὲ ἀμφὶ Χειρίσοφον καταβάντες εἰς τὸ πεδίον, ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν κώμῃ μεστῇ πολλῶν ἀγαθῶν. Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλαι κῶμαι πολλαὶ πλήρεις πολλῶν ἀγαθῶν, ἐν τούτῳ τῷ πεδίῳ, παρὰ τὸν Τίγρητα ποταμόν. Ἡνίκα δ' ἦν [c] δείλη, ἐξαπίνης ἐπιφαίνονται οἱ πολέμιοι ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ τῶν Ἑλλήνων κατέκοψάν τινας τῶν ἐσκεδασμένων ἐν τῷ πεδίῳ καθ' ἁρπαγήν· καὶ γὰρ [d] νομαὶ πολλαὶ βοσκημάτων διαβιβαζόμεναι εἰς τὸ [e] πέραν τοῦ ποταμοῦ κατελήφθησαν. Ἐνταῦθα Τισσαφέρνης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ καίειν ἐπεχείρησαν τὰς κώμας. Καὶ τῶν Ἑλλήνων μάλα ἠθύμησάν τινες, ἐννοούμενοι μὴ τὰ ἐπιτήδεια, εἰ καύσειεν, οὐκ ἔχοιεν ὁπόθεν λαμβάνοιεν. [f] Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ Χειρίσοφον ἀπῆσαν ἐκ τῆς βοηθείας· ὁ δὲ Ξενοφῶν, ἐπεὶ κατέβη, παρελαύνων ἐπὶ τὰς τάξεις, ἡνίκα ἀπὸ

Tum verò conversi barbari, quà quisque poterat, fugiebant; Græci cacumen tenuerunt. Tissaphernes et Ariæus cum suis se convertentes aliâ abiêre viâ: Cherisophus quíque circa eum erant in planitiem cùm descendissent, castra in vico multis bonis referto locabant. Erant et alii vici plures, multis bonis pleni, istâ in planitie, secundùm Tigrim fluvium. Cùm jam advesperasceret, hostes se in planitie subitò ostendunt, et è Græcis quosdam ad prædam per planitiem sparsis conciderunt: etenim multa pecorum agmina in ulteriorem fluminis *ripam* trajecta *hìc* capta sunt. Ibi tum Tissaphernes quíque cum ipso *erant* vicos exurere conabantur. Itaque de Græcis nonnulli valde demissis erant animis, quippe qui *hoc* secum cogitarent *soliciti*, nè commeatus unde sumerent, *hos* si *barbari* incenderent, *alios* non haberent. Et Cherisophus quidem et qui circa ipsum erant ope *suis* latâ redibant: Xenophon autem, posteaquam descendisset, ordines obequitans, cùm ope latâ

a Ἔφευγον, ᾗ &c.] Sic suprà p. 202. — *βάρβαροι*, ᾗ &c. Lege sis p. 179. n. e.

b Οἱ δὲ ἀμφὶ &c.] Qui Nostro mox infrà sunt Τισσαφέρνης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. Vide p. 118. n. b. et 44. n. d.

c Δείλη,] Vide p. 62. n. c.

d Νομαὶ] *Hesychio* interprete, βοσκαί. Νομὴ, διαίρεσις, μερισμὸς, νέμησις. *Thom. Magister*: Νομὴ, ἡ βοσκὴ, ἀπὸ τοῦ νέμομαι τὸ βόσκω — ἀπὸ δὲ τοῦ νέμω, τὸ μερίζω, νόμος. Scribe, νομὸς, i. e. πλῆθος, uti exponitur ad *Hom.* Il. ν. v. 249 Ex hoc autem fonte, licèt aliàs ἀπὸ τοῦ νέμομαι, idque sæpiùs, deducatur, hìc loci petenda est vocis νομαὶ significatio.

e Πέραν] Addito articulo in nomen transit, cum quo intelligas oportet χεῖλος: ut et apud Luc. VIII. 22. et Marc. IV. 35.

f Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ &c.] Locum ità emendandum censuit *Muretus*: — οὐκ ἔχοιεν ὁπόθεν λαμβάνοιεν. Ὁ δὲ Ξενοφῶν, ἐπεὶ κατέβη, παρελαύνων ἐπὶ τὰς τάξεις, ἡνίκα οἱ ἀμφὶ Χειρίσοφον ἐπὶ βοηθείᾳ ἀπήντησαν, ἔλεγεν, Ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, &c. MS. etiam Eton. pro ἀπῆσαν οἱ Ἕλληνες habet ἀπήντησαν.

τῆς βοηθείας ἀπῄεσαν οἱ Ἕλληνες, ἔλεγεν· Ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ὑφιέντας τὴν χώραν ἤδη ἡμετέραν εἶναι· [a] ἃ γὰρ, ὅτε ἐσπένδοντο, διεπράττοντο, μὴ κάειν τὴν βασιλέως χώραν, νῦν αὐτοὶ [b] κάουσιν ὡς ἀλλοτρίαν. Ἀλλὰ ἐάν που καταλίπωσί γε αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια, ὄψονται καὶ ἡμᾶς ἐνταῦθα πορευομένους. Ἀλλ', ὦ Χειρίσοφε, ἔφη, [c] δοκεῖ μοι βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς κάοντας, ὡς ὑπὲρ τῆς [d] ἡμετέρας. Ὁ δὲ Χειρίσοφος εἶπεν, [e] Οὔκουν ἔμοιγε δοκεῖ· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, ἔφη, κάωμεν, [f] καὶ οὕτω θᾶττον παύσονται.

Ἐπεὶ δ' ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἀπῆλθον, οἱ μὲν ἄλλοι περὶ τὰ ἐπιτήδεια ἦσαν, στρατηγοὶ δὲ καὶ λοχαγοὶ συνῆλθον. Καὶ ἐνταῦθα πολλὴ ἀπορία ἦν. Ἔνθεν μὲν γὰρ ὄρη ἦν [g] ὑπερύψηλα, ἔνθεν δὲ ποταμὸς τοσοῦτος τὸ βάθος, ὡς μηδὲ τὰ δόρατα [h] ὑπερέχειν πειρωμένοις τοῦ βάθους. Ἀπορουμένοις δὲ αὐτοῖς προσελθών τις [i] ἀνὴρ Ῥόδιος, εἶπεν, Ἐγὼ θέλω ὑμᾶς,

Græci rediissent; Videtis, inquit, viri, concedere *barbaros* regionem jam esse nostram: nam quæ *à nobis* impetrabant, quo tempore fœdera *nobiscum* sanciebant, nè *scilicet* regis agrum exureremus, *eum* nunc ipsi tanquam alienum exurunt. Quòd si commeatus alicubi sibi ipsis reliquerint, videbunt nos etiam eò proficisci. Verùm, inquit, Cherisophe, arbitror adversùs exurentes *nobis* tendendum esse, tanquam *regionis* nostræ defendendæ causâ. Mihi verò non *ità* videtur, ait Cherisophus: sed *potiùs* nos etiam, inquit, incendia faciamus, sic enim citiùs ii desinent.

Cùm autem ad tabernacula discessissent, in commeatu *conquirendo* reliqui erant occupati; at duces cohortiúmque præfecti conveniebant. Atque ibi tum multæ *eos* urgebant difficultates. Hinc enim montes præalti, indè flumen tantæ altitudinis, ut nè hastæ quidem, cùm *his* altitudinem *ejus* explorarent, *suprà aquam* exstarent. Ad eos in hâc rerum difficultate hærentes cùm Rhodius quidam accessisset, Ego vos, viri, inquit, trajicere, simul *scili-*

a Ἃ γὰρ, ὅτι ἐσπένδοντο, &c.] Vide p. 117.

b Κάουσιν] MS. Eton. καίουσιν: perperam. *Moschop.* Καίω — ὅπερ ἄμεινον λέγεσθαι κάω. *Phavor.* τὸ μὲν κάω, Ἀττικόν· τὸ δὲ καίω, κοινόν.

c Δοκεῖ μοι βοηθεῖν] Vide p. 180. n. d. p 22. n. c. et p. 25. n. a.

d Ἡμετέρας.] Supple χώρας. Adi sis p. 25. n. g.

e Οὔκουν] Vide sis p. 173. n. d.

f Καὶ οὕτω] Lege K. Π. p. 556. n. 1. Edit. Oxon. 1727. et quæ Cl. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. l. 1. c. 16. de vi οὕτως monuit.

g Ὑπερύψηλα,] In lexicis deest: cui tamen adfine verbum, eleganter quidem et ad argumentum accommodatissimè, prolatum videas Phil. II. 9. Lege p. 176. n. b. Ipsâ voce utitur *Ælian.* V. H. l. 3. c. 1. ὄρη δὲ ταῦτ' ἐστιν ὑπερύψηλα —

h Ὑπερέχειν] *Scil.* τοῦ ὕδατος. Plenè K. Π. p. 521. Edit. Oxon. 1727. ὑπερέχειν τοῦ ὕδατος.

i Ἀνὴρ Ῥόδιος,] Vide p. 47. n. d.

ὦ ἄνδρες, διαβιβάσαι [a] κατὰ τετρακισχιλίους ὁπλίτας, ἢν μοι ὧν δέομαι ὑπηρετήσητε, καὶ [b] τάλαντον μισθὸν πορίσητε. Ἐρωτώμενος δὲ ὅτου δέοιτο, [c] Ἀσκῶν, ἔφη, δισχιλίων δεήσομαι· πολλὰ δὲ ὁρῶ [d] ταῦτα πρόβατα, καὶ αἶγας, καὶ βόας, καὶ ὄνους, ἃ ἀποδαρέντα καὶ [e] φυσηθέντα, ῥᾳδίως ἂν παρέχοι τὴν διάβασιν. Δεήσομαι δὲ καὶ τῶν δεσμῶν, οἷς χρῆσθε περὶ τὰ ὑποζύγια. Τούτοις δ', ἔφη, ζεύξας τοὺς ἀσκοὺς, πρὸς ἀλλήλους ἁρμόσας ἕκαστον ἀσκὸν, λίθους ἀρτήσας, καὶ ἀφεὶς ὥσπερ ἀγκύρας, εἰς τὸ ὕδωρ δὲ ἀγαγὼν, καὶ ἀμφοτέρωθεν δήσας, ἐπιβαλῶ [f] ὕλην, καὶ γῆν ἐπιφορήσω. Ὅτι μὲν οὖν οὐ καταδύσεσθε, αὐτίκα μάλα εἴσεσθε· [g] ὁ γὰρ ἀσκὸς δύο ἄνδρας ἕξει τοῦ μὴ καταδῦναι· ὥστε δὲ μὴ ὀλισθανεῖν, ἡ ὕλη καὶ ἡ γῆ σχήσει.

Ἀκούσασι ταῦτα τοῖς στρατηγοῖς τὸ μὲν ἐνθύμημα [h] χαρίεν ἐδόκει εἶναι, τὸ δὲ ἔργον ἀδύνατον· ἦσαν γὰρ οἱ

cet quater mille gravis armaturæ milites, volo, si mihi suppeditaveritis *ea* quibus mihi opus est, ac talentum pro mercede præbueritis. Interrogatus quâ re egeret, Utribus, ait, bis mille mihi opus erit: video autem hìc multas pecudes, et capras, et boves, et asinos, quibus si coria detrahantur et inflentur, facilè nobis trajectum præstabunt. Etiam vinculis iis mihi opus erit, quibus circum jumenta utimini. His ubi utres, ait, connexuero, singulis utribus aptè inter se compactis, adpensis lapidibus, iísque ancorarum ritu demissis, deinde *utribus* in aquam deductis, et utrinque ligatis, virgulta injiciam, et terram ingeram. Ac statim quidem intelligetis minimè futurum, ut demergamini: nam utres singuli binos homines sustinebunt, quo minùs demergantur; ut autem non labantur, virgulta et terra impedient.

Ducibus hæc qui audiissent visum est scitum esse inventum, facinus ipsum *tale*, quod perfici non posset: nam multi equites trans *flumen* erant

a Κατὰ τετρακισχιλίους] Utribus nimirum bis mille comparatis; quorum quisque *δύο ἄνδρας* (utì infrà paulò dicit) *σχοίη ἂν τοῦ μὴ καταδῦναι.*

b Τάλαντον] Consule Indicem vocibus, quæ ad *mens.* et *pond.* spectant, explicandis destinatum.

c Ἀσκῶν, ἔφη, &c.] Utribus, tam inflatis quàm stramento refertis, amnes trajiciendi multa collegerunt exempla *Casaub.* ad *Suetonii* Jul. c. 57. et *Stewech.* ad *Veget.* l. 3. c. 7. Quibus adde quæ suprà scripsimus p. 43. n. d.

d Ταῦτα] Pro quo *Muretus* legit ἐνταῦθα.

e Φυσηθέντα,] *Scil.* *δέρματα* vel *ἀποδέρματα*, ex *ἀποδαρέντα* petenda. Similiter *αὐτοῦ*, Joh. VIII. 44. respicit *ψεύδους*, in voce *ψεύστης* intelligendum. Vide sis etiam p. 186. n. g.

f Ὕλην,] Vide p. 37. n. b.

g Ὁ γὰρ &c.] MS. Eton. *πᾶς γὰρ* &c.

h Χαρίεν] Scribitur etiam nonnunquam *χάριεν*, Grammaticis aliis hanc, illam aliis scripturam defendentibus. *Suidas: χάριεν· οἱ Ἀττικοὶ πρὸ δύο ἀναπαίστων· τὸ δὲ*

κωλύσοντες πέραν πολλοὶ ἱππεῖς, οἳ εὐθὺς τοῖς πρώτοις οὐδὲν ἂν ἐπέτρεπον τούτων ποιεῖν. Ἐνταῦθα τὴν μὲν ὑστεραίαν ἐπανεχώρουν [a] εἰς τοὔμπαλιν ἢ πρὸς Βαβυλῶνα, εἰς τὰς ἀκαύστους κώμας, κατακαύσαντες ἔνθεν ἐξῄεσαν· ὥστε οἱ πολέμιοι οὐ προσήλαυνον, ἀλλὰ ἐθεῶντο, [b] καὶ ὅμοιοι ἦσαν θαυμάζοντες, ὅποι ποτὲ τρέψονται οἱ Ἕλληνες, καὶ τί ἐν νῷ ἔχοιεν. Ἐνταῦθα οἱ μὲν ἄλλοι στρατιῶται ἀμφὶ τὰ ἐπιτήδεια ἦσαν· οἱ δὲ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ πάλιν συνῆλθον, καὶ συναγαγόντες τοὺς αἰχμαλώτους, [c] ἤλεγχον τὴν κύκλῳ πᾶσαν χώραν τίς ἑκάστη εἴη. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι [d] τὰ μὲν πρὸς μεσημβρίαν, [e] τῆς ἐπὶ Βαβυλῶνα εἴη καὶ Μηδίαν, δι' ἧσπερ ἥκοιεν· ἡ δὲ πρὸς ἕω, ἐπὶ Σοῦσά

ipsos impedituri, qui primis statim non essent concessuri, ut horum quidquam efficerent. Itaque postridie retrocedebant aversâ à Babylone viâ, ad vicos non exustos, cùm eos unde exierant incendissent: *quo factum* ut hostes non adequitarent *eos*, sed spectarent, atque admirari viderentur, quò tandem *iter* versuri essent Græci, et quid in animo haberent. Ibi tum cæteri milites in commeatu comparando erant occupati; duces verò et cohortium præfecti rursùm conveniebant; et cùm captivos coëgissent, quænam esset quælibet ab omni undique parte regio percunctabantur. Aiebant illi, *à partibus* ad meridiem spectantibus viam esse, *quæ* in Babylonem *duceret* et Mediam, quâ *ipsi* venissent: ad orientem quæ *spectat*, in Susa et

πρὸ μιᾶς, καινόν. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ, v. 145.

Καὶ, νὴ Δί', εἴ τί γ' ἐστὶ λαμπρὸν καὶ καλὸν,
Ἢ χάριεν ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται.

Deinde, χάριεν, προπαροξυτόνως, ἀντὶ τοῦ χαρίεντος. Χαρίεν δὲ, παροξυτόνως, ἐπὶ τοῦ ἐπιχαροῦς καὶ χαρίεντος: lege, χαρίεντος. At vide auctoris vel editoris inconstantiam! Χάριεν, inquit, προπαροξυτόνως, ἀντὶ τοῦ χαρίεντος: cùm tamen istâ in loco ex *Aristoph.* adlato servatâ scripturâ, neutiquam sumi potest χάριεν ἀντὶ χαρίεντος, sed pro ἐπιχαροῦς seu χαρίεντος. Etymol. m. χάριεν, τὴν τρίτην ἀπὸ τέλους ὀξύνει Ἡρωδιανός. *Phav.* Χαρίεν, δῆλον ὡς ἐπὶ ὀνόματος παροξύνεται· τὸ δὲ προπαροξυνόμενον, Ἀττικόν ἐστιν, ἐπιῤῥηματικῶς προσενεχθὲν, καὶ ἀντὶ τοῦ χαρίεντος νοηθὲν παρὰ τοῖς ὕστερον. Καὶ χαρίεν, τὸ μετέχον χάριτος, πρὸ μιᾶς ἔχει τὸν τόνον. Sic et *Eustath.* ad *Hom.* p. 1088. His, opinor, accedendum est, licèt vulgatæ editiones repræsentent χάριεν. Apud K. Π. p. 43. Edit. Oxon. 1727. similiter ex sententiâ *Eustath.* et *Phav.* scripsimus χαρίεν.

a Εἰς τοὔμπαλιν] Vide p. 185. n. f.

b Καὶ ὅμοιοι ἦσαν &c.] MS. Eton. καὶ ὅμοιοι ἦσαν θαυμάζειν. Insolens est utrumque loquendi genus: at usitatum esset — θαυμάζουσιν. Cum *Mureto* legendum videtur, καὶ ὁμοῦ ἦσαν θαυμάζοντες, &c. Dicitur autem ἦσαν θαυμάζοντες planè ut Luc. XV. 1. Ἦσαν δὲ ἐγγίζοντες &c. Adde Marc. I. 4. Luc. XI. 14. Act. IX. 9. 2 Cor. I. 9. et V. 19.

c Ἤλεγχον τὴν &c.] Eadem est verbi vis K. Π. p. 75. Edit. Oxon. 1727. Dicitur autem ἤλεγχον τὴν &c. pro ἤλεγχον (*scil.* τοὺς αἰχμαλώτους) τίς ἑκάστη εἴη πᾶσα ἡ κύκλῳ χώρα. Quâ de structurâ vide p. 110. n. d. et p. 168. n. c.

d Τὰ μὲν &c.] *Scil.* μέρη. Vide sis p. 34. n. c.

e Τῆς — δι' ἧσπερ] Utrobique intellige ὁδοῦ. Vide sis p. 104. n. f. Similiter articulo ἡ, ter deinceps iterato, ὁδὸς adjunge.

τε καὶ Ἐκβάτανα φέροι, [a] ἔνθα θερίζειν καὶ ἐαρίζειν λέγεται βασιλεύς· [b] ἡ δὲ διαβάντι τὸν ποταμὸν πρὸς ἑσπέραν, ἐπὶ Λυδίαν καὶ Ἰωνίαν φέροι· ἡ δὲ διὰ τῶν ὀρέων καὶ πρὸς ἄρκτον τετραμμένη, ὅτι [c] εἰς Καρδούχους ἄγοι. Τούτους δ' ἔφασαν οἰκεῖν ἀνὰ τὰ ὄρη, καὶ πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέως οὐκ ἀκούειν· ἀλλὰ καὶ ἐμβαλεῖν ποτὲ εἰς αὐτοὺς βασιλικὴν στρατιὰν, δώδεκα μυριάδας· τούτων δὲ οὐδένα ἀπονοστῆσαι διὰ τὴν δυσχωρίαν· ὁπότε μέντοι πρὸς τὸν σατράπην τὸν ἐν τῷ πεδίῳ σπείσαιντο, [d] καὶ ἐπιμίγνυσθαι σφῶν τε πρὸς ἐκείνους, καὶ ἐκείνων πρὸς αὐτούς.

Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ στρατηγοὶ, ἐκάθισαν χωρὶς τοὺς [e] ἑκασταχόσε φάσκοντας εἰδέναι, οὐδὲν δῆλον ποιήσαντες, ὅποι πορεύεσθαι ἔμελλον. Ἐδόκει δὲ τοῖς στρατηγοῖς ἀναγκαῖον εἶναι, διὰ τῶν ὀρέων εἰς Καρδούχους [f] ἐμβάλλειν· τούτους γὰρ διελθόντες, [g] ἔφασαν εἰς Ἀρμενίαν

Ecbatana ferre, ubi rex æstatem et ver exigere dicitur: quæ ei fluvium qui trajecerit in occidentem *versùs pateret*, in Lydiam et Ioniam ferre: quæ *denique* per montes et ad septemtriones vergat, ad Carduchos ducere. Hos aiebant in montibus habitare, ac bellicosos esse, neque regis imperio parere: quin copias aliquando regias, quæ centies et vicies mille hominibus constarent, in eos invasisse; horúmque neminem, propter locorum difficultatem *domum* rediisse: ubi verò fœdera cum regionis campestris satrapâ fecerint, et ex ipsis, *quotquot voluerint*, cum illis, et ex illis, *quibus liberet*, cum iis habere commercia.

Hæc cùm audiissent duces, seorsum collocârunt eos qui singulas *regionis* partes noscere se aiebant, nullo indicio ab ipsis apertè facto, quò profecturi essent. Cæterùm ducibus *inter se* necesse esse videbatur, per montes in Carduchos invadere: nam posteaquam horum regionem peragrâssent, per-

a Ἔνθα θερίζειν καὶ &c.] Lege Κ. Π. p. 645. Edit. Oxon. 1727. et quæ ibi notavimus. Adde sis *Bochart.* G. S. p. 196.

b Ἡ δὲ διαβάντι τὸν &c.] Plenè scripseris, ἡ δὲ ὁδὸς διαβάντι τὸν ποταμὸν φαινομένη πρὸς &c.

c Εἰς Καρδούχους ἄγοι &c.] *Stephan. Byzant.* Καρδοῦχοι, ἔθνος Μηδίας, ὡς Ξενοφῶν ἐν Ἀναβάσεως γ'. Ἐς Καρδούχους ἄγει· τούτους δὲ ἔφασαν οἰκεῖν ἀνὰ τὰ ὄρη, καὶ πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέως οὐκ ἀκούειν. Ubi quidam verba hæc perperam statuit hunc in modum esse concipienda: Εἰς Καρδούχους ἄγει· τούτους δὲ φησὶ πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέα οὐκ ἀκούειν. De his infrà.

d Καὶ ἐπιμίγνυσθαι &c.] Locutio integrè forsan ità se haberet, καὶ ἐπιμίγνυσθαι ἐκ σφῶν τέ τινας, vel τοὺς βουλομένους, πρὸς ἐκείνους, καὶ ἐξ ἐκείνων &c. *Thucyd.* l. 4. c. 118. μὴ ἐπιμισγομένους — μήτε ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς, μήτε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς. Cæterùm particulam ante verbum illud redundare arbitratur *Muretus.*

e Ἑκασταχόσε] Sine auctore adducunt Lexicographi: quo tamen plus vice simplici usus est *Thucyd.* l. 4. c. 55. ὡς ἑκασταχόσε ἔλθοι. Ubi *Scholiastæ* est ἐν ἑκάστοις τόποις. Et l. 8. c. 5. δύναμιν γὰρ ἔχων αὐτὸς ἑκασταχόσε δεινὸς παρῆν. *Thom. Magister:* Ἑκασταχόσε κάλλιον λέγειν ἢ πανταχόσε. Τίθεται δὲ τὸ μὲν ἑκασταχόσε, ἐπὶ κινήσεως· τὸ δὲ ἑκασταχῇ καὶ ἑκασταχοῦ, ἐπὶ στάσεως.

f Ἐμβάλλειν] Vide sis p. 194. n. c.

g Ἔφασαν] *Scil.* οἱ αἰχμάλωτοι.

ἥξειν, ἧς Ὀρόντας ἦρχε, πολλῆς καὶ εὐδαίμονος. Ἐντεῦθεν δὲ εὔπορον ἔφασαν εἶναι, ὅποι τις ἐθέλει πορεύεσθαι. [a] Ἐπὶ τούτοις ἐθύσαντο, ὅπως, [b] ὁπηνίκα δοκοίη τῆς ὥρας, τὴν πορείαν ποιοῖντο· ([c] τὴν γὰρ ὑπερβολὴν τῶν ὀρῶν ἐδεδοίκεισαν μὴ καταληφθείη) καὶ παρήγγειλαν, ἐπειδὴ δειπνήσειαν, συνεσκευασμένους πάντας ἀναπαύεσθαι, καὶ ἕπεσθαι, ἡνίκ' ἄν τις παραγγείλῃ.

venturos dixerant *captivi* in Armeniam, cui Orontas præerat, *regioni certè* amplæ et opulentæ. Inde dixerant nullo negotio, quò quis proficisci vellet, transiri posse. Post hæc rem sacram fecerunt, ut, cùm tempus videretur, iter facerent; (metuebant enim nè juga montium occuparentur) imperârunt etiam *militibus*, *ut*, posteaquam cœnâssent, omnes rebus suis compositis quieti se darent, et cùm quis denuntiet, sequerentur.

a Ἐπὶ τούτοις] Vide p. 166. n. d.

b Ὁπηνίκα — τῆς &c.] *Thucyd.* l. 4. c. 125. ὁπηνίκα χρὴ ὁρμᾶσθαι. *Phavor.* Ὁπηνίκα, ὁπότε, ὅταν· Ξενοφῶν· οἱ δὲ ἐθύσαντο, ὅπως &c. ad exemplar hoc Xenophontéum. Vide p. 185. n. g.

c Τὴν γὰρ ὑπερβολὴν &c.] Simili usus structurâ p. 175. scribit, Λυκάονας δὲ αὐτοὶ εἴδομεν ὅτι, ἐν ταῖς &c. et alibi sæpé. Vide pag. 110. n. d. Eandem sequitur *Cæsar* de B. G. l. 1. c. 39. —*rem frumentariam, ut satìs commodè supportari posset, timere dicebant.*

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ἈΝΑΒΑΣΕΩΣ Δ'.



[a] ὍΣΑ μὲν δὴ ἐν τῇ ἀναβάσει ἐγένετο μέχρι τῆς μάχης, καὶ ὅσα μετὰ τὴν μάχην ἐν ταῖς σπονδαῖς, ἃς βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν Κύρῳ ἀναβάντες Ἕλληνες ἐσπείσαντο, καὶ ὅσα, παραβάντος τὰς σπονδὰς βασιλέως καὶ Τισσαφέρνους, ἐπολεμήθη πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἐπακολουθοῦντος τοῦ Περσῶν στρατεύματος, [b] ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ δεδήλωται.

Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο ἔνθα ὁ μὲν Τίγρης ποταμὸς παντάπασιν ἄπορος ἦν διὰ τὸ βάθος καὶ μέγεθος, πάροδος δ' οὐκ ἦν, ἀλλὰ [c] τὰ Καρδούχια ὄρη ἀπότομα ὑπὲρ αὐτοῦ

QUÆCUNQUE in itinere *superiorem in Asiam facto* usque ad prælii tempus gesta sint, et quæ post prælium per inducias, quas rex et qui cum Cyro adscenderant Græci, inter se fecerant, quæque adversùs Græcos, posteaquam rex et Tissaphernes fœdera violâssent, hostiliter facta sint, insequenti *ipsos* Persarum exercitu, superiore libro expositum est.

Cùm autem *eò* pervenissent, ubi Tigris fluvius propter altitudinem et magnitudinem transiri omnino non potuit, neque transitus erat *alius*, sed montes Carduchii prærupti fluvio imminebant, videbatur ducibus per *hos*

a Ὅσα μὲν δὴ ἐν τῇ &c.] Confer init. lib. ii. p. 91. et lib. iii. p. 149.

b Ἐν τῷ πρόσθεν &c.] Libro secundo ineunte, scripsit ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ &c. Vide sis p. 190. n. c.

c Τὰ Καρδούχια &c.] *Strab.* l. 16. p. 1083. Πρὸς δὲ τῷ Τίγρει, τὰ τῶν Παρθυαίων χωρία, οὓς οἱ πάλαι Καρδούχους ἔλεγον *Plin.* N. H. l. 6. c. 15. *Adiabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni, præfluente Tigri.* Eosdem infrà c. 27. *Gordyæos* adpellat *Plinius.*

τοῦ ποταμοῦ ἐκρέματο, [a] ἐδόκει τοῖς στρατηγοῖς διὰ τῶν ὀρέων πορευτέον εἶναι. Ἤκουον γὰρ τῶν ἁλισκομένων ὅτι, εἰ διέλθοιεν τὰ Καρδούχια ὄρη, ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ τὰς πηγὰς τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ, ἢν μὲν βούλωνται, διαβήσονται· ἢν δὲ μὴ βούλωνται, [b] περιΐασι. Καὶ τοῦ Εὐφράτου τε τὰς πηγὰς ἐλέγετο οὐ πρόσω τοῦ Τίγρητος εἶναι· [c] καὶ ἔστιν οὗ τὸ στενόν. Τὴν δ' εἰς τοὺς Καρδούχους ἐμβολὴν ὧδε ποιοῦνται, ἅμα μὲν λαθεῖν πειρώμενοι, ἅμα δὲ φθάσαι πρὶν τοὺς πολεμίους καταλαβεῖν τὰ ἄκρα· ἡνίκα δ' ἦν ἀμφὶ τὴν [d] τελευταίαν φυλακὴν, καὶ ἐλείπετο [e] τῆς νυκτὸς ὅσον σκοταίους διελθεῖν τὸ πεδίον, τηνικαῦτα [f] ἀνα-

montes iter esse faciendum. Nam futurum audiebant de iis quos ceperant ut, si montes Carduchios peragrarent, Tigris fluvii fontes in Armeniâ, si vellent, transirent: *id* si minùs vellent, *eos* circumirent. Etiam Euphratis fontes non longè à Tigri abesse dicebatur; nonnullísque in locis angustias esse. Ad hunc verò modum iter in Carduchos ingrediuntur, partim quòd iis curæ esset ut occultè proficiscerentur, partim ut priusquam ab hostibus occuparentur *montium* juga, *eò* evaderent: cùm postremæ agerentur excubiæ, *tantúm*que noctis reliquum esset, ut planitiem per tenebras peragrare possent, tunc cùm surrexissent, utì denuntiatum fuerat, iter ingressi primâ

a Ἐδόκει τοῖς στρατηγοῖς] Sic legendum omnino rectè censuit *Leunclavius*. Similiter p. 210. ἐδόκει δὲ τοῖς στρατηγοῖς &c. et infrà p. 217. συνελθοῦσι τοῖς στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς τῶν Ἑλλήνων ἔδοξε &c. Libri hactenus vulgati dedêre στρατιώταις. Lectioni receptæ vetus versio Gallica adstipulatur; quippe quæ pro Græcis illis exhibet, *les chefs furent d' avis* &c.

b Περιΐασι.] Vide p. 35. n. a.

c Καὶ ἔστιν οὗ τὸ &c.] Ex conjecturâ *Stephani* sic rescribendum curavi. In libris nonnullis legitur, καὶ ἔστιν οὕτω στενόν. *Leunclavio* placuit, καὶ ἔστιν ὅπου τι στενόν. Sed emendatio *Stephaniana* ex vitiosâ veterum librorum scripturâ faciliùs atque adeò spontè ferè exoritur. *Thucyd.* l. 1. c. 93. ἔστιν ᾗ, i. e. *Scholiaste* exponente, κατά τινας τόπους.

d Τελευταίαν φυλακὴν,] *Tertiam* utique Græcis; quibus tres diei, totidémque noctis, erant partes. Quam autem *ultimam* vocat vigiliam Xenophon, eadem, observante Cl. *Raphelio*, videtur, quæ Evangelistæ Matth. XIV. 25. dicitur *quarta*: ex Romanorum scilicet consuetudine, quorum sub imperio Judæi tunc temporis agebant, quibúsque adeò diei quatuor, nec pauciores noctis, erant partes. Cæterùm, utraque gens, *Plinio* N. H. l. 7. c. 56. auctore, vigiliarum inventionem à Palamede accepit.

e Τῆς νυκτὸς ὅσον σκοταίους &c.] Deficit τοσοῦτον, ut aliàs sæpissimè. Plenè Noster K. Π. p. 138. Edit. Oxon. 1727. ἀγαθοῦ τινός μοι μετέσται τοσοῦτον μέρος, ὅσον ἂν &c. Ad σκοταίους vide p. 106. n. e.

f Ἀναστάντες, ἀπὸ παραγγέλσεως] Participium illud apud *Thucyd.* l. 7. c. 50. eos denotat, qui *motis castris abeunt*: ubi cum eo intellexeris στρατόν. Opponitur hìc τῷ ἀνασκευάσασθαι, quod extat priore libro extremo; quare non malè, opinor, vertitur, *cùm surrexissent*, seu *ad discedendum se parâssent*. Quod autem *Leunclavius* reddit, *loco se movent*, id verò satis intelligitur ex verbis proximè sequentibus, πορευόμενοι ἀφανοῦνται &c. atque adeò alia quædam notio isti participio subjicienda videtur. Suprà Noster p. 190. τῇ ἄλλῃ ἐπορεύοντο πρωϊαίτερον ἀναστάντες. *Est autem*, interprete *Budæo* Comm. L. G. p. 606. ἀπὸ παραγγέλσεως *aliquid fieri in castris vel in acie*, cùm

στάντες, ἀπὸ παραγγέλσεως πορευόμενοι ἀφικνοῦνται ἅμα τῇ ἡμέρᾳ πρὸς τὸ ὄρος. Ἔνθα δὴ Χειρίσοφος μὲν ἡγεῖτο τοῦ στρατεύματος, λαβὼν [a] τὸ ἀμφ' αὐτὸν, καὶ τοὺς γυμνῆτας πάντας· Ξενοφῶν δὲ σὺν τοῖς ὀπισθοφύλαξιν ὁπλίταις εἵπετο, οὐδένα ἔχων [b] γυμνῆτα· οὐδεὶς γὰρ ἐδόκει κίνδυνος εἶναι, μή τις ἄνω πορευομένων ἐκ τοῦ ὄπισθεν [c] ἐπίσποιτο. Καὶ ἐπὶ μὲν τὸ ἄκρον ἀναβαίνει Χειρίσοφος, πρίν τινα αἰσθέσθαι τῶν πολεμίων· ἔπειτα δὲ [d] ὑφηγεῖτο· [e] ἐφείπετο δὲ ἀεὶ τὸ ὑπερβάλλον τοῦ στρατεύματος, εἰς τὰς κώμας τὰς ἐν τοῖς ἄγκεσί τε καὶ μυχοῖς τῶν ὀρέων.

Ἔνθα δὴ οἱ μὲν Καρδοῦχοι ἐκλιπόντες τὰς οἰκίας, ἔχοντες καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, [f] ἔφευγον ἐπὶ τὰ ὄρη· τὰ

luce ad montem perveniunt. Ibi tum Cherisophus in fronte erat exercitûs, suis sibi copiis adjunctis, omnibúsque militibus expeditis: at cum postremo gravis armaturæ militum agmine sequebatur Xenophon, cui nulli aderant expediti; nam periculi nihil esse videbatur, nè quis, ipsi dum sursum tendunt, à tergo insequeretur. Ac Cherisophus in verticem prius adscendit, quàm hostium quisquam animadverteret: deinde præibat; cùm exercitûs *pars ea* semper subsequeretur, quæ *verticem* superârat, ad vicos in convallibus et recessibus montium sitos.

Tum verò Carduchi, relictis ædibus, cum uxoribus ac liberis in montes fugiebant: magnam *hìc* commeatûs copiam capere licebat; ædes etiam vasis

classico non edicitur, sed per manus imperium traditur et accipitur; quod etiam παρεγγυᾷν dicitur. Noster Ἱππαρχ. fere medio: Τὰς γε μὴν ἐξαγωγάς τοῦ ἱππικοῦ ἧττον ἂν οἱ πολέμιοι αἰσθάνοιντο, εἰ ἀπὸ παραγγέλσεως γίγνοιντο μᾶλλον, ἢ εἰ ἀπὸ προγραφῆς. Porrò, militibus erat imperatum p. 211. συνεσκευασμένους πάντας ἀναπαύεσθαι, καὶ ἕπεσθαι ἡνίκ' ἄν τις παραγγείλῃ.

a Τὸ ἀμφ' αὐτὸν,] *Scil.* στράτευμα, quod passim deficit. Vide p. 6. n. d.

b Γυμνῆτα] MS. Eton. γυμνήτην. Sic utique librario visum. Sed parum refert, utro tandem modò scribatur. *Suidas:* γυμνῆται· ἡ εὐθεῖα ὁ γυμνήτης: deinde (loco hoc Xenophontis citato) pergit, λέγεται καὶ γυμνὴς (vel γυμνῆς) γυμνῆτος.

c Ἐπίσποιτο.] Participium etiam ex eâdem origine ποιηπικωτέρᾳ ductum adhibuit Noster Κ. Π. p. 303. 485. Edit. Oxon. 1727. Ipsum hoc verbum, sed alio sensu, occurrit *Herodot.* l. 1. c. 32.

d Ὑφηγεῖτο.] *Leunclav.* vertit, *modicè præibat*, pro eâ scilicet vi, quam ὑπὸ verbo præposita nonnunquam obtinet; de quâ jam suprâ dictum est, p. 97. n. b. At ὑφηγοῦμαι tantùm valet, opinor, hìc loci προδοποιῶ.

e Ἐφείπετο δὲ ἀεὶ τὸ ὑπερβάλλον &c.] *Leunclav.* vertit, *reliquâ exercitûs parte semper subsequente.* Amasæus, *sequebatur exercitûs frons.* Uterque perperam. Post ὑπερβάλλον intelligendum est ἄκρον, atque adeò locus sic ferè supplendus exponendúsve, ἐφείπετο δὲ ἀεὶ τὸ τοῦ στρατεύματος μέρος, ὃ τὸ ἄκρον ἤδη ὑπερβεβλήκει. Ut autem hoc loco dixit τὸ ὑπερβάλλον τοῦ στρατεύματος, ità p. 126. τὸ ἡγούμενον τοῦ στρατεύματος, ubi vide n. a. et infrà similiter, τῶν σκευοφόρων τὰ ὑπολειπόμενα. Sic alibi sæpé. Cæterùm, *Thucyd.* l. 8. c. 104. de parte classis dicit, ὑπερβεβλήκει ἤδη τὴν ἄκραν, ἢ &c. Et τῷ ὑπερβάλλω quidem, vim istam potito, ortum debet ὑπερβολὴ, quo usus est Noster sub fin. lib. iii. p. 211. lib. i. p. 16. alibi.

f Ἔφευγον] In MSto Eton. deest: perperam, nec sine sensûs et constructionis

δ' ἐπιτήδεια πολλὰ ἦν λαμβάνειν· ἦσαν δὲ καὶ [a] χαλκώμασι παμπόλλοις κατεσκευασμέναι αἱ οἰκίαι, ὧν οὐδὲν [b] ἔφερον οἱ Ἕλληνες, οὐδὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐδίωκον, [c] ὑποφειδόμενοι, εἴ πως ἂν ἐθελήσειαν οἱ Καρδοῦχοι [d] διϊέναι αὐτοὺς ὡς διὰ φιλίας τῆς χώρας, ἐπείπερ βασιλεῖ πολέμιοι ἦσαν. Τὰ μέντοι [e] ἐπιτήδεια, ὅτῳ τις ἐπιτυγχάνοι, [f] ἐλάμβανον· ἀνάγκη γὰρ ἦν. Οἱ δὲ Καρδοῦχοι οὔτε [g] καλούντων ὑπήκουον, οὔτε ἄλλο φιλικὸν οὐδὲν ἐποίουν. Ὅτε δὲ οἱ τελευταῖοι τῶν Ἑλλήνων κατέβαινον εἰς τὰς κώμας ἀπὸ τοῦ ἄκρου ἤδη [h] σκοταῖοι, (διὰ γὰρ τὸ στενὴν εἶναι τὴν ὁδὸν, ὅλην τὴν ἡμέραν ἡ ἀνάβασις αὐτοῖς ἐγένετο καὶ κατάβασις εἰς τὰς κώμας) τότε δὴ συλλεγέντες [i] τινὲς τῶν Καρδούχων τοῖς τελευταίοις ἐπετίθεντο, καὶ ἀπέκτεινον τινὰς, καὶ λίθοις καὶ τοξεύμασι κατέτρωσαν, [k] ὀλίγοι τινὲς

æneis permultis erant instructæ, quorum nullum auferebant Græci, nec homines persequebantur; quippe *his eo consilio* parcebant *ut experirentur*, an ipsos Carduchi tanquam per pacatam regionem transmittere voluerint, quippe quia regi erant infesti. Verùm commeatus, in quos quisquam inciderit, sumebant: necessitas enim *ità poscebat*. At Carduchi nec vocantibus morem gerebant, nec ullum aliud amicitiæ faciebant officium. Cùm autem Græcorum ultimi tenebris jam obortis de vertice *montis* in vicos descenderent, (nam properea quòd angusta esset via, diem totum adscendendo et in vicos descendendo contriverant) tum verò collecti quidam ex Carduchis ultimos *istos* invasêre, et nonnullos interfecêre, lapidibus etiam ac sagittis *alios* sauciaverunt, numero quamvìs essent exigui: nam Græcorum exercitus ex

detrimento, nisi pro ἐκλίποντες reposueris ἐξέλιπον. Vide p. 16. n. b.

a Χαλκώμασι] *J. Poll.* l. 10. segm. 174. Φαίης δ' ἂν χρυσώματα, καὶ ἀργυρώματα, καὶ χαλκώματα ἐν μέρει τῶν σκευῶν· οὐ μόνον ἐν τῇ Ἀναβάσει Ξενοφῶντος εἰπόντος χαλκώμασιν, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνους ἐν &c.

b Ἔφερον] Vide p. 139. n. f.

c Ὑποφειδόμενοι, εἴ πως &c.] In lexicis omittitur ὑποφείδομαι. Integra foret locutio, — ἐδίωκον, ἀλλ' ὑπεφείδοντο πειρώμενοι εἴπως &c. Similiter infrà paulò dicit, — οὐχ ὑπέμενον, εἴ πως δυναίμην &c.

d Διϊέναι — ἐπείπερ &c.] Idem eodem sensu occurrit verbum p. 175. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 257. ἦσαν δὲ οὗτοι (de Carduchis loquitur) πολέμιοι μὲν τοῦ βασιλέως &c.

e Ἐπιτήδεια, ὅτῳ τις &c.] MS. Eton. et editi plerique ὅ, τι τίς &c. Sed, *Stephano* monente, ὅτῳ rescribendum curavi. Sic K. Π. p. 236. Edit. Oxon. 1727. — πάντας, ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν, — ubi lege quæ notavimus. Et K. A. lib. i. p. 64. ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντύχοιεν.

f Ἐλάμβανον ἀνάγκη &c.] Lege quæ disserit *Grot.* de B. et P. l. 3. c. 17.

g Καλούντων ὑπήκουον,] Tertium huic verbo casum tribuit K. Π. p. 292. Edit. Oxon. 1727. πῶς ἀπειλοῦντι ὑπακούσεσαν, —

h Σκοταῖοι,] Vide sis p. 106. n. e.

i Τινὲς τῶν Καρδούχων &c.] Diodor. Sic. l. 14. p. 257. μάλιστα δ' ἐκπονοῦντες (Carduchi) σφενδόναις ὡς μεγίστους λίθους ἐμβάλλειν, καὶ τοξεύμασιν ὑπερμεγέθεσι χρῆσθαι· δι' ὧν τοὺς Ἕλληνας κατατιτρώσκοντες ἐξ ὑπερδεξίων τόπων, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλον, οὐκ ὀλίγους δὲ κακῶς διέθεσαν.

k Ὀλίγοι τινὲς ὄντες·] A MSto Eton.

ὄντες· ἐξ ἀπροσδοκήτου γὰρ αὐτοῖς ἐπέπεσε [a] τὸ Ἑλληνικόν. Εἰ μέντοι τότε πλείους συνελέγησαν, ἐκινδύνευσεν ἂν διαφθαρῆναι [b] πολλὰ τοῦ στρατεύματος. Καὶ ταύτην μὲν τὴν νύκτα οὕτως ἐν ταῖς κώμαις [c] ηὐλίσθησαν· οἱ δὲ Καρδοῦχοι κύκλῳ [d] πυρὰ ἔκαιον ἐπὶ τῶν ὀρέων, καὶ συνεώρων ἀλλήλους.

Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ συνελθοῦσι τοῖς στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς τῶν Ἑλλήνων ἔδοξε τῶν τε ὑποζυγίων τὰ ἀναγκαῖα καὶ τὰ δυνατώτατα πορεύεσθαι ἔχοντας, καταλιπόντας τὰ ἄλλα, καὶ ὁπόσα ἦν νεωστὶ [e] αἰχμάλωτα ἀνδράποδα ἐν τῇ στρατιᾷ, πάντα ἀφεῖναι. Σχολαίαν γὰρ [f] ἐποιοῦντο τὴν πορείαν πολλὰ ὄντα τὰ ὑποζύγια καὶ τὰ αἰχμάλωτα· καὶ πολλοὶ δὴ αὐτῶν, [g] οἱ ἐπὶ τούτοις ὄντες, ἀπόμαχοι ἦσαν, διπλάσιά τε τὰ ἐπιτήδεια ἔδει πορίζεσθαι καὶ φέρεσθαι,

improviso in eos inciderat. Quòd si tum plures collecti fuissent, in periculum interitûs magna pars exercitûs venisset. Atque hanc quidem noctem ità in vicis commorati sunt: at Carduchi undique in montibus ignes accendebant, séque mutuò adspectabant.

Ubi illuxit, Græcorum ducibus et cohortium præfectis visum est, *sic* iter facere, ut ex jumentis necessaria *tantùm* et robustissima secum sumerent, cætera relinquerent, atque mancipia, quæcunque recèns capta erant in exercitu, omnia dimittere. Nam multa quòd essent jumenta et mancipia tardam reddebant profectionem: quin etiam ex ipsis multi, his præfecti, ad pugnandum *propterea* inutiles erant: ac duplo major commeatus parandus erat et

malè abest τινὲς, quod scriptores apud Atticos sæpissimè πλεονάζειν abunde docuit *Stephanus* Append. ad scripta de dial. Atticâ p. 80. Exemplis ibi adlatis adde *Æschin.* dial. 2. sect. 17. Ὁποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ &c. Ibid. sect. 22. ὁποῖοί τινες ἂν ὦσι. Pluribus adducendis tempero.

a Τὸ Ἑλληνικόν] Adi p. 6. n. d.

b Πολλὰ τοῦ στρατεύματος.] MS. Eton. πολὺ &c. Sed nil mutandum. Infrà, τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν ἀνδραπόδων πολλὰ ἀπώλετο, — Utrobique intellige μέρη. Quod satis sæpè monuimus.

c Ηὐλίσθησαν·] Eodem recidere videtur, atque διήγαγον, διέμειναν, &c. quibus sæpè aliàs utitur. Infrà legitur, ταύτην δ' αὖ τὴν ἡμέραν ηὐλίσθησαν &c. Minùs itaque accuratè αὐλίζεσθαι verti solet *pernoctare*, cùm commorationem *diurnam* æquè ac *nocturnam* denotet. His adde p. 106. n. f.

d Πυρὰ] Vide sis p. 150. n. c.

e Αἰχμάλωτα ἀνδράποδα] Mox infrà ἐλλειπτικῶς dicit αἰχμάλωτα tantùm. Utraque vox de hominibus adhibetur bello captis, et servituti mancipatis.

f Ἐποιοῦντο — πολλὰ &c.] Sic solent auctores; refragentur licèt plerumque grammatici, et neutro plurativo verbum singulare tribuant. Noster Κ. Π. p. 93. Edit. Oxon. 1727. utrumque verbi numerum pariter adhibuit: τὰ καινὰ μηχανήματα εὐδοκιμεῖ· ταῦτα γὰρ μᾶλλον καὶ ἐξαπατᾷν δύνανται &c. Joh. X. 4, 5. καὶ τὰ πρόβατα αὐτῷ ἀκολουθεῖ, ὅτι οἴδασι τὴν φωνὴν αὐτοῦ. Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξονται &c. Confer v. 16. et Jac. II. 19.

g Οἱ ἐπὶ τούτοις &c.] Veteres grammatici observârunt, ἐπὶ, δοτικῇ συντασσομέ-

πολλῶν τῶν ἀνθρώπων ὄντων. [a] Δόξαν δὲ ταῦτα, [b] ἐκήρυξαν οὕτω ποιεῖν.

Ἐπειδὴ δὲ ἀριστήσαντες ἐπορεύοντο, ὑποστάντες ἐν στενῷ οἱ στρατηγοὶ, εἴ τι εὑρίσκοιεν τῶν εἰρημένων μὴ ἀφιέμενον, ἀφῃροῦντο· οἱ δ' ἐπείθοντο, πλὴν εἴ τις τὶ ἔκλεψεν, ἢ παιδὸς ἐπιθυμήσας, ἢ γυναικὸς [c] τῶν εὐπρεπῶν. Καὶ ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν οὕτως ἐπορεύθησαν, τὰ μέν τι μαχόμενοι, τὰ δὲ καὶ ἀναπαυόμενοι. Εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν χειμὼν γίνεται πολὺς, ἀναγκαῖον δ' ἦν πορεύεσθαι· οὐ γὰρ ἦν ἱκανὰ τὰ ἐπιτήδεια. Καὶ ἡγεῖτο μὲν Χειρίσοφος, ὠπισθοφυλάκει δὲ Ξενοφῶν. [d] Καὶ οἱ πολέμιοι ἰσχυρῶς ἐπετίθεντο, καὶ στενῶν ὄντων τῶν χωρίων, ἐγγὺς προσιόντες ἐτόξευον καὶ ἐσφενδόνων· ὥςτε ἠναγκάζοντο οἱ Ἕλληνες, ἐπιδιώκοντες καὶ πάλιν ἀναχάζοντες, σχολῇ πορεύεσθαι· καὶ

portandus, cùm magnus esset hominum numerus. His decretis, per præconem edixerunt, ità esse faciendum.

Posteaquam pransi *jam* iter facere cœpissent, arto *quodam* in loco cùm substitissent duces, si quid reperirent ex iis quæ dicta sunt, quod non dimitteretur, auferebant: illi autem parebant, præterquam si quis furtim aliquid retineret, vel pueri cupiditate, vel formosæ mulieris, accensus. Atque ità quidem die isto iter faciebant, partim pugnantes, partim etiam requiescentes. Postero verò die magna coorta est tempestas, sed *tamen* necessariò pergendum erat; quippe quia commeatûs *iis* non satìs magna erat copia. At Cherisophus quidem erat in fronte, et agmen ultimum ducebat Xenophon. Hostes autem acriter *Græcos* invadebant, et quia loca erant angusta, propiùs accedebant et sagittis fundísque petebant; adeò ut Græci, dum *hostem* persequerentur et rursùs retrocederent, tardè progredi coge-

νην, δύναμιν καὶ ἐξουσίαν interdum significare. Sic suprà p. 3. ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ est *in potestate fratris*. Hìc autem denotat *potestatem*, (non ejus, cui quis subjicitur, sed) quam quis in alios obtinet. Cæterùm, ἀπόμαχοι qui dicantur, intelligas licet ex p. 200. n. c.

a Δόξαν δὲ ταῦτα,] Auctor novæ L. G. discendæ methodi Parisiensis docet neutrum singulare δόξαν referri ad τὸ δοκεῖν, cujus infinitivi accusativus pluralis est ταῦτα: q. d. μετὰ δόξαν τὸ δοκεῖν ταῦτα. Similiter *Plato* in *Protag*. p. 314. edit. Steph. Δόξαν ἡμῖν ταῦτα, ἐπορευόμεθα. Cùm verò δόξαντα ταῦτα dicitur, rectè tradit idem non intelligi τὸ δοκεῖν, sed solùm substantivum plurale. Sic verba Xenophontis, *Hist. Gr.* l. 3. paulò citra med. Δόξαντα δὲ ταῦτα &c. suppleveris, Μετὰ δόξαντα ταῦτα τὰ πράγματα.

b Ἐκήρυξαν &c.] Scil. κήρυκες vel τινὲς, jussu στρατηγῶν καὶ λοχαγῶν. Vide p. 201. n. g. et p. 24. n. d. Et ad ποιεῖν, p. 22. n. c.

c Τῶν εὐπρεπῶν.] Integrè scripseris τινὸς ἐκ τῶν &c. Adi sis p. 57. n. b. et p. 40. n. g.

d Καὶ] Alio atque alio modo Latinè reddenda est hæc particula. Usus ejus minùs vulgares jam suprà indicavimus p. 86. n. b. et p. 205. n. c. Hìc, opinor, valet *autem*. Sic et *Ælian*. V. H. l. 13. c. 1. Καὶ ἦν ἐν κοίλῃ τῇ φάραγγι &c. Et Luc. XXIV. 52. Καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες &c.

θαμινὰ [a] παρήγγειλεν ὁ Ξενοφῶν ὑπομένειν, ὅτε οἱ πολέμιοι ἰσχυρῶς ἐπικέοιντο. [b] Ἔνθα ὁ Χειρίσοφος, ἄλλοτε μὲν ὅτε παρεγγυῷτο, ὑπέμενε, τότε δὲ οὐχ ὑπέμενεν, ἀλλ' ἦγε ταχέως, καὶ παρηγγύα ἕπεσθαι· ὥστε δῆλον ἦν, ὅτι [c] πρᾶγμά τι εἴη· σχολὴ δὲ οὐκ ἦν ἰδεῖν παρελθόντι τὸ αἴτιον τῆς σπουδῆς· ὥστε ἡ πορεία ὁμοία φυγῆς ἐγίνετο τοῖς ὀπισθοφύλαξι. Καὶ ἐνταῦθα ἀποθνήσκει ἀνὴρ ἀγαθὸς Λακωνικὸς Κλεώνυμος, τοξευθεὶς διὰ τῆς ἀσπίδος [d] καὶ τῆς στολάδος εἰς τὰς πλευρὰς, καὶ Βασίας Ἀρκὰς, διαμπερὲς εἰς τὴν κεφαλήν. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο ἐπὶ σταθμὸν εὐθὺς, [e] ὥσπερ εἶχεν, ὁ Ξενοφῶν ἐλθὼν πρὸς τὸν Χειρίσοφον, ᾐτιᾶτο αὐτὸν, ὅτι οὐχ ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἠναγκάζοντο φεύγοντες ἅμα μάχεσθαι. [f] Καὶ νῦν δύο καλώ τε κἀγαθὼ ἄνδρε τεθνάτην, καὶ οὔτε [g] ἀνελέσθαι οὔτε θάψαι αὐτὼ ἐδυνά-

rentur: sæpè Xenophon etiam denuntiabat subsistendum esse, quoties hostes acriter instarent. Ibi Cherisophus, *qui* aliàs quidem, cùm denuntiabatur, subsistebat, tum non subsistebat, sed ducebat celeriter, *suós*que sequi jubebat: adeò ut perspicuum esset, aliquam rem molestam supervenisse: at otium non erat, ut quis *ad ipsum* pergeret, ac quæ festinationis esset causa videret: quare fugæ simile fuit iis iter, qui in extremo erant agmine. Ibi moritur etiam vir fortis Cleonymus Lacedæmonius, confixus sagittâ per scutum et stoladem in *ipsas* costas *missâ*, *itém*que Basias Arcas, transfixâ penitùs per caput *sagittâ*. Cùm autem ad locum castris locandis idoneum pervenissent, Xenophon, ut se habebat, ad Cherisophum profectus eum incusabat, quòd non substitisset, sed *ità duceret ut* cogerentur in ipsâ fugâ dimicare. Jam quoque, *ait*, duo præclari fortésque viri occubuerunt, eósque nec tollere nec sepelire potuimus. Ad hæc respondet Cherisophus:

a Παρήγγειλεν — ὑπομένειν,] Consule p. 22. n. c. et p. 207. n. c.

b Ἔνθα] Lege p. 183. n. d.

c Πρᾶγμα] I. e. δεινόν τι. Hujus numero plurativo sæpissimè ἐπὶ κακῷ χρῶνται οἱ παλαιοί: *scil.* pro δυσχέρειαι, κακοπάθειαι &c.

d Καὶ τῆς στολάδος] Respice p. 189. n. f. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 258. τὰ γὰρ βέλη (Carduchorum) μείζω καθεστῶτα δυοῖν πηχῶν ἔδυνε διά τε τῶν ἀσπίδων καὶ θωράκων, ὥστε μηδὲν τῶν ὅπλων ἰσχύειν τὴν βίαν αὐτῶν ὑπομένειν. Cæterùm, ποιητικώτερον esse illud διαμπερὲς, et ex *Homero* desumptum, nullus licèt monuerim, animadvertet lector.

e Ὥσπερ εἶχεν,] Elegans est formula, quæ de iis usurpari solet, qui rem statim, nullâ neque morâ neque mutatione factâ, adgrediuntur. Sic Κ. Π. p. 171. Edit. Oxon. 1727. ὥσπερ εἶχεν. Et *Hist. Gr.* l. 4. haud ità longè ab initio, Κατεκλίνθη οὖν καὶ αὐτὸς, ὥσπερ εἶχε, χαμαί. *Thucyd.* l. 8. c. 41. ἀναγκάζεται — μὴ ἐκβιβάσαι τοὺς ναύτας, ἀλλ', ὥσπερ εἶχε, πλεῖν εὐθὺς &c. Et mox c. 42. Ἐπέπλει οὖν, ὥσπερ εἶχε, πρὸς &c. Nec Latinis ignota phrasis. *Quint. Curt.* lib. 8. cap. 3. *Eodem comitante, sicut erat cruentâ veste, in &c.* Nep. in *Pelop.* sect. 3. *sicut erat signata, in &c.* Adde sis *Ovid.* Met. lib. 4. v. 473. et l. 11. v. 60.

f Καὶ νῦν δύο &c.] Consule p. 24. n. b.

g Ἀνελέσθαι,] *Budæus* L. G. Comm. p. 223. ἀναιρεῖν et ἀναιρεῖσθαι exponit, *tollere mortuos ad sepeliendum*. Sic Noster Κ. Π.

μεθα. Ἀποκρίνεται πρὸς ταῦτα ὁ Χειρίσοφος· Βλέψον, ἔφη, εἰς τὰ ὄρη, καὶ ἴδε ὡς ἄβατα πάντα ἐστί. Μία δὲ αὕτη ὁδὸς, ἣν ὁρᾷς, ὀρθία· καὶ ἐπὶ ταύτην ὁρᾷν ἀνθρώπων ἔξεστί σοι ὄχλον τοσοῦτον, οἳ κατειληφότες φυλάττουσι τὴν ἔκβασιν. [a] Ταῦτα ἐγὼ ἔσπευδον, καὶ διὰ τοῦτό σε [b] οὐχ ὑπέμενον, εἴ πως δυναίμην φθάσαι, πρὶν κατειλῆφθαι [c] τὴν ὑπερβολήν· οἱ δὲ ἡγεμόνες, οὓς ἔχομεν, οὔ φασιν εἶναι ἄλλην ὁδόν. Ὁ δὲ Ξενοφῶν λέγει, Ἀλλ' ἐγὼ ἔχω δύο ἄνδρας. Ἐπεὶ γὰρ ἡμῖν πράγματα [d] παρεῖχον, ἐνηδρεύσαμεν, (ὅπερ ἡμᾶς καὶ ἀναπνεῦσαι ἐποίησε) καὶ ἀπεκτείναμεν μέν τινας αὐτῶν, καὶ ζῶντας προὐθυμήθημεν λαβεῖν, αὐτοῦ τούτου ἕνεκεν, ὅπως ἡγεμόσιν εἰδόσι τὴν χώραν χρησώμεθα.

Καὶ εὐθὺς [e] ἀγαγόντες τοὺς ἀνθρώπους, [f] ἤλεγχον δια-

Respice, ait, ad montes, ac vide quàm difficiles aditu sint omnes. Una autem hæc via *est*, quam vides, ardua: et ad hanc tantam tibi videre licet hominum multitudinem, qui *partem*, quâ foret *alioquin* evadendum, custodiunt. His de causis ego festinavi, et idcircò te non expectavi, *quia id operam dedi ut*, si quâ ratione possem, *eò* priùs pervenirem, quàm juga montium occuparentur: duces certè, quos habemus, aliam esse viam negant. Ego verò, inquit Xenophon, duos homines habeo. Nam cùm negotia nobis facesserent *hostes*, insidias struximus, (quod quidem nobis etiam respirandi facultatem dedit) ac nonnullos ex eis occidimus, *nonnullos* etiam vivos ut caperemus, hâc ipsâ de causâ, operam dedimus, ut *itinerum* ducibus, regio quibus *hæc* nota esset, uteremur.

Et cùm homines adduci statim curâssent, ex iis separatim sumptis quæ-

p. 504. Edit. Oxon. 1727. — αὐτοῦ ἡ γυνὴ, ἀπελαμβάνη τὸν νεκρὸν καὶ &c. *Thucyd.* l. 4. c. 44. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι — τούς τε ἀλλοτρίους νεκροὺς ἐσκύλευον, καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἀνῃροῦντο.

a Ταῦτα ἐγὼ] Ellipticè, pro διὰ ταῦτα &c. *Aristoph.* Νεφ. v. 334.

Ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν &c.

Schol. λείπει ἡ διά. *Theocrit.* Εἰδυλ. ιδ'. v. 3.

Θυ. Ταῦτ' ἄρα λεπτὸς,
Χὼ μύσταξ &c.

Schol. Διὰ τοῦτο λεπτὸς &c. *Euripid.* Phœnis. v. 885.

Ἀγώ τι δρᾶν, &c.

Schol. λείπει διά. Noster Κ. Π. p. 55. Edit. Oxon. 1727. Ταῦτ' ἄρα, εἰπεῖν τὸν &c. ubi lege notata.

b Οὐχ ὑπέμενον, εἴ πως &c.] Supple περιμένων ante εἴ πως. Suprà modò p. 216. eâdem usus est loquendi ratione: ὑποφειδόμενοι, εἴ πως ἂν &c. ubi vide n. c.

c Τὴν ὑπερβολήν] *Scil.* τῶν ὀρῶν. Sic suprà p. 211. τὴν γὰρ ὑπερβολὴν τῶν ὀρῶν ἐδεδοίκεσαν μὴ καταληφθείη.

d Παρεῖχον,] *Scil.* οἱ πολέμιοι, ex præcedentibus repetendi.

e Ἀγαγόντες] Ii nempe, quibus id negotii à Xenophonte datum erat. Vide p. 24. n. d. et p. 218. n. b.

f Ἤλεγχον διαλαβόντες,] Cum verbo intellige *Xenophon* et *Cherisophus*. Eodem similiter suprà paulò usus est, p. 209. ubi vide n. c. De vi præpositionis, à quâ participium incipit, lege p. 194. n. d.

λαβόντες, εἴ τινα εἰδεῖεν ἄλλην ὁδὸν, ἢ τὴν φανεράν. Ὁ μὲν οὖν ἕτερος [a] οὐκ ἔφη, καὶ μάλα πολλῶν [b] φόβων προσαγομένων· ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν ὠφέλιμον ἔλεγεν, ὁρῶντος τοῦ ἑτέρου κατεσφάγη. Ὁ δὲ λοιπὸς ἔλεξεν ὅτι οὗτος μὲν διὰ ταῦτα οὐ φαίη εἰδέναι, ὅτι αὐτῷ τυγχάνει θυγάτηρ ἐκεῖ [c] παρ᾽ ἀνδρὶ ἐκδεδομένη· αὐτὸς δ᾽ ἔφη ἡγήσεσθαι [d] δυνατὴν καὶ ὑποζυγίοις πορεύεσθαι ὁδόν. Ἐρωτώμενος δ᾽ εἰ εἴη τι ἐν αὐτῇ δύσβατον χωρίον, ἔφη εἶναι ἄκρον, ὃ εἰ μή τις προκαταλήψοιτο, ἀδύνατον ἔσεσθαι παρελθεῖν. Ἐνταῦθα ἐδόκει, συγκαλέσαντας λοχαγοὺς καὶ πελταστὰς, [e] καὶ τῶν ὁπλιτῶν, λέγειν τε τὰ παρόντα, καὶ ἐρωτᾷν [f] εἴ τις αὐτῶν ἐστὶν, ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐθέλοι γενέσθαι, καὶ [g] ὑποστὰς ἐθελοντὴς πορεύεσθαι. Ὑφίστανται [h] τῶν μὲν ὁπλιτῶν

rebant, ecquam viam aliam nôssent, præter conspicuam. Alter quidem *aliam se nôsse* negabat, etiamsi multi terrores *ipsi* incuterentur: cúmque nihil *quod esset* ex usu diceret, alterius in conspectu jugulatus est. *Alter* ille superstes aiebat istum propterea *aliam se* nôsse *viam* negâsse, quòd isthic filiam haberet viro collocatam; ipse verò ducem se itineris futurum dicebat, quo etiam pergere jumenta possent. Interrogatus ecquid esset in eâ *viâ* loci difficilis transitu, verticem *quendam* esse aiebat, quem nisi quis occupando anteverteret *hostes*, fieri non posse ut transiretur. Hìc visum est, convocatis cohortium præfectis et peltastis, et *quibusdam* ex gravis armaturæ militibus, tum præsentem rerum statum exponere, tum quærere, ecquis sit ex iis, qui se virum fortem præstare velit, ac suscepto negotio sponte proficisci. *Profectionem* suscipiunt ex gravis armaturæ militibus Aristonymus

a Οὐκ ἔφη,] Minùs rectè *Leunclav.* vertit, *nihil aiebat.* Nimirum, μὴ et οὐκ (rectè observante *Vigero*, c. 7. sect. 12.) ante verba quædam ità construi debent, quasi sequerentur. Exempla dictus suppeditabit auctor. Locum autem hunc sic nullo negotio suppleveris: οὐκ ἔφη εἰδέναι ἄλλην τινὰ ὁδόν.

b Φόβων] I. e. δειμάτων. *Suidas:* Φόβος δέ ἐστι προσδοκία τοῦ κακοῦ· εἰς δὲ τὸν φόβον ἀνάγεται ταῦτα· δεῖμα, ὄκνος, αἰσχύνη, ἔκπληξις, θόρυβος, ἀγωνία. Δεῖμα μὲν οὖν ἐστι φόβος δέος ἐμποιῶν, i. e. *metus terrorem incutiens.* Eadem est ejusdem nominis potestas K. II. p. 5. Edit. Oxon. 1727. ἠδυνήθη ἐφικέσθαι μὲν ἐπὶ τοσαύτην γῆν τῷ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ φόβῳ &c.

c Παρ᾽ ἀνδρὶ ἐκδεδομένη·] Eadem reperitur constructio, cui tamen parum favent Grammaticorum regulæ, 1 Thess. IV. 8. — δόντα τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς.

d Δυνατὴν καὶ &c.] Atticam structuram communi sic mutes dialecto: καθ᾽ ὁδὸν, ᾗ καὶ τὰ ὑποζύγια πορεύεσθαι ἂν δύναιντο.

e Καὶ τῶν ὁπλιτῶν,] *Scil.* τινάς. Vide p. 40. n. g.

f Εἴ τις αὐτῶν &c.] MS. Eton. εἴ τις ἀνήρ. In editis etiam nonnullis deest αὐτῶν: quod tamen *Stephanus* rectè retinuisse videtur.

g Ὑποστὰς] *Thom. Magist.* Ὑφίσταμαι, ἀντὶ τοῦ ὑπομένω, λογογράφοι· ἀντὶ τοῦ ὑπισχνοῦμαι δὲ ποιηταί· καὶ Θουκυδίδης ἅπαξ· ἤγαγε τοὺς ἄνδρας ὥσπερ ὑπέστη. At pro *suscipio* verbum illud usurpat *Thucyd.* l. 8. c. 68.

h Τῶν μὲν ὁπλιτῶν] Plenè, ἐκ τῶν &c. Vide sis p. 218. n. c.

Ἀριστώνυμος Μεθυδριεὺς Ἀρκὰς καὶ Ἀγασίας Στυμφάλιος Ἀρκάς. [a] Ἀντεστασίαζον δὲ αὐτοῖς Καλλίμαχος Παῤῥάσιος Ἀρκὰς καὶ Ἀγασίας Στυμφάλιος Ἀρκάς· καὶ οὗτος ἔφη ἐθέλειν πορεύεσθαι, προςλαβὼν [b] ἐθελοντὰς ἐκ παντὸς τοῦ στρατεύματος· εὖ γὰρ οἶδα, ἔφη, ὅτι ἕψονται πολλοὶ τῶν νέων ἐμοῦ ἡγουμένου. Ἐκ τούτου ἐρωτῶσιν, εἴ τις καὶ τῶν γυμνητῶν ἢ ταξιαρχῶν ἐθέλοι συμπορεύεσθαι. Ὑφίσταται [c] Ἀριστέας Χῖος, ὃς πολλαχοῦ πολλοῦ ἄξιος τῇ στρατιᾷ εἰς ταῦτα ἐγένετο.

Καὶ ἦν μὲν δείλη, [d] ἤδη δ' ἐκέλευον αὐτοὺς ἐμφαγόντας πορεύεσθαι· καὶ τὸν ἡγεμόνα δήσαντες παραδιδόασιν αὐτοῖς· καὶ συντίθενται, τὴν μὲν νύκτα, ἢν λάβωσι τὸ ἄκρον, τὸ χωρίον φυλάττειν· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ σάλπιγγι σημαίνειν· καὶ τοὺς μὲν ἄνω ὄντας ἰέναι ἐπὶ τοὺς κατέχοντας τὴν φανερὰν ἔκβασιν· [e] αὐτοὺς δὲ συμβοηθήσειν ἐκβαίνοντας

Methydriensis Arcas et Agasias Stymphalius Arcas. Inter se autem contendebant Callimachus Parrhasius Arcas et Agasias Stymphalius Arcas: et is ire se velle aiebat, adsumptis iis qui de toto exercitu ultro se offerrent: nam sat scio, inquit, multos juvenes sequuturos, si ego dux sim. Deinde interrogant, num quis expeditorum militum vel cohortium præfectorum unà *cùm his* ire vellet. Operam suam pollicetur Aristeas Chius, qui in rebus ejusmodi sæpenumerò exercitui fuit maximi pretii.

Et advesperascebat quidem, jámque eos sumpto cibo proficisci jusserunt *præfecti:* ac ducem viæ vinculis constrictum eis tradunt; et *rem ità* componunt ut, si jugum caperent, noctu locum custodirent; et quamprimùm illucesceret, signum tubâ darent: ac *deinde* qui superiori essent loco adversùs eos tenderent, qui transitum *illum* conspicuum tenerent; ipsi ad opem fe-

a Ἀντεστασίαζον δὲ αὐτοῖς &c.] MS. Eton. habet ἀντεστασιάζων δὲ ἑαυτοῖς Καλλίμαχος Παῤῥάσιος Ἀρκὰς, καὶ οὗτος ἔφη &c. quam *Muretus* recipiendam censuit scripturam, nisi quòd pro ἑαυτοῖς scribat αὐτοῖς. Sed cùm nomina propria apud Nostrum sæpè sint geminata, Ἀγασίας Στυμφάλιος Ἀρκὰς in exilium, opinor, non ejiciendus est. Vide sis p. 23. n. a. et p. 73. n. b.

b Ἐθελοντὰς] Scribitur in edit. *Leunclav.* προσπαρεξυνένους. Rectiùs *Steph.* syllabam ultimam accentu distinxit. Sic paulò suprà, ὑποστὰς ἐθελοντὴς πορεύεσθαι. Confer p. 77. n. a.

c Ἀριστέας Χῖος,] MS. Eton. et editi quidam exhibent Ἀρίσταρχος, quibus accedit *Amasæus.* Sed *Stephano* et *Leunclav.* placuit Ἀριστέας Χῖος.

d Ἤδη δ' ἐκέλευον] MS. Eton. οἱ δὲ ἐκέλευον &c. Si quid mutandum, forsan, Καὶ ἦν μὲν ἤδη δείλη, οἱ δὲ &c. Verbo præpone nomen στρατηγοὶ vel ἡγεμόνες, qualem jam suprà videre est ellipsin p. 218. n. b. Porrò, αὐτοὺς respicit Aristonymum, Agasiam &c. qui modò se iter ingressuros receperant.

e Αὐτοὺς δὲ συμβοηθήσειν &c.] In editis plerisque legitur, αὐτοὶ δὲ συμβουλευθεῖσιν &c. nec aliter in MSto Eton. qui tamen pro ἐκβαίνοντες dat βαίνοντες. In margine edit. *Steph.* laudantur, αὐτοὶ δὲ συμβουλεῦσιν βαίνοντες ὡς ἂν &c. *Leunclavio* legen-

ὡς ἂν δύνωνται τάχιστα. [a] Ταῦτα συνθέμενοι, οἱ μὲν ἐπορεύοντο, πλῆθος ὡς δισχίλιοι· (καὶ [b] ὕδωρ πολὺ ἦν ἐξ οὐρανοῦ) Ξενοφῶν δὲ ἔχων τοὺς ὀπισθοφύλακας ἡγεῖτο πρὸς τὴν φανερὰν ἔκβασιν, ὅπως ταύτῃ τῇ ὁδῷ οἱ πολέμιοι προσέχοιεν τὸν νοῦν, καὶ ὡς μάλιστα λάθοιεν οἱ περιόντες. Ἐπεὶ δὲ ἦσαν [c] ἐπὶ χαράδραν οἱ ὀπισθοφύλακες, ἣν ἔδει διαβάντας πρὸς τὸ ὄρθιον ἐκβαίνειν, τηνικαῦτα ἐκυλίνδουν οἱ βάρβαροι [d] ὁλοτρόχους ἁμαξιαίους, καὶ μείζους καὶ ἐλάττους [e] λίθους, οἳ φερόμενοι παίοντες πρὸς τὰς πέτρας διεσφενδονῶντο· καὶ παντάπασιν οὐδὲ πελάσαι οἷόν τ' ἦν τῇ ὁδῷ. Ἔνιοι δὲ τῶν λοχαγῶν, εἰ μὴ [f] ταύτῃ δύναιντο, ἄλλῃ ἐπειρῶντο· καὶ ταῦτα ἐποίουν, μέχρι σκότος ἐγένετο. Ἐπεὶ δὲ ᾤοντο [g] ἀφανεῖς εἶναι ἀπιόντες, τότε

rendam concurrerent, *in montem* quàm celerrimè possent adscendendo. His ità compositis, proficiscebantur illi, numero circiter bis mille: (ac aqua *tum* ex cœlo multa erat *lapsa)* et Xenophon cum agminis extremi custodibus ad transitum *illum* conspicuum præibat, ut hostes in hanc *duntaxat* viam animum intenderent, ac quàm maximè laterent ii, qui præteribant. Posteaquam ad *torrentis* alveum *quendam* agminis extremi custodes aderant, quem ubi transiissent in arduum tendendum erat, tunc barbari *saxa* rotunda, quæ *vel singula* plaustrum oneràssent, et majores minorésque lapides devolvebant; qui delati et ad petras adlisi tanquam è fundâ contorquebantur: atque *adeò* viæ nè quidem adpropinquare licebat. Nonnulli ex cohortium præfectis, hâc si neutiquam possent, aliâ *viâ evadere* tentabant; ídque ad obortas usque tenebras agebant. Cùm autem se discedentes *ab hos-*

dum videtur, αὐτοὶ δὲ συμβληθεῖεν ἐκβαίνοντες, ὡς ἂν &c. Nam quod margini, inquit, edit. *Steph.* legitur adnotatum pro diversâ lectione, συμβολῆς (sic utique scribit *Leunclav.* non συμβουλῆς) ἕνεκεν βαίνοντες scholion vitiatum esse arbitror illorum συμβληθεῖεν ἐκβαίνοντες, ità restituendum. συμβολῆς ἕνεκεν ἴοιεν βαίνοντες. Mihi præter cæteras lectiones ridet ea, quam ex conjecturâ *Mureti* reponendam curavi.

a Ταῦτα συνθέμενοι,] MS. Eton. et libri quidam editi, ταῦτα συμβαίνουσιν: pessimé. Recepta scriptura *Steph. Leunclav.* et *Mureto* se probavit; et rectè quidem respondet præcedentibus illis, καὶ συντίθενται, τὴν μὲν &c.

b Ὕδωρ — ἐξ οὐρανοῦ.] Plenè Noster, quod ellipticè *Herodot.* l. 8. c. 13. χειμών τε καὶ τὸ ὕδωρ — i. e. — *pluvia* —

c Ἐπὶ χαράδραν] Quidam adnotante ad *Amas.* Stephano) *torrentem*, alii *alveum torrentis* vel *fauces;* nonnulli etiam *intimum vallis recessum* interpretantur. Vide sis p. 190. n. b. et usum ejusdem vocis p. 191.

d Ὁλοτρόχους ἁμαξιαίους,] Leguntur etiam ὁλοιτρόχους ἁμαξιαίους. *Suid.* Ὁλοιτρόχους· στρογγύλους, τροχοειδεῖς· Ξενοφῶν· Τηνικαῦτα ἐκυλίνδουν οἱ βάρβαροι λίθους ὁλοιτρόχους ἁμαξιαίους, οἳ φερόμενοι διεσφενδονῶντο, *Hesych.* et *Phavor.* Ὁλότροχος, περιφερὴς λίθος.

e Λίθους, οἳ φερόμενοι &c.] In MSto Eton. deest vox prima: malè quidem; nisi cum *Suidâ*, l. cit. eam ante ὁλοτρόχους posueris. Cæterùm, non sine magno artificio felicíque rem luculente depingendi studio verba hæc composuisse Xenophontem, ipsa docebit lectio.

f Ταύτῃ — ἄλλῃ] *Scil.* ὁδῷ: lege sis p. 179. n. e.

g Ἀφανεῖς] Adi p. 30. n. a.

ἀπῆλθον ἐπὶ τὸ δεῖπνον· ἐτύγχανον δὲ καὶ [a] ἀνάριστοι ὄντες αὐτῶν οἱ ὀπισθοφυλακήσαντες. Οἱ μέντοι πολέμιοι [b] οὐδ᾽ ἀνεπαύσαντο ὅλης τῆς νυκτὸς κυλινδοῦντες τοὺς λίθους· τεκμήρασθαι δ᾽ ἦν τῷ ψόφῳ. Οἱ δὲ ἔχοντες [c] τὸν ἡγεμόνα, καὶ τὰ κύκλῳ περιϊόντες, καταλαμβάνουσι τοὺς φύλακας ἀμφὶ πῦρ καθημένους· καὶ τοὺς μὲν ἀποκτείναντες, τοὺς δὲ καταδιώξαντες, αὐτοὶ ἐνταῦθα ἔμενον, ὡς κατέχοντες τὸ ἄκρον· οἱ δ᾽ οὐ κατεῖχον, ἀλλὰ [d] μαστὸς ἦν ὑπὲρ αὐτῶν, παρ᾽ ὃν ἦν ἡ στενὴ αὕτη ὁδὸς, ἐφ᾽ ᾗ ἐκάθηντο οἱ φύλακες. Ἔφοδος μέντοι αὐτόθεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἦν, οἳ ἐπὶ τῇ φανερᾷ ὁδῷ ἐκάθηντο. [e] Καὶ τὴν μὲν νύκτα ἐνταῦθα διήγαγον·

Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ὑπέφαινεν, ἐπορεύοντο σιγῇ συντεταγμένοι ἐπὶ τοὺς πολεμίους· καὶ γὰρ ὁμίχλη ἐγένετο· ὥστε ἔλαθον ἐγγὺς προσελθόντες. Ἐπεὶ δὲ εἶδον ἀλλήλους, ἥ τε [f] σάλπιγξ ἐφθέγξατο, καὶ [g] ἀλαλάξαντες οἱ Ἕλληνες ἵεν-

tibus conspici non posse putarent, tunc ad cœnam abeunt: *ex* eorum *autem numero* ii, qui extremi agminis custodiam egissent, nè pransi quidem fuerant. Verùm hostes noctem totam lapides devolvere non cessabant; *id quod* fragore conjectare erat. At *nostri*, qui itineris ducem habebant, et *loca* undique circumierant, præsidiarios *hostium* milites ad ignem sedentes offendunt: cúmque alios occidissent, alios persequendo dejecissent, ibi manebant ipsi, quasi verticem tenerent: *quem* tamen non tenebant, sed tumulus *quidam* erat supra ipsos, propter quem angusta erat illa via, ad *quam hostium* milites præsidiarii sedebant. Aditus verò indè ad hostes erat, qui ad viam conspicuam consederant. Et noctem quidem ibi exigebant:

Cùm autem dies illuxisset, instructi tacitè in hostes pergunt; etenim caligo offusa est; adeò ut occulti essent, cùm *jam* propè *ad eos* accessissent. Posteaquam se mutuò vidissent, et tuba cecinit, et Græci sublato clamore

a Ἀνάριστοι] Respice p. 89. n. c.

b Οὐδ᾽ ἀνεπαύσαντο] MS. Eton. οὐδὲν ἐπαύσαντο. Sed verbi simplicis compositum illud significationem interdum induit.

c Τὸν ἡγεμόνα, καὶ τὰ κύκλῳ &c.] MS. Eton. τὸν ἡγεμόνα, κύκλῳ περιϊόντες &c. omissis καὶ τὰ, quas tamen voculas editi libri servârunt.

d Μαστὸς] *Thom. Magister:* Μαστὸς ἐπὶ γυναικός· μαζὸς δὲ (et μασθὸς) ἐπὶ ἀνδρός. Ità ferè *Phavor.* qui vocis ejusdem usum metaphoricum etiam notavit: Μαστὸς, ἀκρώρεια, ἐξοχὴ ὄρους. Similiter *Suidas*, citato hoc Xen. loco, et omisso αὕτη ante ὁδός. Quòd si μαστὸς rectè monti tribuatur, quidni et flori πρόσωπον, Jac. I. 11? quam locutionem Apostolicam importunè (dixerim, an imperitè?) carpserunt quidam interpretes. Iisdem pari ratione damnanda est phrasis, ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους, Luc. IV. 29. et ὀρεινὴ ὀφρῦς *Strab.* l. 5. p. 366.

e Καὶ τὴν — διήγαγον·] Consule p. 217. n. c.

f Σάλπιγξ ἐφθέγξατο,] Pro mandato ducum p. 222. exposito.

g Ἀλαλάξαντες] Vide p. 67. n. e. et loca ibi citata.

το εἰς τοὺς ἀνθρώπους· οἱ δ' οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ καταλιπόντες τὴν ὁδὸν φεύγοντες [a] ὀλίγοι ἀπέθνησκον· εὔζωνοι γὰρ ἦσαν. Οἱ δ' [b] ἀμφὶ Χειρίσοφον, ἀκούσαντες τῆς σάλπιγγος, εὐθὺς ἵεντο ἄνω κατὰ τὴν φανερὰν ὁδόν· ἄλλοι δὲ τῶν στρατηγῶν κατὰ ἀτριβεῖς ὁδοὺς ἐπορεύοντο ᾗ ἔτυχον ἕκαστοι ὄντες, καὶ ἀναβάντες ὡς ἐδύναντο, [c] ἀνίμων ἀλλήλους τοῖς δόρασι· [d] καὶ οὗτοι πρῶτοι συνέμιξαν τοῖς προκαταλαβοῦσι τὸ χωρίον. Ξενοφῶν δὲ, ἔχων τῶν ὀπισθοφυλάκων τοὺς ἡμίσεις, ἐπορεύετο [e] ᾗπερ οἱ τὸν ἡγεμόνα ἔχοντες· (εὐοδωτάτη γὰρ ἦν τοῖς ὑποζυγίοις) τοὺς δ' ἡμίσεις ὄπισθεν τῶν ὑποζυγίων ἔταξε. Πορευόμενοι δ' ἐντυγχάνουσι λόφῳ ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ, κατειλημμένῳ ὑπὸ τῶν πολεμίων, [f] οὓς ἢ ἀποκόψαι ἦν ἀνάγκη, ἢ διεζεῦχθαι ἀπὸ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. Καὶ αὐτοὶ μὲν ἂν ἐπορεύθησαν, ᾗπερ οἱ ἄλλοι, τὰ δ' ὑποζύγια οὐκ ἦν ἄλλῃ ἢ ταύτῃ ἐκβῆναι. Ἔνθα δὴ

homines invadunt: at impetum hi non sustinuerunt, sed cùm relictâ viâ fugæ se dedissent, pauci *tantùm* interfecti sunt; quippe erant expediti. Qui circa Cherisophum erant, tubam ubi audierant, mox sursum viâ conspicuâ tendebant; cæteri duces per vias non tritas, quà quisque fortè aderat, pergebant, et cùm adscenderent, ut poterant, alii alios hastis sursum adtrahebant: atque hi primi se cum iis, qui locum occupârant, conjunxêre. Xenophon autem, cum dimidiâ extremi agminis parte, *eâ viâ* faciebat iter, quâ illi qui ducem habuerant: (nam *ea* jumentis erat commodissima) alteram partem post jumenta disposuerat. Dum procedebant in collem supra viam fortè incidunt, ab hostibus occupatum, quos vel dejicerent necesse erat, vel à Græcis cæteris disjungerentur. Et ipsi quidem potuissent *viam* ingredi *eam*, quâ ingressi fuerant alii, sed jumenta fieri non potuit ut aliâ quàm hâc evaderent *viâ*. Ibi tum mutuò se cohortati, cohorti-

a Ὀλίγοι] Supple *μόνον*: quâ de ellipsi vide p. 136. n. b.

b Ἀμφὶ Χειρίσοφον,] Respice p. 206. n. b.

c Ἀνίμων] *Phavor.* Ἀνιμᾶν λέγεται, τὸ ἐπὶ ὑγροῦ τι ἀνέλκειν. Deinde idem, Ἀνίμων δόρασιν, ἀντὶ τοῦ ἀνεῖλκον. *Thom. Mag.* Ἀνιμᾶν λέγεται ἐπὶ ὑγροῦ, μὴ ἀνέλκειν. *Mær. Att.* Ἀνιμᾶν, Ἀττικῶς· ἀνέλκειν, Ἑλληνικῶς. Similiter *Suidas*; qui bis verba hæc Xenoph. citat: et primò quidem malè legit ἀνείμων. Verbum hoc sensu etiam metaphorico adhibuit Noster Περὶ Ἱππ. ferè medio, Ἐπειδὰν δὲ ἀνακουφίσῃ ἑαυτὸν εἰς τὴν ἀνάβασιν, τῇ μὲν ἀριστερᾷ ἀνιμάτω τὸ σῶμα, τὴν &c.

d Καὶ οὗτοι πρῶτοι &c.] Ità locum, fide MSti Eton. nixus, restitui. Sic infrà Noster, καὶ οὗτοι πρῶτοι ἐπὶ τὸ ὄρος &c. In editis legitur hactenus, καὶ οὗτοι μόνοι πρῶτοι &c. Sed minùs hæc ὁμοιοτέλευτα suavitati Xenophontéæ conveniunt.

e Ἧιπερ] *Scil.* ὁδῷ, cujus casum rectum respicit mox εὐοδωτάτη. Vide sis p. 202. n. d.

f Οὓς ἢ ἀποκόψαι &c.] Sic ferè suprà p. 203. προκατείληπται γὰρ ἡμῖν ὁ ὑπὲρ τῆς καταβάσεως λόφος, καὶ οὐκ ἔστι παρελθεῖν, εἰ μὴ τούτους ἀποκόψομεν.

παρακελευσάμενοι ἀλλήλοις, προσβάλλουσι πρὸς τὸν λόφον [a] ὀρθίοις τοῖς λόχοις, οὐ κύκλῳ, ἀλλὰ καταλιπόντες [b] ἄφοδον τοῖς πολεμίοις, εἰ βούλοιντο φεύγειν. Καὶ ὁρῶντες αὐτοὺς ἀναβαίνοντας, ὅπη ἐδύναντο ἕκαστος, οἱ βάρβαροι, οὔτε ἐτόξευον, οὔτε ἔβαλλον ἐγγὺς ὁδοῦ προσιόντας, ἀλλὰ φυγῇ λείπουσι τὸ χωρίον. Καὶ τοῦτόν τε παρεληλύθεισαν οἱ Ἕλληνες· [c] καὶ ἕτερον ὁρῶσιν ἔμπροσθεν λόφον κατεχόμενον, ἐπὶ τοῦτον αὖθις ἐδόκει πορεύεσθαι. [d] Ἐννοήσας δ' ὁ Ξενοφῶν μὴ, εἰ ἔρημον καταλείποι τὸν ἡλωκότα λόφον, καὶ πάλιν λαβόντες οἱ πολέμιοι ἐπιθοῖντο τοῖς ὑποζυγίοις παριοῦσιν, ([e] ἐπὶ πολὺ δὲ ἦν τὰ ὑποζύγια, ἅτε διὰ στενῆς τῆς ὁδοῦ πορευόμενα) καταλείπει ἐπὶ τοῦ λόφου λοχαγοὺς Κηφισόδωρον [f] Κηφισιφῶντος, Ἀθηναῖον, καὶ Ἀρχαγόραν Ἀργεῖον φυγάδα· αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς λοιποῖς ἐπορεύετο ἐπὶ

bus rectis in collem invadunt, non omni *tamen* ex parte, sed hostibus exitu relicto, si fugere vellent. Et barbari cùm eos adscendere, quà quisque poterat, viderent, neque sagittas mittebant neque jacula intorquebant in eos, qui prope viam accedebant, sed locum fugâ *dilapsi* relinquunt. Quare hunc etiam Græci præterierunt; atque iis alium *quendam* ante *se* collem *ab hostibus* occupatum cernentibus visum est, ad illum quoque pergendum esse. Xenophon autem cùm secum *solicitus* cogitaret nè si collem, quem ceperant, incustoditum relinqueret, iterum *eum* hostes occuparent ac jumenta prætereuntia adorirentur, (in longum utique *explicata* erant jumenta, quippe quæ per iter angustum incederent) Cephisodorum Cephisiphontis *filium*, Atheniensem, et Archagoram Argivum exulem, cohortium præfectos, in colle relinquit; ipse cum reliquis in verticem alterum tendit, atque hunc etiam eodem

a Ὀρθίοις τοῖς λόχοις,] *Phavorin.* Καθόλου δὲ λέγεται πᾶν τάγμα ὄρθιον, ὃ ἂν τὸ βάθος ἔχῃ πλέον τοῦ μήκους. Sed, de his infrà videbitur.

b Ἄφοδον] Rectè vocem hanc, pro ἄμφοδον, reposuit *Leunclavius*. Est autem ἄφοδος ἀναχώρησις vel ἀποχώρησις, ut contrà ἔφοδος est ἐπίλευσις, auctoribus *Suidâ* et *Phavor*. Infrà eadem occurret vox.

c Καὶ ἕτερον ὁρῶσιν &c.] MS. Eton. et edit. *Ald*. καὶ ἕτερον ὁρῶντες &c. In edit. *Steph*. locus sic distinguitur — οἱ Ἕλληνες, καὶ ἕτερον ὁρῶσιν ἔμπροσθεν λόφον κατεχόμενον, ἐπὶ &c. Sed post κατεχόμενον omnino tollenda videtur τελεία στιγμὴ, et ὁρῶσι (tertii *scil.* casûs particip.) cum ἐδόκει construendum. Sic ferè paulò infrà — τοῖς Ἕλλησιν ὁρῶσι μὲν τοῦ ποταμοῦ τὴν δυσπορίαν, ὁρῶσι δὲ &c. Cæterùm, pro αὖθις ante ἐδόκει legit *Amasæus* εὐθὺς, quippe qui vertit, *sine ullâ cunctatione*. Vide p. 87. n. e.

d Ἐννοήσας δ' ὁ Ξενοφῶν μὴ, &c.] Particip. illud cogitationem indicat cum suspicione quâdam animíque solicitudine conjunctam. Sic suprà p. 206. Καὶ τῶν Ἑλλήνων μάλα ἠθύμησάν τινες, ἐννοούμενοι μὴ τὰ &c. Et cognatum his nomen, p. 154. πρῶτον μὲν ἔννοια αὐτῷ ἐμπίπτει, τί &c.

e Ἐπὶ πολὺ] Unâ etiam voce scribitur ἐπιπολὺ &c. Vide sis p. 185. n. d. et p. 63. n. a.

f Κηφισιφῶντος,] Respice p. 190. n. a.

τὸν δεύτερον λόφον, [a] καὶ τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ τοῦτον αἱροῦσιν. Ἔτι δ' αὐτοῖς τρίτος μαστὸς λοιπὸς ἦν πολὺ [b] ὀρθιώτατος, ὁ ὑπὲρ τῆς [c] ἐπὶ τῷ πυρὶ καταληφθείσης φυλακῆς τῆς νυκτὸς ὑπὸ τῶν προελθόντων. Ἐπεὶ δ' ἐγγὺς [d] ἦγον οἱ Ἕλληνες, λείπουσιν οἱ βάρβαροι ἀμαχητὶ τὸν μαστόν· ὥστε θαυμαστὸν γενέσθαι πᾶσι, καὶ ὑπώπτευον δείσαντας αὐτοὺς μὴ κυκλωθέντες πολιορκοῖντο, ἀπολείπειν. Οἱ δὲ ἄρα ἀπὸ τοῦ ἄκρου καθορῶντες τὰ ὄπισθεν γιγνόμενα, πάντες ἐπὶ τοὺς ὀπισθοφύλακας ἐχώρουν.

Καὶ Ξενοφῶν μὲν σὺν τοῖς νεωτάτοις ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἄκρον, τοὺς δ' ἄλλους ἐκέλευσεν [e] ὑπάγειν, ὅπως οἱ [f] τελευταῖοι λοχαγοὶ προσμίξειαν· καὶ προσελθόντας κατὰ τὴν ὁδὸν [g] ἐν τῷ ὁμαλῷ θέσθαι τὰ ὅπλα εἶπεν. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἦλθεν Ἀρχαγόρας ὁ Ἀργεῖος πεφευγὼς, καὶ λέγει ὡς [h] ἀπεκόπησαν ἀπὸ τοῦ πρώτου λόφου, καὶ ὅτι τεθνᾶσι Κηφισόδωρος καὶ Ἀμφικράτης, καὶ ἄλλοι, ὅσοι

modo capiunt. Ipsis adhuc jugum tertium reliquum erat multò maximè arduum, quod custodiæ ab iis, qui *illuc* progressi fuerant, ad ignem noctu deprehensæ, imminebat. Cùm autem propè Græci *suos* duxissent, barbari sine prælio jugum relinquunt: adeò ut omnibus admirationi esset, atque suspicabantur eos *locum propterea* deserere, quòd vererentur nè circumventi obsiderentur. Verùm hi de vertice despicientes ea quæ à tergo gererentur, omnes in eos, qui extremum agmen tutabantur, tendunt.

Et Xenophon quidem cum junioribus in jugum adscendit, cæterósque ità subsequi jussit, ut ultimi cohortium præfecti *cum ipsis* conjungere se possent: et ubi accessissent, in viâ loco æquabili in armis consisterent, edixit. Atque ibi tum Archagoras Argivus elapsus fugâ venit, ac *se suósque* de primo colle dejectos fuisse narrat, et Cephisodorum, Amphicratem aliósque peremtos,

a Καὶ τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ &c.] Hostibus nimirum fugâ dilapsis; utì suprà p. 226.

b Ὀρθιώτατος, ὁ ὑπὲρ &c.] Sic MS. Eton. et libri editi. At *Stephanus* legendum censuit, ὀρθιώτερος, ἢ ὁ ὑπὲρ &c.

c Ἐπὶ τῷ πυρὶ καταληφθείσης &c.] Confer p. 224.

d Ἦγον] Quod verbum sine casu positum videre est p. 106. ubi vide scripta n. a.

e Ὑπάγειν,] *Modicum* quid et *lentum* hìc sonare videtur; utì solent verba ab istâ præpositione incipientia. Vide p. 215. n. d. et p. 205. n. c. *Amasæus* vertit *alios pedetentim usque eò consequi jussit*, &c. quasi legisset ἕως non ὅπως.

f Τελευταῖοι λοχαγοὶ] *Scil.* Cephisodorus et Archagoras. Cæterùm, pro λοχαγοὶ MS. Eton. dat λόχοι.

g Ἐν τῷ ὁμαλῷ θέσθαι τὰ &c.] *Scil.* χωρίῳ: quâ de ellipsi vide p. 198. n. d. Porrò, θέσθαι τὰ ὅπλα dicuntur milites, cùm locum sibi sumunt, ubi consistant: locutionem jam suprà exposuimus p. 45. n. d. Hos mox posteà vocat συντεταγμένους.

h Ἀπεκόπησαν] Vide sis p. 225. n. f.

μὴ ἁλλόμενοι κατὰ τῆς πέτρας πρὸς τοὺς ὀπισθοφύλακας ἀφίκοντο. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενοι οἱ βάρβαροι, ἧκον ἐπ' ἀντίπορον λόφον [a] τῷ μαστῷ· καὶ Ξενοφῶν διελέγετο αὐτοῖς δι' ἑρμηνέως περὶ σπονδῶν, καὶ τοὺς νεκροὺς ἀπῄτει. Οἱ δ' ἔφασαν ἀποδώσειν, [b] ἐφ' ᾧ μὴ καίειν τὰς κώμας. Συνωμολόγει ταῦτα ὁ Ξενοφῶν. [c] Ἐν ᾧ δὲ τὸ μὲν ἄλλο στράτευμα παρῄει, οἱ δὲ ταῦτα διελέγοντο, [d] πάντες οἱ ἐκ τούτου τοῦ τόπου συνερρύησαν. Ἐνταῦθα ἵσταντο οἱ πολέμιοι, καὶ ἐπεὶ ἤρξαντο καταβαίνειν ἀπὸ τοῦ μαστοῦ πρὸς τοὺς ἄλλους, ἔνθα [e] τὰ ὅπλα ἔκειντο, ἵεντο δὴ οἱ πολέμιοι πολλῷ πλήθει καὶ θορύβῳ· καὶ ἐπεὶ ἐγένοντο ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ μαστοῦ, ἀφ' οὗ Ξενοφῶν κατέβαινεν, ἐκυλίνδουν πέτρας, καὶ ἑνὸς μὲν κατέαξαν τὸ σκέλος· Ξενοφῶντα δὲ [f] ὁ ὑπασπιστής, ἔχων τὴν ἀσπίδα, ἀπέλιπεν· Εὐρύλοχος δὲ Λουσιεὺς Ἀρκὰς προσέδραμεν αὐτῷ ὁπλίτης, καὶ πρὸ ἀμ-

quicunque de petrâ non desiliissent et ad extremi agminis præsidia pervenissent. Hæc cùm barbari confecissent, ad collem jugo oppositum veniebant: cúmque eis Xenophon per interpretem de induciis agebat, ac interfectorum corpora repetebat. Aiebant illi se reddituros *ea*, modò vicos non exurerent. *Cum iis* Xenophon de his consentiebat. Intereà verò dum copiæ cæteræ præteribant, atque *inter se* de istis *conditionibus* disserebant, omnes eo de loco confluxerant. Ibi tum substiterunt hostes, cúmque *Græci* descendere de jugo ad alios cœpissent, ubi arma erant disposita, magno sanè numero tumultúque ferebantur hostes; et cùm ad verticem pervenissent jugi, de quo Xenophon descenderat, saxa devolvebant, et unius quidem crus fregerunt: Xenophontem satelles, secum ablato scuto, reliquerat; verùm Eurylochus Lusiensis Arcas, gravis armaturæ miles, ad ipsum adcurrit, ac pro utroque

a Τῷ μαστῷ·] Quem paulò antè deseruerant.

b Ἐφ' ᾧ] Alia aliàs est phraseos hujusce vis: sed adpositè ad hunc locum *Suidas*, Ἐφ' ᾧ· ἐπὶ τούτῳ, i. e. *eâ conditione*. Dein exemplum ex *Polybio* profert: Καὶ συνέθεντο μεθέξειν τῆς κοινῆς συμμαχίας, ἐφ' ᾧ λαμβάνειν κ' τάλαντα κατ' ἐνιαυτόν. Extant verba l. 4. p. 298. edit. Par. ubi tamen rectiùs legitur συνέθετο. *Thucyd.* l. 1. c. 113. σπονδὰς ποιησάμενοι ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται. Cæterùm, in scripturâ τοῦ καίειν consentiunt hìc libri: de quâ consule tamen dicta p. 207. n. b.

c Ἐν ᾧ] Adi p. 86. n. d. et p. 105. n. g.

d Πάντες οἱ ἐκ &c.] *Muretus* legit et distinguit hoc modo, πάντες, οἱ ἐκ τούτου τοῦ τόπου συνερρύησαν, ἐνταῦθα ἵσταντο, καὶ ἐπεὶ ἤρξαντο &c. ut utrumque referatur ad Græcos, sublatis vocibus οἱ πολέμιοι. Hujus mihi quidem placet conjectura.

e Τὰ ὅπλα ἔκειντο,] Adpositè *Eustath.* ad Il. ψ' p. 1300. observat κεῖται esse σύστοιχον verbo τίθεται. Confer p. 227. n. g. Adde p. 228. n. a. proximè sequentem.

f Ὁ ὑπασπιστὴς,] Lexicon Gr. Lat. vetus: Ὑπασπιστὴς, *Protector, armiger*. *Hesychio* idem est, βοηθὸς δορυφόρος, ὑπηρέτης. *Phavor.* Ὑπασπισταὶ, δορυφόροι, (sic *Suid.* etiam) παρὰ τὴν ἀσπίδα· οἱ καὶ βοηθοὶ καὶ ὑπηρέται.

φοῖν προβεβλημένος ἀπεχώρει, καὶ οἱ ἄλλοι [a] πρὸς τοὺς συντεταγμένους ἀπῆλθον.

Ἐκ δὲ τούτου πᾶν ὁμοῦ ἐγένετο [b] τὸ Ἑλληνικὸν, καὶ ἐσκήνησαν αὐτοῦ ἐν πολλαῖς καὶ καλαῖς οἰκίαις, καὶ ἐπιτηδείοις δαψιλέσι· καὶ γὰρ οἶνος πολὺς ἦν, ὥστε [c] ἐν λάκκοις κονιατοῖς εἶχον. Ξενοφῶν δὲ καὶ Χειρίσοφος διεπράξαντο, ὥστε λαβόντες [d] τοὺς νεκροὺς ἐπιδοῦναι τὸν ἡγεμόνα· καὶ πάντα ἐποίησαν τοῖς ἀποθανοῦσιν [e] ἐκ τῶν δυνατῶν, ὥσπερ νομίζεται ἀνδράσιν ἀγαθοῖς. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἄνευ ἡγεμόνος ἐπορεύοντο· μαχόμενοι δ' οἱ πολέμιοι, καὶ [f] ὅπῃ εἴη στενὸν χωρίον προκαταλαμβάνοντες, ἐκώλυον τὰς παρόδους. Ὁπότε μὲν οὖν τοὺς πρώτους κωλύοιεν, Ξενοφῶν ὄπισθεν ἐκβαίνων πρὸς τὰ ὄρη, ἔλυε τὴν ἀπόφραξιν τῆς παρόδου τοῖς πρώτοις, ἀνωτέρω πειρώμενος γίγνεσθαι τῶν κωλυόντων· ὁπότε δὲ τοῖς ὄπισθεν ἐπιθοῖντο, Χειρίσοφος ἐκβαίνων, καὶ

hostibus objectus pedem referebat, cæteri quoque ad illos, qui stabant instructi, discesserunt.

Tum verò omnes Græcæ copiæ in unum convenerant, et tentoria ibi posuerunt *usi* multis elegantibúsque ædibus, et commeatu largo: etenim vinum *tam* multum erat, ut cisternis opere tectorio inductis continerent. Perfecerunt autem Xenophon et Cherisophus, ut tradito *itineris* duce interfectorum corpora reciperent; atque omnia mortuis *justa* pro viribus fecerunt, quemadmodum *fieri* viris fortibus in more est. Postridie sine duce proficiscebantur: hostes autem pugnando, et locus sicubi esset angustus, *eum* antecapiendo, transitus impediebant. Cùm ergo primos impedirent, Xenophon à tergo ad montes adscendens, transitûs obstructionem primis solvebat, operam dans ut altiùs iis, qui impediebant, evaderet: cùm verò extremum agmen adorirentur, Cherisophus adscendens, et operam

a Πρὸς τοὺς συντεταγμένους] Eos nimirum, quos suprà paulò θέσθαι τὰ ὅπλα jusserat Xenophon; apud quos etiam τὰ ὅπλα ἔκειντο. Itaque ii, qui eo jubente, τὰ ὅπλα ἔθεντο, quamvìs ἀπραξίαν quandam agerent, tamen ad rem gerendam stabant accincti.

b Τὸ Ἑλληνικὸν,] Respice p. 6. n. d.

c Ἐν λάκκοις κονιατοῖς] *Scholiastes* ad *Aristoph*. Ἐκκλ. v. 154. Ἀθηναῖοι, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων, ὀρύγματα ὑπὸ τὴν γῆν ποιοῦντες εὐρύχωρα καὶ στρογγύλα καὶ τετράγωνα, καὶ ταῦτα κονιῶντες, οἶνον ὑπεδέχοντο καὶ ἔλαιον εἰς αὐτά· καὶ ταῦτα λάκκους ἐκάλουν. Ità *Suid.* et *Phavor*. Lexicon Gr. Lat. vet. Λάκκος, *Lacuna, laccus, cisterna*.

d Τοὺς νεκροὺς] Sic aliàs sæpè οἱ νεκροὶ valent νεκρῶν σώματα. Suprà paulò, p. 228. καὶ τοὺς νεκροὺς ἀπῄτει. Κ. Π. p. 504. Edit. Oxon. 1727. — ἡ γυνὴ, ἀνελομένη τὸν νεκρὸν, &c. *Thucyd*. l. 1. c. 63. καὶ τοὺς νεκροὺς, — ἀπέδοσαν &c.

e Ἐκ τῶν δυνατῶν,] Eodem sensu dicitur p. 23. ᾗ δυνατὸν, et p. 141. ὡς δυνατόν. *Thucyd*. l. 7. c. 74. ὅπως ξυσκευάσαιντο ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν &c. vertuntur, *ut pro præsenti facultate* &c. Idem l. 2. c. 3. Ἐπεὶ δὲ ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν — i. e. *Postquam autem pro facultate* &c. Eodem ferè recidunt εἰς τὸ δυνατὸν, εἰς δύναμιν &c.

f Ὅπη] *Thom. Magist.* Ὅπου, καὶ Ὅπη, διὰ τοῦ η, ἐπὶ στάσεως τίθεται· Ὅποι, διὰ τοῦ ο καὶ ι, ἐπὶ κινήσεως. Hujus bina extant exempla pp. 210. 211. et alibi passim.

πειρώμενος ἀνωτέρω γίγνεσθαι τῶν κωλυόντων, ἔλυε τὴν ἀπόφραξιν τῆς παρόδου τοῖς ὄπισθεν. [a] Καὶ ἀεὶ οὗτοι ἐβοήθουν ἀλλήλοις, καὶ ἰσχυρῶς ἀλλήλων ἐπεμελοῦντο. Ἦν δὲ ὁπότε καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀναβᾶσι πολλὰ πράγματα παρεῖχον οἱ βάρβαροι πάλιν καταβαίνουσιν· ἐλαφροὶ γὰρ ἦσαν, ὥστε καὶ ἐγγύθεν φεύγοντες ἀποφεύγειν· [b] οὐδὲν γὰρ ἄλλο εἶχον, ἢ τόξα καὶ σφενδόνας. Ἄριστοι δὲ τοξόται ἦσαν· εἶχον δὲ τόξα ἐγγὺς τριπήχη, τὰ δὲ τοξεύματα πλέον ἢ διπήχη· εἷλκον δὲ τὰς νευρὰς, ὁπότε τοξεύοιεν, [c] πρὸς τὸ κάτω τοῦ τόξου, [d] τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνοντες. [e] Τὰ δὲ τοξεύματα ἐχώρει διὰ τῶν ἀσπίδων καὶ διὰ τῶν θωράκων· [f] ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς οἱ Ἕλληνες ἐπιλαβόμενοι

dans ut altius iis, qui impediebant, evaderet, transitûs obstructionem iis, qui extremi erant, solvebat. Atque ità semper hi mutuò sibi auxilium ferebant, et naviter admodùm alter alterius curam gerebat. Nonnunquam etiam iis, qui adscenderant, barbari rursum descendentibus multum negotii facessebant: quippe erant expediti, adeò ut cùm vel propè adcurrissent effugerent: neque enim quidquam præter arcus et fundas gestabant. Erant autem sagittarii peritissimi; arcúsque habebant ternûm ferè cubitorum, sagittas plus quàm bicubitales: nervos, cùm sagittas missuri essent, ad imam arcûs partem adducebant, sinistrum pedem promoventes. Sagittæ autem scuta et loricas penetrabant: eis, si *quas* Græci nacti essent, *tanquam* jaculis utebantur,

a Καὶ ἀεὶ οὗτοι] MS. Eton. οὕτως: quam lectionem sequutus *Amasæus*, vertit, *atque ità alter* &c.

b Οὐδὲν γὰρ ἄλλο εἶχον, ἢ τόξα &c.] De his *Diodor. Sic.* l. 14. p. 257. Ἦσαν δὲ οὗτοι — τὰ κατὰ πόλεμον ἀσκοῦντες, μάλιστα δ' ἐκπονοῦντες σφενδόναις ὡς μεγίστους λίθους ἐμβάλλειν, καὶ τοξεύμασι ὑπερμεγέθεσι χρῆσθαι.

c Πρὸς τὸ κάτω] *Scil.* μέρος. Vide sis p. 34. n. c.

d Τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνοντες.] *Amasæus* vertit, *applicato lævo pede:* Leunclav. *pedem sinistrum adplicantes;* quam fatetur hic non esse usitatæ lectionis interpretationem, sed hujusce τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προσβάλλοντες. Sic enim scribi debere censuit. Ipse, si quid mutandum, malim προτείνοντες.

e Τὰ δὲ τοξεύματα &c.] *Diodor. Sic.* loco cit. τὰ γὰρ βέλη μείζω καθεστῶτα δυοῖν πηχῶν ἔδυνε διά τε τῶν ἀσπίδων καὶ θωράκων, ——

f Ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς οἱ &c.] *Diodor.* ibid. Οὕτω γὰρ φασὶ μεγάλοις κεχρῆσθαι αὐτοῖς, ὥστε τοὺς Ἕλληνας ἐναγκυλοῦντας τὰ ῥιπτόμενα βέλη, τούτοις σαυνίοις χρωμένους ἐξακοντίζειν. Ubi *Steph.* et *Rhodom.* pariter monent, ὡς inserendum ante σαυνίοις. Eadem itidem ante ἀκοντίοις, apud hunc locum, intelligenda est particula. Cæterùm, ἐναγκυλοῦντες lexica non agnoscunt. Ἀγκύλη autem *Hesychio* dicitur ἀκόντιον: *Suidæ* itidem et *Phavor.* εἶδος ἀκοντίου. J. *Poll.* l. 1. segm. 136. ἡ θήκη τοῦ δόρατος, δορατοθήκη· καὶ τὰ μέρη, τὸ μὲν τέλος, σαυρωτήρ· τὸ δὲ μέσον, ἀγκύλη. *Scholiastes* ad *Euripid.* Orest. v. 1477. Ἀγκύλας, τὰ ἀκόντια, inquit, ἀπὸ τοῦ ἐπηγκυλίσθαι· ἢ διότι ἀπὸ τῆς μετὰ μέσου ἀγκύλης λαμβανόμενοι ῥίπτουσιν. Cujus ex mente ἀγκύλη rectè exponi posse videtur λαβὴ ἀκοντίου, sive *ansa, amentum* jaculi medio adligatum, quo regitur et emittitur. Hoc certè sensu sumitur *Strab.* l. 4. p. 301. ἔστι δέ τι καὶ γρόσφῳ ἐοικὸς ξύλον, ἐκ χειρὸς, οὐκ ἐξ ἀγκύλης, ἀφιέμενον, &c. i. e. — *quod non amento, sed è manu* &c. Atque adeò ἐναγκυ-

ἀκοντίοις, ἐναγκυλῶντες. Ἐν τούτοις τοῖς χωρίοις οἱ Κρῆτες χρησιμώτατοι ἐγένοντο· ἦρχε δὲ αὐτῶν Στρατοκλῆς Κρής.

[a] Ταύτην δ' αὖ τὴν ἡμέραν ηὐλίσθησαν ἐν ταῖς κώμαις ταῖς ὑπὲρ τοῦ πεδίου τοῦ παρὰ τὸν Κεντρίτην ποταμὸν, εὖρος ὡς δίπλεθρον, ὃς ὁρίζει τὴν Ἀρμενίαν καὶ τὴν τῶν Καρδούχων χώραν· καὶ οἱ Ἕλληνες [b] ἐνταῦθα ἀνεπαύσαντο· ἀπεῖχε δὲ τῶν ὀρέων ὁ ποταμὸς ὡς ἓξ ἢ ἑπτὰ στάδια τῶν Καρδούχων. Τότε μὲν οὖν ηὐλίσθησαν μάλα ἡδέως, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντες, [c] καὶ πολλὰ τῶν παρεληλυθότων πόνων μνημονεύοντες. [d] Ἑπτὰ γὰρ ἡμέρας, ὅσας περ ἐπορεύθησαν διὰ τῶν Καρδούχων, πάσας μαχόμενοι διετέλεσαν, καὶ ἔπαθον κακὰ οἷα οὐδὲ τὰ σύμπαντα ὑπὸ βασιλέως καὶ Τισσαφέρνους. Ὡς οὖν ἀπηλλαγμένοι τούτων, ἡδέως [e] ἐκοιμήθη-

amenta cùm addidissent. His in locis maximo usui fuêre Cretenses; iis autem Stratocles præerat Cretensis.

Atque isto quidem die in vicis commorati sunt, supra planitiem *sitam* propter Centritem fluvium, latitudine duûm ferè plethrûm, qui Armeniam à Carduchorum agro separat: hìc Græci se quieti dabant: cæterùm à Carduchorum montibus fluvius stadia circiter sex vel septem aberat. Ibi tum quidem non sine magnâ jucunditate commorati sunt, cùm et commeatum haberent, et præteritorum laborum multùm recordarentur. Septem enim dies, quibus per Carduchos profecti erant, omnes perpetuis exegerant præliis, *taliáque* perpessi fuerant mala, qualia nè universa quidem à rege et Tissapherne *illata fuêre*. Quamobrem quasi ab his liberati, jucundè ad somnum capien-

λῶντες hìc loci commodè redditur *amentantes*, scil. τὰ τοξεύματα, ut jaculorum præstarent usum.

a Ταύτην δ' αὖ τὴν &c.] Adi p. 87. n. d. et p. 217. n. c.

b Ἐνταῦθα ἀνεπαύσαντο·] MS. Eton. post ἀνεπαύσαντο addit ἄσμενοι ἰδόντες πεδίον: quæ non ex auctoris, opinor, sed librarii cujusdam calamo fluxêre.

c Καὶ πολλὰ τῶν &c.] "Vulgò enim "dicitur," (inquit *Cic.* de fin. l. 2. c. 32.) "*Jucundi acti labores:* nec malè Euri- "pides: concludam, si potero, Latiné: "Græcum enim hunc versum nôstis "omnes:

"*Suavis laborum est præteritorum me-* "*moria.*"

At aliud sonat versus, qui solet ex *Euripid.* Orest. huc adduci: vide sis istius tragœdiæ v. 213. Cæterùm, πολλὰ similiter pro πολὺ posuit Noster Κ. Π. p. 197. Edit. Oxon. 1727. πολλὰ μὲν ἐπανίσαντες, πολλὰ δὲ &c. Et Græcorum more *Virgil.* Georg. l. 4. v. 301. *Multa reluctanti* &c. ubi Servius: *Multa* pro *multùm*, nomen pro adverbio. Eadem vox adverbialiter ponitur Matth. IX. 14. pro πολλάκις. *Phavor.* Πολλὰ πρωτότυπόν ἐστι τοῦ πολλάκις.

d Ἑπτὰ γὰρ ἡμέρας &c.] *Diodor. Sic.* loco sæpè cit. Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐφ' ἑπτὰ μὲν ἡμέρας διεπορεύοντο τὰ τῶν Καρδούχων ὄρη, πολλὰ πάσχοντες &c.

e Ἐκοιμήθησαν.] Vide sis p. 91. n. c.

σαν. Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ ὁρῶσιν ἱππέας πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐξωπλισμένους, ὡς κωλύσοντας διαβαίνειν· πεζοὺς δ' ἐπὶ ταῖς ὄχθαις παρατεταγμένους ἄνω τῶν ἱππέων, ὡς κωλύσοντας εἰς τὴν Ἀρμενίαν ἐκβαίνειν. Ἦσαν δὲ οὗτοι Ὀρόντου καὶ Ἀρτούχου, Ἀρμένιοι καὶ Μυγδόνιοι καὶ Χαλδαῖοι μισθοφόροι. Ἐλέγοντο δὲ οἱ Χαλδαῖοι ἐλεύθεροι καὶ ἄλκιμοι εἶναι· ὅπλα δ' εἶχον [a] γέρρα μακρὰ καὶ λόγχας. Αἱ δὲ ὄχθαι αὗται, ἐφ' ὧν παρατεταγμένοι οὗτοι ἦσαν, τρία ἢ τέτταρα πλέθρα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀπεῖχον· ὁδὸς δὲ μία ἡ ὁρωμένη ἦν ἄγουσα ἄνω, ὥσπερ χειροποίητος· ταύτῃ ἐπειρῶντο διαβαίνειν οἱ Ἕλληνες. Ἐπεὶ δὲ πειρωμένοις τό, τε ὕδωρ [b] ὑπὲρ τῶν μαστῶν ἐφαίνετο, καὶ τραχὺς ἦν ὁ ποταμὸς μεγάλοις λίθοις καὶ ὀλισθηροῖς, καὶ οὔτε ἐν τῷ ὕδατι τὰ ὅπλα ἦν ἔχειν· [c] εἰ δὲ μή, ἥρπαζεν ὁ ποταμός· ἐπί τε τῆς κεφαλῆς τὰ ὅπλα εἴ τις φέροι, γυμνοὶ ἐφέροντο πρὸς τὰ τοξεύ-

dum decubuerunt. Dies autem ut illuxit, trans fluvium equites vident armatos, tanquam si transitum impedituri essent; supráque equites *fluminis* in ripis pedites instructos, tanquam si impedituri essent nè in Armeniam evaderent. Erant hi Orontis et Artuchi, Armenii et Mygdonii et Chaldæi stipendio conducti. Et Chaldæi *quidem* liberi ac bellicosi esse ferebantur: arma iis erant gerræ longæ et hastæ. Ripæ autem illæ, in quibus isti erant instructi, tria vel quatuor plethra ab amne distabant: via, quæ *quidem* cerneretur, una erat, eáque sursum ducebat, quasi manu facta: hàc Græci transire conabantur. Cùm autem iis, *id* qui conabantur, aquam mamillas superare compertum esset, ac flumen propter ingentia saxa *eá*que lubrica esset asperum, neque arma in aquâ gestari possent; quòd cæteroquin flumen *eos* abriperet; ac si quis in capite arma gestare vellet, nudos ferri adversùs sa-

a Γέῤῥα] Consule Indic. voc. Persic. K. Π. nostræ adjectum. Edit. Oxon. 1727.

b Ὑπὲρ τῶν μαστῶν] Ultimâ de voce dictum est p. 224. n. d. Addam hìc liceat, nugari Grammaticos, cùm μαστὸς mulierum, virorum μασθὸς esse statuant. *J. Poll.* l. 2. segm. 162. Τὰ δ' ἐπὶ τοῖς στέρνοις, μαστοί· ἀφ' ὧν καὶ τὰ τῆς γῆς ὑπερέχοντα, μαστοὶ κέκληνται. Hac de pectore ἀνθρώπων generatim: deinde, Οἱ δὲ μαστοί, inquit, καὶ τιτθοὶ καλοῦνται, καὶ τιτθία· μάλιστα δὲ ἐπὶ γυναικῶν.

c Εἰ δὲ μή,] Elegans est et elliptica phrasis, cujus exemplum adfert *Budæus* Comm. L. G. p. 991. ex *Demosth.* περὶ παραπρεσ. Ὁ μὲν τοίνυν ὑπὲρ ὑμῶν γράψας μὴ ἄγειν ἐν τῷ πολέμῳ πρὸς Φίλιππον ὅπλα, εἰ δὲ μή, θανάτῳ ζημιοῦσθαι, ἀπόλωλε, καὶ ὕβρισται. Quo loco, inquit, εἰ δὲ μὴ significat, εἰ δὲ μὴ πειθαρχέοι, i. e. quòd si non pareat. Huic addo *Thucyd.* l. 2. c. 5. τά τε ἔξω ἔλεγον αὐτοῖς μὴ ἀδικεῖν· εἰ δὲ μή, καὶ αὐτοὶ &c. ubi εἰ δὲ μὴ valet, *quòd si non pareant*, vel *non ab injuriâ — abstineant*. Et *Ælian*. V. H. l. 13. c. 42. οὐκ ἔφη βελτίονας ἔχειν τῶν ἔργων τοὺς λόγους εἰ δὲ μή, &c. Ad quem locum Cl. *Perizon*. adduxit *Dion. Chrysost.* verba hæc, quæ extant Orat. 11. p. 178. Ἃ οὐδέποτ' ἂν ἐποίησεν Ἀχιλλεύς, μὴ ἀπόπληκτος ὤν· εἰ δὲ μή, &c. i. e. *sin autem aliter se res haberet*, vel, *sin etiam facturus id fuisset* &c. Sic et apud hunc Xenophontis locum, εἰ δὲ μή, non ad verba, sed ad sensum refertur; ut exponas, *sin esset autem ut quis arma, flumen dum trajiciebat, gestaret.* Adde Matth. IX. 17.

ματα καὶ τὰ ἄλλα βέλη· [a] ἀνεχώρησαν οὖν, καὶ αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύσαντο παρὰ τὸν ποταμόν.

Ἔνθα δὲ αὐτοὶ [b] τὴν πρόσθεν νύκτα ἦσαν ἐπὶ τοῦ ὄρους, ἑώρων τοὺς Καρδούχους πολλοὺς συνειλεγμένους σὺν τοῖς ὅπλοις. Ἐνταῦθα δὴ πολλὴ ἀθυμία ἦν τοῖς Ἕλλησιν, [c] ὁρῶσι μὲν τοῦ ποταμοῦ τὴν δυσπορίαν, ὁρῶσι δὲ τοὺς διαβαίνειν κωλύσοντας, ὁρῶσι δὲ τοῖς διαβαίνουσιν ἐπικεισομένους τοὺς Καρδούχους ὄπισθεν. Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα ἔμενον ἐν πολλῇ ἀπορίᾳ ὄντες. Ξενοφῶν δὲ [d] ὄναρ εἶδεν· ἔδοξεν ἐν πέδαις δεδέσθαι, [e] αὗται δὲ αὐτῷ αὐτόματοι περιῤῥαγῆναι, ὥστε λυθῆναι, καὶ διαβαίνειν [f] ὁπόσον ἐβούλετο. Ἐπεὶ δὲ [g] ὄρθρος ἦν, ἔρχεται πρὸς τὸν Χειρίσοφον, καὶ λέγει ὅτι ἐλπίδας ἔχει καλῶς ἔσεσθαι· καὶ διηγεῖται αὐτῷ τὸ ὄναρ. Ὁ δὲ ἥδετό τε, καὶ ὡς τάχιστα ἕως ὑπέφαινεν, ἐθύοντο πάντες παρόντες οἱ στρατηγοί· [h] καὶ

gittas aliáque oporteret tela; retrocesserunt, atque *illic* propter amnem castra metati sunt.

Ibi autem in monte, in quo nocte superiore ipsi fuerant, videbant multos Carduchos collectos *eósque* armis instructos. Itaque tum Græcos magna invasit animi demissio, cùm in amne trajiciendo difficultatem cernerent, cernerent *hostes* qui *ipsos* transitu prohibituri essent, cernerent *denique* Carduchos trajicientibus à tergo instaturos. Quamobrem hunc diem ac noctem exigebant magnâ difficultate adfecti. At Xenophon somnium vidit: *isque adeò sibi* compedibus constrictus esse visus est, eæ verò suâ sponte disruptæ *deinde videbantur*, adeò ut ipse solutus esset, ac per omnia quæ vellet evaderet. Cùm diluculum *jam* adesset, ad Cherisophum venit, ac se in spe esse dicit benè *ipsis* futurum: *similique* somnium ei narrat. Is et delectatus *eo*, et quàm celerrimè, interim dum illucescebat, duces qui aderant omnes rem sacram

a Ἀνεχώρησαν οὖν,] Sic rectè MS. Eton. et edit. *Ald.* In aliis deest particula οὖν. Vide sis p. 156. n. c. et p. 45. n. c.

b Τὴν πρόσθεν νύκτα ἦσαν &c.] Sic editi, quos videre contigit, omnes. MS. Eton. dat τὴν πρόσθεν νύκτα ἦσαν, ἑώρων &c. omissis ἐπὶ τοῦ ὄρους.

c Ὁρῶσι μὲν τοῦ &c.] Haud parum venustatis et ἐμφάσεως repetitum orationi participium conciliat: déque eodem elegantiæ fonte fluxerunt, quæ legas licet p. 204. νῦν εἰς τὴν Ἑλλάδα &c.

d Ὄναρ εἶδεν·] Adi p. 152. n. f. *Artemid.* l. 2. c. 52. et *Cicer.* de Divin. l. 2. c. 58. et seq.

e Αὗται] *Scil.* ἐδόκουν, vel ἐφαίνοντο. Hujusmodi ellipsis extat *Æli.* V. H. l. 9. c. 24. καὶ γάρ τοι Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφῆν, καὶ τῷ βίῳ διαῤῥεῖν· ὁ δὲ Σμινδυρίδης καὶ πλέον. ubi ex præcedentibus petas oportet verbum, quocum *Smindyrides* construatur: nempe, ἐτρύφα vel διέῤῥει scil. τῷ βίῳ.

f Ὁπόσον &c.] Rectiùs forsan, ὅσον ἂν βούλοιτο.

g Ὄρθρος] Vide sis p. 107. n. e.

h Καὶ τὰ ἱερὰ &c.] Confer. p. 101. n. b. Cæterùm, cum πρώτου mox sequente intellige χρόνου: quod suprà deesse monuimus p. 172. n. e.

τὰ ἱερὰ καλὰ ἦν εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πρώτου. Καὶ ἀπιόντες ἀπὸ τῶν ἱερῶν οἱ στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ παρήγγελλον τῇ στρατιᾷ ἀριστοποιεῖσθαι. Ἀριστῶντι δὲ τῷ Ξενοφῶντι προςτρέχετον δύο νεανίσκω· ᾔδεσαν γὰρ πάντες ὅτι ἐξείη αὐτῷ καὶ ἀριστῶντι καὶ δειπνοῦντι προςελθεῖν· καὶ, εἰ καθεύδοι, ἐπεγείραντα εἰπεῖν, εἴτι τὶς ἔχοι [a] τῶν πρὸς τὸν πόλεμον· καὶ τότε ἔλεγον ὅτι τυγχάνοιεν φρύγανα συλλέγοντες ὡς ἐπὶ πῦρ, κἄπειτα κατίδοιεν ἐν τῷ πέραν ἐν ταῖς πέτραις καθηκούσαις ἐπ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν γέροντά τε, καὶ γυναῖκα, καὶ [b] παιδίσκας ὥςπερ [c] μαρσίππους ἱματίων κατατιθεμένους ἐν πέτρᾳ ἀντρώδει. Ἰδοῦσι δὲ σφίσι δόξαι ἀσφαλὲς εἶναι διαβῆναι· οὐδὲ γὰρ τοῖς πολεμίοις ἱππεῦσι πρόςβατον εἶναι κατὰ τῦτο. Ἐκδύντες δὲ, ἔφασαν ἔχοντες τὰ ἐγχειρίδια [d] γυμνὰ ὡς νευσούμενοι διαβαίνειν· πορευόμενοι δὲ, πρόσθεν διαβῆναι πρὶν βρέξαι τὰ αἰδοῖα· καὶ διαβάντες, καὶ λαβόντες τὰ ἱμάτια, πάλιν ἥκειν.

faciebant: et statim ab initio pulchre litatum est. Cúmque à sacrificiis discessissent duces et cohortium præfecti, exercitui denuntiabant prandendum esse. Ad Xenophontem autem *adhuc* prandentem juvenes duo adcurrunt: nôrant enim omnes licere, ad ipsum et cùm pranderet et cùm cœnaret, accederet aliquis; atque etiam, si dormiret, excitaret dicerétque, si quid haberet de iis quæ ad bellum *pertinerent:* narrabántque *adeò* tunc *illi*, fortè se, dum ad ignem sarmenta colligerent, in ulteriore *ripâ* in saxis ad amnem ipsum pertinentibus vidisse senem, et fœminam, et puellas *quasdam*, quæ in petrâ cavernosâ quasi vestimentorum saccos deponerent. Ipsis *id* cùm vidissent tutò *se* trajicere posse visum fuisse: nec enim fieri posse, ut hâc parte hostium equitatus accederent. Itaque cùm *se vestibus* exuissent, nudis cum pugionibus tanquam nataturos trajicere *se cœpisse* narrant; cùm autem pergerent, priùs se transiisse quàm pudenda madefacerent: atque *ità* cùm transiissent, et vestimenta *illa* cepissent, *eodem vado* reversos.

a Τῶν πρὸς τὸν &c.] Lege p. 74. n. b.

b Παιδίσκας] *Thom. Magist.* Παιδίσκην, καὶ τὴν ἐλευθέραν, καὶ τὴν δούλην, Ἀττικοί. — ἐπὶ μόνης δὲ τῆς δούλης, οἱ ἁπλῶς Ἕλληνες χρῶνται τῇ παιδίσκῃ. Similiter *Mœris Attic.*

c Μαρσίππους] MS. Eton. et edit. *Ald.* μαρσίπους, cum simplici π. Sic et *Suidas* in v. Μαρσίπος, ad quam locum hunc Xenophontéum adducit. *J.* etiam *Pollux* l. 7. segm. 79. Καὶ φαινόλους δὲ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, τὰ τῶν ἱματίων ἀγγεῖα, καὶ θυλάκους· Ξενοφῶν δὲ, καὶ μαρσίππους ἱματίων εἶπε. et sic ferè idem l. 10. segm. 138.

d Γυμνὰ ὡς νευσούμενοι] MS. Eton. γυμνοὶ ὡς συννευσόμενοι. Non malè quidem, quod ad primam vocem; sed ultimam rectè repræsentant libri editi. *Suid.* et *Phavor.* Νευσούμενοι, κολυμβήσοντες· Ξενοφῶν· Ἐκδύντες, ἔχοντες τὰ ἐγχειρίδια γυμνοὶ ὡς νευσούμενοι, ἐπειρῶντο διαβαίνειν. Uterque, omisso ἔφασαν, ad supplendam sententiam τῷ διαβαίνειν præposuerunt ἐπειρῶντο.

Εὐθὺς οὖν ὁ Ξενοφῶν αὐτός τε [a] ἔσπενδε, καὶ τοῖς νεανίσκοις ἐγχεῖν ἐκέλευσε, καὶ εὔχεσθαι τοῖς φήνασι θεοῖς τά τε ὀνείρατα καὶ τὸν πόρον, καὶ τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ ἐπιτελέσαι. Σπείσας δὲ, εὐθὺς μὲν ἦγε τοὺς νεανίσκους παρὰ τὸν Χειρίσοφον· καὶ διηγοῦνται ταῦτα. Ἀκούσας δὲ ὁ Χειρίσοφος, σπονδὰς ἐποίει. Σπείσαντες δὲ, τοῖς μὲν ἄλλοις παρήγγελλον συσκευάζεσθαι, αὐτοὶ δὲ συγκαλέσαντες τοὺς στρατηγοὺς, ἐβουλεύσαντο ὅπως ἂν κάλλιστα διαβαῖεν, [b] καὶ τούς τε πρόσθεν νικῷεν, καὶ [c] ὑπὸ τῶν ὄπισθεν μηδὲν κακὸν πάσχοιεν. Καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς Χειρίσοφον μὲν ἡγεῖσθαι, καὶ διαβαίνειν ἔχοντα τὸ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος, τὸ δὲ ἥμισυ ὑπομένειν σὺν Ξενοφῶντι· τὰ δὲ ὑποζύγια [d] καὶ τὸν ὄχλον ἐν μέσῳ τούτων διαβαίνειν. Ἐπεὶ δὲ καλῶς ταῦτα εἶχεν, ἐπορεύοντο· ἡγοῦντο δὲ οἱ νεανίσκοι, ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες τὸν ποταμόν· ὁδὸς δὲ ἦν ἐπὶ τὴν διάβασιν ὡς τέτταρα στάδια.

Πορευομένων δ' αὐτῶν [e] ἀντιπαρῄεσαν αἱ τάξεις τῶν ἱπ-

Igitur Xenophon statim et ipse libationem instituit, et *suos* infundere adolescentibus *hisce* jussit, atque vota diis, qui tum somnia tum vadum monstrâssent, nuncupare, ut reliqua etiam *ipsis* perficerent commoda. Libatione factâ, adolescentes ad Cherisophum statim duxit; *ei*que ista narrant. *Quæ* cùm audiîsset Cherisophus, libationes instituit. Ubi verò libâssent, denuntiant cæteris ut vasa colligerent; ipsi, convocatis ducibus, quo pacto quàm optimè transirent, et tum eos à fronte *qui stabant* vincerent, tum ab iis à tergo *qui erant* detrimenti nihil acciperent, deliberârunt. Ipsísque *adeò* visum est, ut Cherisophus in fronte esset, ac eum dimidiâ exercitûs parte transiret; et *reliqua* pars dimidia cum Xenophonte maneret; jumentáque ac turba *imbellis* medio inter hos *loco* trajicerent. His *ità* rectè constitutis, pergebant: itineris autem duces erant adolescentes, quibus ad lævam erat amnis: via, quæ ad transeundi locum *ducebat*, stadiorum ferè quatuor erat.

Cùm proficisci cœpissent, adversùs eos *ex alterâ parte fluminis* equitum per-

a Ἔσπενδε, καὶ — ἐγχεῖν &c.] Etymol. m. Σπένδω, σημαίνει τὸ μετὰ θυσιῶν φιλιοῦμαι καὶ καταλλάσσομαι καὶ θεῷ καὶ ἀνθρώποις. *Phavor.* Σπονδὴ, ὁ ἐπιχεόμενος ταῖς θυσίαις οἶνος· σπονδὰς, ἐκχύσεις οἴνου. Adde *Suid.* suprà cit. p. 75. n. d. Vino nempe Græci ad libationes plerumque utebantur; utì passim testatur *Homerus:* adeò ut plenè diceretur ἔσπενδε οἴνῳ. Ἐγχεῖν etiam solemne est in sacrificiis verbum. Vini utique in pocula huic usui destinata ubi adfatim infuderant, aliquantum mox deorum in honorem effundebant. Plenè *Aristoph.* Εἰρ. v. 1102. Ἔγχει δὴ σπονδὴν &c. Cùm autem libationes cum precibus ferè conjungi solerent, ritè sequitur illud εὔχεσθαι. Plura qui desiderat, adeat velim *Archæol. Gr.* l. 2. c. 4.

b Καὶ τούς τε πρόσθεν &c.] Orontæ *scil.* et Artuchi copias, de quibus p. 232.

c Ὑπὸ τῶν ὄπισθεν &c.] *Scil.* à Carduchis, quorum meminit p. 233.

d Καὶ τὸν ὄχλον] Vide sis p. 198. n. h.

e Ἀντιπαρῄεσαν αἱ τάξεις &c.] Quas suprà memorat. p. 231. Cæterùm, verbum illud lexicis est ignotum.

πέων. Ἐπεὶ δ' ἦσαν κατὰ τὴν διάβασιν καὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ, [a] ἔθεντο τὰ ὅπλα, καὶ αὐτὸς πρῶτος Χειρίσοφος [b] ἐστεφανωμένος καὶ ἀποδὺς ἐλάμβανε τὰ ὅπλα, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι παρήγγελλε· καὶ τοὺς λοχαγοὺς ἐκέλευεν ἄγειν [c] τοὺς λόχους ὀρθίους, τοὺς μὲν ἐν ἀριστερᾷ, τοὺς δὲ ἐν δεξιᾷ ἑαυτοῦ. Καὶ οἱ μὲν μάντεις [d] ἐσφαγιάζοντο εἰς τὸν ποταμόν· οἱ δὲ πολέμιοι ἐτόξευόν τε καὶ ἐσφενδόνων· ἀλλ' οὔπω ἐξικνοῦντο. Ἐπεὶ δὲ [e] καλὰ ἦν τὰ σφάγια, [f] ἐπαιάνιζον πάντες οἱ στρατιῶται καὶ [g] ἀνηλάλαζον, συνωλόλυζον

nexêre turmæ. Ad locum trajectûs et fluminis ripas ubi pervenissent, aciem ordinandi causâ subsistebant, ac primus ipse Cherisophus coronatus ac veste positâ arma capiebat, idémque cæteris omnibus *faciendum* imperabat: cohortium etiam præfectos cohortes rectas, tum ad dextram suam, tum ad lævam ducere jubebat. Et vates quidem hostias ad amnem mactabant: hostes sagitttas mittebant fundísque utebantur; sed needum *ad Græcos* pertingebant. Posteaquam pulchrè litatum fuisset, pæana milites omnes canebant et clamo-

a Ἔθεντο τὰ ὅπλα,] *Leunclav.* vertit *arma ponunt;* et sic ferè *Amasæus.* Minùs rectè; nisi qui armati consistunt, nec tamen re ipsâ pugnant, ii propriè arma ponere dicantur. Quod autem de Cherisopho mox infrà dicitur ἐλάμβανε τὰ ὅπλα, nihil indè præsidii illorum accedit interpretationi: quippe quia de eo id tum demum dicitur, cùm priùs vestem, et proinde arma, posuisset. Itaque hìc loci sonare videtur phrasis vel simpliciter *armati substiterunt*, vel *aciei instruendæ, ducúmque* adeò mandatorum accipiendorum, *causâ.* Vide p. 228. n. e.

b Ἐστεφανωμένος] MS. Eton στεφανωσάμενος. Dicitur is forsan ἐστεφανωμένος, quòd modò rem sacram fecerat; nam veteres coronatos sacrificâsse, satìs notum est: nisi mavis illum ominis boni causâ coronam, lætitiæ utique et victoriæ quasi animo præceptæ indicium, sumpsisse. Consule, εἴ γε δοκεῖ, quæ viri docti *Kuhnius* et *Perizon.* notârunt ad *Ælian.* V. H. l. 3. c. 3.

c Τοὺς λόχους ὀρθίους,] Lege ex *Æliano* et *Arriano* adlata ad K. II. p. 194. Edit. Oxon. 1727. Quibus accedunt *Phavor.* et *Suid.* in v. Ὀρθία.

d Ἐσφαγιάζοντο εἰς &c.] Rectiùs forsan verteris *in* quàm *ad* flumen: neque enim deest exemplum mactatæ in ipso fluvii trajectu hostiæ. *Arrian.* de Exp. Alex. l. 1. c. 11. καὶ ἐπειδὴ μετὰ μέσον τὸν πόρον τοῦ Ἑλλησπόντου ἐγίνετο (Alexander) σφάξαντα ταῦρον, τῷ Ποσειδῶνι καὶ Νηρηΐσι σπένδειν ἐκ χρυσῆς φιάλης ἐς τὸν πόντον. Adde ejusd. l. 6. c. 3.

e Καλὰ ἦν τὰ &c.] Adi p. 66. n. b. et p. 101. n. b.

f Ἐπαιάνιζον] Vide p. 67. n. b. et p. 169. n. d.

g Ἀνηλάλαζον, συνωλόλυζον &c.] Prius verbum extat apud *Euripid.* Ἴων. v. 712. Ἐγὼ δ' ἀνηλάλαξα, κἀνωρχησάμην. Quem locum respicit etiam Cl. *Grævius*, ubi rectè ἀναλαλάζω iis adnumerat verbis, quæ in lexicis non habentur. *Arrian.* de Exp. Alex. l. 6. c. 3. eandem notionem subjecit verbo ἐπαλαλάζειν, quod in lexicis quidem reperitur, sed ἀδεσπότως. Vide p. 67. n. e. Porrò, deest etiam in plerisque lexicis συνολολύζω; (quod Cl. *Grævius* prætermisit) simplex autem ὀλολύζω est sacrorum in primis vox, et clamorem mulierum sacrificantium (observante *Animadv.* in *Athen.* l. 7. c. 10. doctiss. *Casaub.*) indicat. Ejusdem vide *Comment.* ad *Theophr.* c. 21. Rectè verò monuit, quod et exemplis adlatis probavit, illustris *Spanh.* ad *Callim.* Hymn. in Del. v. 258. ὀλολύζειν solenniter in publicâ etiam lætitiâ, quæ faustas lætásque flagitaret acclamationes, adhiberi. Lege sis quæ loco cit. scripsit vir eruditissimus,

δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι. Πολλαὶ γὰρ ἦσαν [a] ἑταῖραι ἐν τῷ στρατεύματι.

Καὶ Χειρίσοφος μὲν ἐνέβαινε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· ὁ δὲ Ξενοφῶν, λαβὼν τῶν ὀπισθοφυλάκων τοὺς εὐζωνοτάτους, ἔθει ἀνὰ κράτος πάλιν ἐπὶ τὸν πόρον τὸν κατὰ τὴν ἔκβασιν τὴν εἰς τὰ τῶν Ἀρμενίων ὄρη· προσποιούμενος [b] ταύτῃ διαβὰς ἀποκλείσειν τοὺς παρὰ τὸν ποταμὸν ἱππεῖς. Οἱ δὲ πολέμιοι, ὁρῶντες μὲν τοὺς ἀμφὶ Χειρίσοφον εὐπετῶς τὸ ὕδωρ διαπερῶντας, ὁρῶντες δὲ τοὺς ἀμφὶ Ξενοφῶντα θέοντας [c] εἰς τοὔμπαλιν, δείσαντες μὴ ἀποκλεισθείησαν, φεύγουσιν ἀνὰ κράτος πρὸς τὴν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔκβασιν ἄνω. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐγένοντο, ἔτεινον ἄνω πρὸς τὸ ὄρος. Λύκιος δὲ ὁ τὴν τάξιν ἔχων τῶν ἱππέων, καὶ Αἰσχίνης ὁ τὴν τάξιν ἔχων τῶν πελταστῶν τῶν ἀμφὶ Χειρίσοφον, ἐπεὶ ἑώρων [d] ἀνὰ κράτος φεύγοντας, εἵποντο· οἱ δὲ στρατιῶται ἐβόων μὴ ἀπολείπεσθαι, ἀλλὰ συνεκβαίνειν ἐπὶ τὸ ὄρος. Χειρίσοφος δ' [e] αὖ ἐπεὶ διέβη, τοὺς μὲν ἱππέας οὐκ ἐδίωκεν, εὐθὺς δὲ κατὰ τὰς προσηκούσας ὄχθας ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐξέβαινεν ἐπὶ τοὺς ἄνω πολεμίους. Οἱ δὲ ἄνω, ὁρῶντες μὲν

rem exultanter tollebant, mulieresque etiam omnes altâ lætâque voce unà clamabant. Erant enim multæ in exercitu amicæ.

Ac Cherisophus quidem cum suis *amnem* ingrediebatur: et Xenophon, *secum* sumptis eorum qui in extremo erant agmine expeditissimis, totis viribus ad trajectum *illum* recurrit, qui *erat* propter aditum, in Armeniorum montes *ducentem;* simulans hàc se transiturum et interclusurum equites, qui secundùm flumen erant. Hostes ubi Cherisophum cum suis aquam videbant facilè transmittere, videbant etiam Xenophontem cum suis retrò currere, veriti nè intercluderentur, totis viribus ad eum fugiunt aditum, qui à fluvio sursum *ducebat*. *Eam* in viam cùm pervenissent, in montem sursum tendebant. Lycius autem qui equitum turmam ducebat, et Æschines cui agmen erat peltastarum de Cherisophi copiis, *hos* cùm totis viribus fugere viderent, sequebantur: milites *cæteri* clamabant *se ab illis* non abfuturos, sed unà *cum iis* in montem evasuros. At Cherisophus ubi transiisset, non *ille* quidem equites insequebatur, sed statim per ripas ad amnem pertinentes adversùs hostes, superioribus in locis *subsistentes*, evasit. Illi verò *qui* in locis altioribus

a Ἑταῖραι] Quæ Latinis itidem honestiore nomine *amicæ* adpellabantur.
b Ταύτῃ] Vide sis p. 179. n. e.
c Εἰς τοὔμπαλιν,] Respice p. 185. n. f.
d Ἀνὰ κράτος] Sic suprà divisim. At ubique ferè MS. Eton. et edit. *Ald.* conjunctim repræsentant. Sed de hujusmodi minutiis satis suprà, p. 50. n. c. et p. 64. n. b.
e Αὖ] Adi p. 87. n. d.

τοὺς ἑαυτῶν ἱππέας φεύγοντας, ὁρῶντες δὲ ὁπλίτας ἐπιόντας σφίσιν, ἐκλείπουσι τὰ ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ ἄκρα.

Ξενοφῶν δὲ, ἐπεὶ [a] τὰ πέραν ἑώρα καλῶς γιγνόμενα, ἀπεχώρει [b] τὴν ταχίστην πρὸς τὸ διαβαῖνον στράτευμα. (Καὶ γὰρ οἱ Καρδοῦχοι φανεροὶ ἤδη ἦσαν εἰς τὸ πεδίον καταβαίνοντες, ὡς ἐπιθησόμενοι τοῖς τελευταίοις.) Καὶ Χειρίσοφος μὲν τὰ ἄνω κατεῖχε, Λύκιος δὲ σὺν ὀλίγοις ἐπιχειρήσας ἐπιδιῶξαι, ἔλαβε τῶν σκευοφόρων τὰ ὑπολειπόμενα, καὶ μετὰ τούτων ἐσθῆτά τε καλὴν καὶ ἐκπώματα. Καὶ τὰ μὲν σκευοφόρα τῶν Ἑλλήνων καὶ ὁ ὄχλος [c] ἀκμὴν διέβαινε· Ξενοφῶν δὲ [d] στρέψας πρὸς τοὺς Καρδούχους, [e] ἀντία τὰ ὅπλα ἔθετο· [f] καὶ παρήγγειλε τοῖς λοχαγοῖς κατ' ἐνωμοτίας ποιήσασθαι ἕκαστον τὸν ἑαυτοῦ λόχον, [g] παρ' ἀσπίδας παραγαγόντας τὴν ἐνωμοτίαν ἐπὶ φάλαγγος·

constiterunt, cùm equites suos fugere cernerent, cernerent gravis armaturæ milites adversùs se pergere, juga fluvio imminentia deserunt.

Interim Xenophon cùm vidisset rem in ulteriore ripâ benè successisse, quàm celerrimè ad copias *amnem* transeuntes revertitur. (Nam Carduchi palàm in planitiem descendebant, quasi *qui* in extremum agmen impetum facturi *essent*.) Et Cherisophus superiora *jam* tenebat *loca*, Lyciúsque cum paucis *hostes* insequi adgressus, impedimenta à tergo relicta cepit, et in his tum vestem pulchram tum pocula. Ac impedimenta quidem Græcorum et turba adhuc transibant: at Xenophon cùm *se suósque* in Carduchos convertisset, adversùs *eos* aciem instruxit; et præfectis cohortium imperavit, ut quisque cohortem suam per enomotias disponeret, scuta versùs in phalangem pro-

a Τὰ πέραν] Quali opus sit supplemento dictum suprà p. 20. n. c.

b Τὴν ταχίστην] Passim ἐπιῤῥηματικῶς efferuntur. *Ælian.* V. H. l. 1. c. 32. Οἱ δὲ τὴν ταχίστην προσδραμόντες, &c. Vide sis *Budæi* Comm. L. G. p. 971.

c Ἀκμὴν] *Mœr. Attic.* Ἀκμὴν οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν ἀντὶ τοῦ ἔτι, εἰ μὴ μόνος Ξενοφῶν, ἐν τῇ Ἀναβάσει· Ἑλληνικῶς δὲ χρῶνται. *Phrynich.* etiam, Ἀκμὴν ἀντὶ τοῦ ἔτι, Ξενοφῶντα λέγουσιν ἅπαξ αὐτῷ κεχρῆσθαι· σὺ δὲ φυλάττου χρῆσθαι, λέγε δὲ ἔτι. *Hesych. Phavor.* et *Suid.* Ἀκμὴν, ἔτι Lexic. Gr. Lat. vet. Ἀκμὴν ἐπίῤῥημα, *adhuc.* Eâdem voce usus est *Isocrat.* ad *Demon.* initio ferè: καὶ σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς, ἐγὼ &c. Et sæpè *Polybius.* Elegantis. *Alberti* rectè ad Matth. XV. 16. observavit ἀκμὴν dici ἐλλειπτικῶς pro κατ' ἀκμὴν, i. e. *in ipso vigore seu maturitate rei agendæ*, aut *in ipso hoc temporis articulo* sive *momento*; pro vario significatu τῆς ἀκμῆς.

d Στρέψας πρὸς τοὺς &c.] Sic optimè MS. Eton. et edit. *Ald.* Alii libri στρέψας καὶ τοὺς &c.

e Ἀντία τὰ ὅπλα &c.] *Herodot.* l. 1. c. 62. καὶ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα. i. e. *castra ex adverso posuerunt*; vel, *castris positis obsidere cœperunt*, scil. Ἀθηναίης ἱρόν.

f Καὶ παρήγγειλε τοῖς &c.] *Arrian.* Tact. p. 21. Ξενοφῶν δὲ, ὅσπερ μὲν μέρος τοῦ λόχου ἡ ἐνωμοτία ἐστὶν, οὐ διασαφεῖ· ὅτι δὲ μεῖον καὶ πάντως τι τῷ ἡμίσει, δηλοῖ ἐν ᾧ λέγει ὅτι οἱ λοχαγοὶ κατ' ἐνωμοτίας ἕκαστος ἐποιήσαντο τὸν αὐτοῦ λόχον. Hunc, opinor, locum Xenophontéum respicit. Cæterùm, de ἐνωμοτίᾳ dictum est p. 197. n. f.

g Παρ' ἀσπίδας &c.] *Arrian.* Tact. p. 54.

καὶ τοὺς μὲν λοχαγοὺς καὶ τοὺς ἐνωμοτάρχας, [a] πρὸς τῶν Καρδούχων ἰέναι, οὐραγοὺς δὲ καταστήσασθαι πρὸς τοῦ ποταμοῦ.

Οἱ δὲ Καρδοῦχοι, ὡς ἑώρων τοὺς ὀπισθοφύλακας τοῦ ὄχλου ψιλουμένους, καὶ ὀλίγους ἤδη φαινομένους, θᾶττον δὴ ἐπήεσαν, [b] ᾠδάς τινας ᾄδοντες. Ὁ δὲ Χειρίσοφος, ἐπεὶ τὰ παρ' αὐτῷ ἀσφαλῶς εἶχε, πέμπει παρὰ Ξενοφῶντα τοὺς πελταστὰς καὶ σφενδονήτας καὶ τοξότας, καὶ κελεύει ποιεῖν ὅ, τι ἂν παραγγέλλῃ. Ἰδὼν δὲ αὐτοὺς [c] καταβαίνοντας ὁ Ξενοφῶν, [d] πέμψας ἄγγελον κελεύει αὐτοῦ μεῖναι ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ [e] διαβάντας· [f] ὅταν δ' ἄρξωνται αὐτοὶ διαβαίνειν, ἐναντίους ἔνθεν καὶ ἔνθεν σφῶν ἐκβαίνειν ὡς διαβησομένους, [g] διηγκυλισμένους τοὺς ἀκοντιστὰς, καὶ ἐπιβεβλημένους τοὺς τοξότας· [h] μὴ πρόσω δὲ τοῦ ποταμοῦ προδι-

motâ *quâque* enomotiâ: *edixit* etiam cohortium præfecti et enomotarchæ in Carduchos pergerent, à tergo curantibus juxta flumen constitutis.

At Carduchi, ut videbant extremi agminis custodes multitudine nudatos, jámque paucos *adeò* videri, celeriùs *hos* invaserunt, cantilenas quasdam canentes. Cherisophus autem, constitutis in tuto suis, peltastas et funditores et sagittarios ad Xenophontem mittit, atque facere, quidquid *ille* imperaret, jubet. Eos Xenophon *jam* descendentes conspicatus, misso nuntio mandat isthic ut ad amnem subsisterent: ac ubi ipsi transire cœperint, *tunc* ex adverso ab utroque ipsorum latere pergerent tanquam transituri, jaculatores amentis hastarum prehensis, sagittarii cum sagittis in nervos impositis; procul tamen in fluminis transitu non progrederentur. Eis verò, qui apud ip-

Καὶ τῆς κλίσεως ἐπὶ δόρυ μὲν καλοῦνται ἡ ἐς δεξιὰ, ὥσπερ τὸ δόρυ ἐστὶ τῷ ὁπλίτῃ· ἐπ' ἀσπίδα δὲ, ἡ ἐπὶ τὰ λαιὰ, ἵνα φέρει τὴν ἀσπίδα. Præcipit hìc Xenophon de παραγωγῇ, quæ Tacticis dicitur εὐώνυμος. Adde *Ælian.* Tact. c. 24. et 31. et *Indic.* Tact. K. Π. nostræ adjectum. Edit. Oxon. 1727.

a Πρὸς τῶν — πρὸς τοῦ &c.] Sic suprà p. 84. dixit πρὸς τῶν Ἑλλήνων. et p. 102. πρὸ τοῦ ποταμοῦ, ubi MS. Eton. habet πρὸς τοῦ &c.

b Ὠιδάς τινας &c.] Barbaros plerosque ituros in prælia cecinisse ad *Tacit.* de mor. *Germ.* 3. observârunt viri eruditi; quos adi sis. Adde *Arrian.* Tact. p. 72.

c Καταβαίνοντας] Sic rectè MS. Eton. et edit. *Ald.* Eandem lectionem sequutus *Amasæus* vertit *descendentes.* Edit. *Steph.* et *Leunclav.* malè διαβαίνοντας exhibent.

d Πέμψας ἄγγελον] Plenè hoc, quòd ἐλλειπτικῶς extulit p. 108. ubi lege n. a.

e Διαβάντας·] Vel delenda hæc vox (quod censuit *Muretus*) vel in καταβάντας mutanda videtur.

f Ὅταν δ' ἄρξωνται αὐτοὶ] *Scil.* Xenophon cum suis.

g Διηγκυλισμένους &c.] MS. Eton. διηγκυλωμένους cui lectioni nonnihil favet forma participii p. 231. ἐναγκυλῶντες. Nostra infrà lib. v. haud ità longe ab init. ὁ δὲ τοῖς πελτασταῖς πᾶσι παρήγγελλε διηγκυλισμένους ἰέναι, — καὶ τοὺς τοξότας ἐπιβεβλῆσθαι ἐπὶ ταῖς νευραῖς, &c. ubi vide notata.

h Μὴ πρόσω δὲ τοῦ &c.] *Steph.* margini versionis *Amas.* adscripsit, *non procul à flumine:* rectiùs, opinor, vertit *Leunclav.* quem sequuti sumus. Infrà paulò p. 241. de iisdem Noster, καὶ προσωτέρω τοῦ καιροῦ προϊόντες, &c. quippe qui, mandati hujusce Xenophontis immemores, amnem trajecerant Carduchos invasuri. Porrò, MS.

αβαίνειν. Τοῖς δὲ παρ' ἑαυτῷ παρήγγειλεν, ἐπειδὰν [a] σφενδόνη ἐξικνῆται, καὶ [b] ἀσπὶς ψοφῇ, παιανίσαντας θεῖν ἀεὶ ἐς τοὺς πολεμίους· ἐπειδὰν δὲ [c] ἀναστρέψωσιν οἱ πολέμιοι, καὶ ἐκ τοῦ ποταμοῦ [d] ὁ σαλπιγκτὴς σημήνῃ τὸ πολεμικὸν, ἀναστρέψαντας [e] ἐπὶ δόρυ ἡγεῖσθαι μὲν τοὺς οὐραγοὺς, θεῖν δὲ πάντας ὅτι τάχιστα, καὶ διαβαίνειν ᾗ ἕκαστος τὴν τάξιν εἶχεν, ὡς μὴ ἐμποδίζειν ἀλλήλους· [f] ὅτι οὗτος ἄριστος ἔσοιτο, ὃς ἂν πρῶτος ἐν τῷ πέραν γένηται.

Οἱ δὲ Καρδοῦχοι, ὁρῶντες ὀλίγους ἤδη τοὺς λοιποὺς, (πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν μένειν τεταγμένων ᾤχοντο ἐπιμελησόμενοι οἱ μὲν ὑποζυγίων, οἱ δὲ σκευοφόρων, οἱ δὲ [g] ἑταίρων) ἐνταῦθα δὴ ἐπέκειντο θρασέως, καὶ ἦρξαντο σφενδονᾷν καὶ τοξεύειν. Οἱ δὲ Ἕλληνες παιανίσαντες [h] ὥρμησαν δρόμῳ

sum erant, mandabat, utì cùm fundæ pertingerent, et scuta *pulsata* sonarent, pæanem exorsi cursu semper in hostes ferrentur; cùm se averterent hostes, ac tubicen classicum à fluvio caneret, *ipsi* se in hastam converterent et à tergo curantes præirent, et quàm celerrimè currerent omnes, ac eo quo quisque constitutus erat ordine transirent, ut nè alii alios impedirent: eum utique fore fortissimum, qui primus in ulteriorem ripam evaderet.

Carduchi verò, cùm paucos jam *esse* reliquos viderent, (nam multi etiam illorum, qui manere jussi fuerant, eo consilio discesserant, ut curarent alii jumenta, alii impedimenta, alii amicas) audacter instabant, fundísque et sagittis uti cœperunt. At Græci pæanem exorsi in eos cursu feruntur; *quo-*

Eton. pro *προδιαβαίνειν* dat *προβαίνειν*. Sed rectiùs ex verbo recepto Xenophontis exoriri videtur sententia hæc: ne, *scil.* citeriorem in ripam, Xenophon ubi id temporis stabat, priùs festinarent illi, quàm ipse cum suis in ulteriorem ripam, ubi tum illi constiterunt, evaderet. Eodem illo verbo utitur Xenophon libro Περὶ Ἱππικῆς ferè med. *δεῖ τοῦ ἀγωγίως καταβεβλημένου προδιαβῆναι αὐτὸν τὴν τάφρον.*

a *Σφενδόνη* &c.] Pro pluralitivis singularia, Atticorum utique more, nomina usurpat. Sic suprà pauld, p. 238. *καὶ μετὰ τούτων ἐσθῆτά τε* &c. *Thucyd.* l. 4. c. 10. *καὶ τὸν πολέμιον δεινότερον ἕξομεν* &c. pro *τοὺς πολεμίους*. ubi vide quæ Cl. *Duker.* contra censuram *Dionys. Halic.* monuit: et *Henr. Steph.* Animadv. ad lib. de Dial. p. 46. ejusdemque Append. ad Scripta de Dial. *Att.* p. 130.

b Ἀσπὶς ψοφῇ, &c.] Lege p. 67. n. f. et n. b.

c Ἀναστρέψωσιν] Supple *ἑαυτούς:* quod mox iterum cum *ἀναστρέψαντας* intelligendum. Sic suprà p. 238. *στρέψας πρὸς τοὺς* &c. Adde p. 201. n. h. et Act. VII. 42. Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς, *scil.* *ἑαυτόν.*

d Ὁ σαλπιγκτὴς σημήνῃ] Confer p. 191. n. c.

e Ἐπὶ δόρυ] Vide p. 238. n. g.

f Ὅτι οὗτος &c.] Supple *λέγων*, vel aliud huic adfine verbum, ante *ὅτι*. Confer p. 81. n. b. Ejusmodi supplementum postulat *Horat.* Carm. 16. l. 3. v. 7.—*fore enim* &c. scil. *aiebant*, seu *sciebant*.

g Ἑταίρων] MS. Eton. *ἑτέρων:* quam lectionem exprimit versio *Leunclaviana*. Sed rectè scribitur *ἑταίρων:* nam *πολλαὶ*, inquit Noster p. 237. *ἦσαν ἑταίραι ἐν τῷ στρατεύματι.*

h Ὥρμησαν δρόμῳ] Vide sis p. 191. n. d. et quæ doctis. *Bochart.* Hieroz. l. 2. c. 8. de more pugnas cursu adgrediendi collegit.

ἐπ' αὐτούς· οἱ δ' οὐκ ἐδέξαντο· καὶ γὰρ ἦσαν ὡπλισμένοι, ὡς μὲν ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἱκανῶς πρὸς τὸ ἐπιδραμεῖν καὶ φεύγειν, [a] πρὸς δὲ τὸ εἰς χεῖρας δέχεσθαι, οὐχ ἱκανῶς. Ἐν τούτῳ σημαίνει ὁ σαλπιγκτής· καὶ οἱ μὲν πολέμιοι ἔφευγον πολὺ ἔτι θᾶττον· οἱ δ' Ἕλληνες [b] τὰ ἐναντία στρέψαντες, ἔφευγον διὰ τοῦ ποταμοῦ ὀτιτάχιστα. Τῶν δὲ πολεμίων οἱ μέν τινες αἰσθανόμενοι, πάλιν ἔδραμον ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ τοξεύοντες ὀλίγους ἔτρωσαν· οἱ δὲ πολλοὶ, καὶ πέραν ὄντων τῶν Ἑλλήνων, ἔτι φανεροὶ ἦσαν φεύγοντες. [c] Οἱ δὲ ὑπαντήσαντες, ἀνδριζόμενοι, καὶ [d] προσωτέρω τοῦ καιροῦ προϊόντες, ὕστερον τῶν μετὰ Ξενοφῶντος [e] διέβησαν πάλιν· καὶ ἐτρώθησάν τινες καὶ τούτων.

Ἐπεὶ δὲ διέβησαν ἀμφὶ μέσον ἡμέρας, συνταξάμενοι ἐπορεύθησαν διὰ τῆς Ἀρμενίας πεδίον ἅπαν, καὶ [f] λείους

rum illi non sustinebant impetum: etenim armati erant, ut in montibus, satìs ad incursiones faciendas fugámque capiendam, verùm ad impetus *hostium*, manus qui consererent, sustinendos, non satìs. Hìc *classicum* canit tubicen; hostésque multò etiam celeriùs in fugam se dederunt: at Græci diversam cùm se in partem vertissent, quàm citissimè per amnem fugiebant. *Quod* cùm ex hostibus nonnulli animadverterent, ad amnem rursùs concurrerunt, et paucos sagittis vulnerârunt: *eorum* verò pars major, cùm Græci in adversam etiam ripam evasissent, adhuc fugiens conspiciebatur. Qui autem obviam venerant, cùm viriles præstarent animos, atque *adeò* ulteriùs quàm commodum esset progrederentur, *aliquantò* post illos, qui cum Xenophonte *erant*, rursùs transierunt: atque eorum etiam aliqui vulnerati sunt.

Cùm antem *universi jam* transiissent sub meridiem, instructis ordinibus per totam Armeniæ planitiem, collésque leniter surgentes, non minus quin-

a Πρὸς δὲ τὸ εἰς &c.] Locutio videtur elliptica, et in hunc modum supplenda, πρὸς δὲ τὸ τοὺς πολεμίους εἰς χεῖρας συνιόντας vel ἐλθόντας δέχεσθαι, &c.

b Τὰ ἐναντία στρέψαντες,] Plenè, opinor, scripseris ἐς τὰ ἐναντία στρέψαντες ἑαυτοὺς, &c. Forsan etiam præpositionem ἐς absorpsit vox Ἕλληνες.

c Οἱ δὲ ὑπαντήσαντες, &c.] Sunt ii, ut opinor, quos obviam Xenophonti miserat Cherisophus; de quibus agitur suprà p. 239. Itaque minùs accuratè *Leunclav.* vertit, *Qui autem hosti obviam tendebant.*

d Προσωτέρω τοῦ καιροῦ] Vox ultima dicitur hìc loci ἐπὶ τοῦ ἁρμοδίου καὶ πρέποντος, utì eum exponit *Thom. Magist.* Sic apud Euripid. *Orest.* v. 122.

Ἃ δ' εἰς ἀδελφὴν καιρὸς ἐκπονεῖν ἐμὴν,
Ἅπανθ' &c.

Et Nost. in libel. Περὶ Ἱππικ. ferè med. καὶ οὕτως ὑπερβαλεῖται οὐ τὸ μέτρον, ἀλλὰ πολὺ πλεῖον τοῦ καιροῦ. Hos utique Xenoph. p. 239. vetuerat πρόσω τοῦ ποταμοῦ προδιαβαίνειν.

e Διέβησαν πάλιν·] Rectè πάλιν, quod ab interpretibus neglectum non oportuit: quippe milites isti ἀνδριζόμενοι, oblitique adeò mandati Xenophontéi, flumen vel prorsùs trajecerant, vel propiùs ad ripam, unde cum suis Xenophon amnem ingressus est, accesserant.

f Λείους] Est *Hesychio*, ὁμαλούς. *Suid.* Λεῖα· ὁμαλὴ ὁδός. His solet opponi τὰ

γηλόφους, οὐ μεῖον ἢ πέντε παρασάγγας· οὐ γὰρ ἦσαν ἐγγὺς τοῦ ποταμοῦ κῶμαι, διὰ τοὺς πολέμους τοὺς πρὸς Καρδούχους. [a] Εἰς δὲ ἣν ἀφίκοντο κώμην, μεγάλη τε ἦν, καὶ [b] βασίλειόν τε εἶχε τῷ σατράπῃ, καὶ ἐπὶ ταῖς πλείσταις οἰκίαις [c] τύρσεις ἐπῆσαν· ἐπιτήδεια δ' ἦν δαψιλῆ. Ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς δύο, [d] παρασάγγας δέκα, μέχρις [e] ὑπερῆλθον τὰς πηγὰς τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ. Ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, ἐπὶ τὸν Τηλεβόαν ποταμόν. [f] Οὗτος

que parasangis, iter fecerunt: neque enim prope flumen *ulli* erant vici, propter *ea quæ* cum Carduchis *gerebantur* bella. Vicus autem ad quem pervenêre, magnus erat et regiam habebat *in usum* satrapæ, plurimisque domibus superstabant turres: ac commeatûs larga erat copia. Indè castris alteris, parasangas decem progressi sunt, donec supra Tigris fluvii fontes evasissent. Indè castris tertiis, parasangas quindecim progressi sunt, ad Teleboam fluvium. Pulcher is quidem erat, sed non magnus: multi verò

τραχέα καὶ ἀπότομα ὄρη, quorum suprà meminit Noster. Latini *lene* opponunt *aspero* et *prærupto*: Q. Curt. l. 6. c. 6. *Prærupta rupes erat, quà spectat occidentem: eadem, quà vergit ad orientem, leniore submissa fastigio*, &c. ubi libri haud pauci exhibent *leviore*. Cæs. de B. C. l. 2. c. 24. *jugum utrâque ex parte præruptum atque asperum, sed paulò tamen leniore fastigio ab eâ parte* &c.

a Εἰς δὲ ἣν — κώμην, μεγάλη &c.] Atticismum hunc arripuerunt Latini: cujus exempla si quis desideret, *Sanctii* Min. l. 2. c. 9. adeat. *Phavor*. Αἰτιατικὰς ἀντὶ εὐθείας παραλαμβάνειν, Ἀττικῶν ἐστι. Verborum autem ordo sic se nullo negotio sistit: κώμη δὲ εἰς ἣν &c.

b Βασίλειον] Vide sis p. 198. n. b.

c Τύρσεις] *Hesych*. Τύρσις, πύργος, ἔπαλξις, προμαχών. *Suidæ* est: ὁ περίβολος τοῦ τείχους: ubi citat Xenoph. verba, quæ extant K. Π. p. 521. Edit. Oxon. 1727. Οὕτω δὴ κύκλῳ &c.

d Παρασάγγας δέκα,] MS. Eton. et quidam editi, παρασάγγας τρεῖς. At (observante etiam *Stephano*) legi debere δέκα, non τρεῖς, ostendit et qui proximè hunc sequitur locus, σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα. Eandem enim et ibi proportionem esse videmus. Confer p. 14. n. a.

e Ὑπερῆλθον] Lexica non habent. *Leunclav.* minùs rectè vertit, *donec — fontes trajecissent*. Meliùs Amas. — *castris* — confectis suprà *Pigretis* (sic enim apud hunc pro *Tigris* legi solet) *fontes*. Lege omnino p. 214. ubi hâc de re agitur.

f Οὗτος δ' ἦν μέγας μὲν &c.] Audiendus est omninò *Demetr*. (qui dicitur) *Phaler*. Περὶ Ἑρμην. p. 6. sect. 6. Μακροῦ μὲν δὲ κώλου καιρὸς γίνοιτο ἄν ποτε διὰ ταῦτα· (quæ modò exposuerat) γίνοιτο δ' αὖ ποτε καὶ βραχέος· οἷον, ἤτοι μικρόν τι ἡμῶν λεγόντων, ὡς ὁ Ξενοφῶν φησιν, ὅτι ἀφίκοντο οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὸν Τηλεβόαν ποταμόν· οὗτος δὲ ἦν μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ· τῇ γὰρ σμικρότητι καὶ ἀποκοπῇ τοῦ ῥυθμοῦ, συνεφάνη καὶ ἡ σμικρότης τοῦ ποταμοῦ καὶ ἡ χάρις. Idem infrà p. 74. sect. 121. Τὸ δὲ πρέπον ἐν παντὶ πράγματι φυλακτέον· τουτέστι, προσφόρως ἑρμηνευτέον· τὰ μὲν μικρά, μικρῶς· τὰ μεγάλα δέ, μεγάλως. Καθάπερ Ξενοφῶν ἐπὶ τοῦ Τηλεβόα ποταμοῦ ὄντος καλοῦ, φησι, Οὗτος δὲ (ποταμὸς) ἦν μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ. Τῇ γὰρ βραχύτητι τῆς συνθέσεως, καὶ τῇ ἀπολήξει εἰς τὸ ΔΕ, μονονοὺκ ἐπέδειξεν ἡμῖν μικρὸν ποταμόν. Vide suprà p. 187. n. a. Cæterùm, MS. Eton. et libri hactenùs editi verba Xenophontis hoc posuerunt ordine, οὗτος δ' ἦν καλὸς μέν, μέγας δ' οὔ. Sed *Mureto* libens adsentior; qui statuit ità legendum esse Xenophontis locum, ut à rhetore politissimo citatur; tum propter auctoritatem et vetustatem ipsius, tum quia multum Xenophonti elegantiæ et concinnitatis ab hâc positurâ accedit. Neque enim

δ' ἦν μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ· κῶμαι δὲ πολλαὶ περὶ τὸν ποταμὸν ἦσαν. Ὁ δὲ τόπος οὗτος Ἀρμενία ἐκαλεῖτο ἡ πρὸς ἑσπέραν. [a] Ὕπαρχος δ' αὐτῆς ἦν Τηρίβαζος, ὁ καὶ βασιλεῖ φίλος γενόμενος· καὶ ὁπότε παρείη, οὐδεὶς ἄλλος βασιλέα ἐπὶ τὸν ἵππον [b] ἀνέβαλλεν. Οὗτος προσήλασεν ἱππέας ἔχων, καὶ προπέμψας ἑρμηνέα, εἶπεν ὅτι βούλοιτο διαλεχθῆναι τοῖς ἄρχουσι. Τοῖς δὲ στρατηγοῖς ἔδοξεν ἀκοῦσαι· καὶ προσελθόντες [c] εἰς ἐπήκοον, ἠρώτων τί θέλοι. Ὁ δὲ ἔλεγεν ὅτι σπείσασθαι βούλοιτο, [d] ἐφ' ᾧ μήτ' αὐτὸς τοὺς Ἕλληνας ἀδικεῖν, μήτ' ἐκείνους καίειν τὰς οἰκίας, λαμβάνειν τε τὰ ἐπιτήδεια, ὅσων δέοιντο. Ἔδοξε ταῦτα τοῖς στρατηγοῖς, καὶ ἐσπείσαντο [e] ἐπὶ τούτοις.

Ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τρεῖς, διὰ τοῦ πεδίου, παρασάγγας πεντεκαίδεκα· καὶ Τηρίβαζος παρηκολούθει, ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἀπέχων ὡς δέκα σταδίους· καὶ

circùm amnem erant vici. Locus hic adpellabatur Armenia ad occidentem *vergens*. Ejus præfectus erat Teribazus, qui et regi fuit amicus: et quoties aderat, nullus alius regem in equum tollebat. Hic cum equitibus *Græcos versùs* advehebatur, præmissóque interprete, velle se cum iis qui imperium obtinebant colloqui significabat. Ducibus *eum* ut audirent visum est; atque *adeò* cùm ad locum accessissent, è quo audiri *quidquid diceretur* posset, quid vellet interrogabant. Aiebat ille hâc se conditione *cum iis* fœdus inire velle, ut nec ipse Græcos læderet, nec ipsi domos exurerent; commeatus *tamen*, quantis indigerent, caperent. Comprobata sunt hæc ducibus, et iis *conditionibus* fœdus pacti sunt.

Indè castris tertiis, parasangas quindecim, per planitiem, progressi sunt: Teribazúsque *eos* suis cum copiis subsequebatur, ex stadiorum ferè decem intervallo: atque *hìc* ad regiam pervenerunt vicósque circa *eam* multos,

obscurum est, quanto plus veneris habeat id, quod fluvio deesse videtur, priore loco ponere; deinde autem id, quod ad illius commendationem pertinet, subjicere, quàm contrarium ordinem tenere.

a Ὕπαρχος δ' αὐτῆς &c.] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 258. Ταύτης (Ἀρμενίας) δ' ἦν σατράπης Τηρίβαζος· πρὸς ὃν σπεισάμενοι, διεπορεύοντο τὴν χώραν ὡς φίλοι. Ubi notandum apud *Diodor.* σατράπης esse, qui Xenoph. dicitur ὕπαρχος. *Suid.* Ὕπαρχος, ὁ ὑφ' ἑτέρου ἀρχόμενος· ὁ ὑποτεταγμένος ἑτέρῳ· ὁ μὴ ὢν αὐτοκράτωρ. *Hesych.* Ὕπαρχος· οἰκονόμος· πολέμου στρατηγός. Aptè autem hæc in *satrapam* convenire, docebit vocis explicatio, quam K. П. nostræ p. 686. Edit. Oxon. 1727. adjecimus. Sic passim à Nostro adhibetur ὕπαρχος.

b Ἀνέβαλλεν.] *Suid.* ad v. Ὁ δὲ Τηρίβαζος φίλος ἦν τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁπότε παρείη, οὐδεὶς ἄλλος βασιλέα ἐπὶ τὸν ἵππον ἀνέβαλλεν. ἀντὶ τοῦ ἀνεβίβαζεν. Eadem ferè repetit infrà ad v. Παρείη.

c Εἰς ἐπήκοον,] Vide p. 182. n. d.

d Ἐφ' ᾧ] Vide p. 228. n. b.

e Ἐπὶ τούτοις] Quid aliàs significet, suprà dictum p. 166. n. d. Hìc idem est, quod ἐφ' ᾧ. adi locum proximè citatum.

ἀφίκοντο [a] εἰς βασίλεια καὶ κώμας πέριξ πολλὰς, πολλῶν τῶν ἐπιτηδείων μεστάς. Στρατοπεδευομένων δ' αὐτῶν γίνεται τῆς νυκτὸς χιὼν πολλή· [b] καὶ ἕωθεν ἔδοξε διασκηνῆσαι τὰς τάξεις καὶ τοὺς στρατηγοὺς κατὰ τὰς κώμας· οὐ γὰρ ἑώρων πολέμιον οὐδένα, καὶ ἀσφαλὲς ἐδόκει εἶναι, διὰ τὸ πλῆθος τῆς χιόνος. Ἐνταῦθα εἶχον πάντα τὰ ἐπιτήδεια ὅσα ἐστὶν ἀγαθὰ, [c] ἱερεῖα, σῖτον, οἴνους παλαιοὺς, εὐώδεις, [d] ἀσταφίδας, ὄσπρια παντοδαπά. Τῶν δὲ ἀποσκεδαννυμένων τινὲς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ἔλεγον ὅτι κατίδοιεν στράτευμα, καὶ νύκτωρ πολλὰ πυρὰ φαίνοιτο. Ἐδόκει δὴ τοῖς στρατηγοῖς οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι [e] διασκηνοῦν, ἀλλὰ συναγαγεῖν τὸ στράτευμα. [f] Πάλιν ἐντεῦθεν συνῆλθον· καὶ γὰρ ἐδόκει [g] διαιθριάζειν. Νυκτερευόντων δ' αὐτῶν ἐνταῦθα, ἐπιπίπτει [h] χιὼν ἄπλετος· ὥστε ἀπέκρυψε καὶ τὰ ὅπλα

magnâ commeatûs copiâ refertos. Cùm autem in castris degerent, multa nix nocte decidit: quare mane visum est ut *militum* cohortes ac duces hinc indè in vicos diverterent: nec enim hostem cernebant ullum, et quia magna nivis esset copia, tutum esse videbatur. Hìc iis commeatus illi omnes, *humanis* qui usibus sunt apti, aderant, animalia, frumentum, vina vetera *eáque* fragrantia, uvæ passæ, omnis generis legumina. Eorum autem, à castris qui *longiùs* palati fuerant, nonnulli dicebant exercitum se vidisse, noctúque multos ignes adparuisse. Itaque visum est ducibus tutum non esse hinc indè *in vicos* divertere, sed *potiùs* copias *rursùs* esse cogendas. *Quare* rursùm indè convenerunt; quippe quòd *ipsis* sub dio agere videretur. Verùm iis ibi pernoctantibus, vis ingens *adeò* nivis incidit, ut tum arma tum

a Εἰς βασίλεια] *Scil.* δώματα. Vide p. 198. n. b. *Scimus*, inquit *Steph.* Append. ad Scripta de Dial. Att. p. 150. *Atticos adjectiva quidem nonnulla* πληθυντικῶς in significatione τοῦ ἑνικοῦ *usurpare.* Hactenùs rectè. *Sed quis unquam apud Atticum Scriptorem in solutâ oratione substantiva quoque ità usurpata invenit?* Imò certè et substantiva sic usurpata inveniuntur: quod exemplis adlatis ostendit Cl. *Blackwall* Class. Sacr. vol. 2. p. 40. Adde Matth. XIV. 7. collat. cum 9.

b Καὶ — διασκηνῆσαι] Adi sis p. 218. n. d. et p. 194. n. d.

c Ἱερεῖα,] Minùs cogitatè verti solet, *victimæ*, *hostiæ:* cùm ἱερεῖα sint passim ἁπλῶς θρέμματα. *Phavor.* Ἱερεῖον, οὐ μόνον τὸ θύειν, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς σφάζειν· ἱερεῖον γὰρ σφαγιαζόμενον ζῶον. Sed de hâc voce jam plura notavimus ad K. Π. p. 46. Edit. Oxon. 1727.

d Ἀσταφίδας,] MS. Eton. σταφίδας: malè. *Thom. Magist.* Ἀσταφὶς, οὐ σταφίς: *Mœr. Atticista:* Ἀσταφὶς, Ἀττικῶς· σταφὶς, Ἑλληνικῶς. Sic ferè *Suidas:* Vocem Atticam *Plin.* Nat. H. l. 13. c. 1. fecit suam. Ex glossâ utique nata est MSti lectio. Sic enim *Hesych.* et *Phavor.* Ἀσταφὶς, σταφίς.

e Διασκηνοῦν,] Suprà modò n. b. aliâ usus formâ dixit διασκηνῆσαι: de utrâque lege p. 106. n. h.

f Πάλιν ἐντεῦθεν &c.] Vide p. 180. n. c.

g Διαιθριάζειν.] *Constant.* sine auctore adfert: *Steph.* ait absolutè poni apud Xenophontem pro *Disserenare.* Satis tamen ex iis, quæ sequuntur, constat, rectiùs hoc loco exponi, *Sub dio agere.* MS. Eton. dat συναιθριάζειν.

h Χιὼν ἄπλετος,] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 258. Ὁδοιποροῦντες δὲ (Græci) διὰ τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν, ἐλήφθησαν ὑπὸ χιόνος πολλῆς,

καὶ τοὺς ἀνθρώπους κατακειμένους· καὶ τὰ ὑποζύγια συνεπέδησεν ἡ χιὼν, καὶ πολὺς ὄκνος ἦν ἀνίστασθαι· [a] κατακειμένων δὲ ἐλεεινὸν ἦν χιὼν ἐπιπεπτωκυῖα ὅτῳ μὴ παραῤῥυείη. Ἐπεὶ δὲ Ξενοφῶν ἐτόλμησε γυμνὸς ἀναστὰς σχίζειν ξύλα, τάχα ἀναστάς τις καὶ ἄλλος ἐκείνου ἀφελόμενος ἔσχισεν. Ἐκ δὲ τούτου καὶ οἱ ἄλλοι ἀναστάντες πῦρ ἔκαιον καὶ ἐχρίοντο· πολὺ γὰρ ἐνταῦθα ηὕρισκον τὸ χρίσμα, ᾧ ἐχρῶντο ἀντ' ἐλαίου, σύειον, καὶ [b] σησάμινον, καὶ ἀμυγδάλινον, ἐκ τῶν πικρῶν, καὶ τερεβίνθινον. Ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ [c] μῦρον εὑρίσκετο.

Μετὰ ταῦτα πάλιν ἐδόκει [d] διασκηνητέον εἶναι κατὰ τὰς κώμας, εἰς στέγας. Ἔνθα δὴ οἱ στρατιῶται σὺν πολλῇ κραυγῇ καὶ ἡδονῇ ᾖεσαν ἐπὶ τὰς στέγας καὶ τὰ ἐπιτήδεια· ὅσοι δὲ, ὅτε τοπρότερον ἀπῄεσαν, τὰς οἰκίας ἐνέπρησαν, [e] ὑπὸ

homines, qui *humi* jacebant tegeret: etiam jumenta nix constrinxerat, longáque *adeò præ torpore* erat surgendi cunctatio: jacentium verò *casus* erat miserabilis, in quos quæ inciderat nix non defluxerat. Sed posteaquam Xenophon surgens nudus ausus est ligna findere, mox et alius quispiam surgens ab illo quæ abstulerat *ligna* fidit. Tum verò alii quoque surgentes ignem accendebant et semet ungebant: nam multum hìc unguentum reperêre quo utebantur olei loco, *scilicet* suillum, sesaminum, amygdalinum, ex *amygdalis* amaris *confectum*, et terebinthinum. De his ipsis *rebus* etiam unguentum fragrans inveniebatur.

Secundùm hæc iterum videbatur per vicos hinc indè in tecta divertendum esse. Ibi tum milites magno cum clamore et voluptate ad tecta et commeatus tendebant: quotquot autem, id temporis quo priùs *de vicis* abîerant, ex-

καὶ παρακινδυνεύοντας ἀπολέσθαι πάντας. Τοῦ γὰρ &c. ibid. legenda. *Hesych. Phavor.* Ἄπλετον, πολὺ, μέγα, ἀμέτρητον.

a Κατακειμένων δὲ ἐλεεινὸν &c.] Ultima cum voce intelligendum videtur πάθος, atque adeò hunc in ordinem resolvenda verborum compositio: ἐλεεινὸν πάθος ἦν κατακειμένων, ὅτῳ χιὼν ἐπιπεπτωκυῖα μὴ παραῤῥυείη. De ὅτῳ nomen pluralivum respiciente dictum p. 216. n. e. Similem militum calamitatem legere est *Q. Curt.* l. 7. c. 3.

b Σησάμινον, καὶ &c.] Consule *Plin.* N. H. l. 13. c. 1.

c Μῦρον] Quod scitæ variorum χρισμάτων misturæ ortum debuit et εὐοσμίαν.

d Διασκηνητέον εἶναι &c.] Sic reposui ex conjecturâ, cui superiora adstipulantur: sic enim Noster p. 244. ἔδοξε διασκηνῆσαι τὰς τάξεις καὶ τοὺς στρατηγοὺς κατὰ τὰς κώμας. Et infrà — ἔδοξε κατὰ τὰς κώμας ἀσφαλὲς εἶναι τὰς τάξεις σκηνοῦν. *Suidas* etiam pro scripturâ nostrâ facit: Διασκηνητέον· inquit, καταλυτέον· Ξενοφῶν· Ἐδόκει διασκηνητέον εἶναι εἰς τὰς κώμας, εἰς στέγας. Vulgò omittitur præpositio ante τὰς κώμας. Rectè autem hæc opponuntur istis, quæ modò præcesserant p. 244. καὶ γὰρ ἐδόκει διαιθριάζειν, ostendúntque adeò verbum διαιθριάζειν malè verti *disserenare*.

e Ὑπὸ τῆς αἰθρίας &c.] MS. Eton. ὑπὸ ἀνασθαλίας. Sed non est, cur hâc vulgatam mutemus lectionem. Quod ad loquendi genus adtinet, eodem usus est Noster K. Π. p. 533. Edit. Oxon. 1727. δίκην δεδωκότες ὑπὸ πάντων τῶν ἀναγκαίων. Porrò, *Memorab.* l. 2. haud longè ab init. pro ὑπ' αἰθρίας dixit ἐν ὑπαίθρῳ.

τῆς αἰθρίας δίκην ἐδίδοσαν, κακῶς σκηνοῦντες· Ἐντεῦθεν ἔπεμψαν τῆς νυκτὸς Δημοκράτην [a] Τεμενίτην, ἄνδρας δόντες, ἐπὶ τὰ ὄρη, ἔνθα ἔφασαν οἱ ἀποσκεδαννύμενοι καθορᾷν τὰ πυρά· οὗτος γὰρ ἐδόκει καὶ πρότερον πολλὰ ἤδη ἀληθεῦσαι τοιαῦτα, τὰ ὄντα τε ὡς ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς οὐκ ὄντα. Πορευθεὶς δὲ, τὰ μὲν πυρὰ οὐκ ἔφη ἰδεῖν, ἄνδρα δὲ συλλαβὼν ἧκεν ἄγων, ἔχοντα [b] τόξον Περσικὸν, καὶ φαρέτραν, καὶ σάγαριν, οἵανπερ αἱ Ἀμαζόνες ἔχουσιν. Ἐρωτώμενος δὲ [c] τὸ, ποδαπὸς εἴη, Πέρσης μὲν ἔφη εἶναι, πορεύεσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ Τηριβάζου στρατεύματος, ὅπως ἐπιτήδεια λάβοι. Οἱ δ' ἠρώτων αὐτὸν, τὸ στράτευμα ὁπόσον τε εἴη, καὶ ἐπὶ τίνι συνειλεγμένον. Ὁ δὲ εἶπεν ὅτι Τηρίβαζος εἴη ἔχων τήν τε ἑαυτοῦ δύναμιν, καὶ μισθοφόρους Χάλυβας καὶ Ταόχους· παρεσκευάσθαι δὲ αὐτὸν ἔφη, ὡς ἐπὶ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ὄρους ἐν τοῖς στενοῖς, ἧπερ [d] μοναχῇ εἴη πορεία, ἐνταῦθα ἐπιθησόμενον τοῖς Ἕλλησιν.

usserant domos, pœnas *hi* dederunt *illas*, ut sub dio miserè cubarent. Indè noctu Democratem Temenitem, datis ei militibus, in montes *eos* miserunt, in quibus hinc indè palati *milites* ignes *se* videre dixerant: nam is jam anteà hujusmodi multa verè narrâsse videbatur, quæ reverà existebant, tanquam quæ reverà existerent, et quæ reverà non existebant, tanquam quæ non reverà existerent. *Hic* autem profectus, ignes se vidisse negabat, verùm hominem quem ceperat secum ducebat, qui arcum habebat Persicum et pharetram, et securim, qualem habent Amazones. Cúmque interrogaretur, cujas esset, Persam se esse aiebat, et à Teribazi exercitu profectum, ut commeatus pararet. Eum interrogabant illi, quantus esset Teribazi exercitus, et quâ de causâ collectus. Respondit is, Teribazum et suas habere copias, et mercenarios Chalybas Taochósque; eúmque se parâsse aiebat, ut in cacumine montis loca ad angusta, quà unicum pateret iter, ibi Græcos adoriretur.

a Τεμενίτην,] Gentilitium videtur nomen. *Steph. Byz.* Τεμενία, πόλις Φρυγίας, πρὸς τῇ Λυκαονίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Τεμενεύς. Idem, Τέμενος, τόπος Σικελίας — Ὁ οἰκήτωρ, Τεμενίτης. Oriundus forsan tamen erat Τεμενείᾳ Democrates.

b Τόξον Περσικὸν, καὶ &c.] Vide sis Dissertat. 2. K. Π. præmissæ p. 51. Edit. Oxon. 1727. et *Indic. Tact.* eidem libro adjectum. Adde sis Cl. *Montfauc.* Antiq. Illustr. T. 4. part. 1. p. 69. et *Suid.* ad v. Σάγαρις.

c Τὸ,] A MSto Eton. malè abest; quippe quæ vocula eleganter in istiusmodi locutionibus abundare soleat. Confer Luc. I. 61. XIX. 48. XXII. 23. ubi perperam in quibusdam codicibus MStis eadem omittitur particula.

d Μοναχὴ] *Constant.* loco hoc cit. legit μοναχῇ formâ adverbiali. Sic et *Steph.* in Thes. L. G. qui tamen ibidem suspicatus est potiùs μοναχὴ scribendum esse. *Suid.* Μοναχῇ· ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ μοναχῶς· Ξενοφῶν. Ὡς ἐπὶ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ὄρους ᾗπερ μοναχῇ εἴη πορεία, ἐπιθησόμενοι τοῖς Ἕλλησι. Hinc sua deprompsisse *Steph.* et *Const.* ex eâdem, quam in exscribendo hoc Xenoph. loco sequuntur, lectione constat: uterque

c Ἀπελθεῖν τοσοῦτον,] Quod quidam (adnotante ad *Amas*. versionem *Steph*.) significare putant, *abscedere tam lento gradu, ut* &c. Leunclav. reddit, *tanto ex intervallo sejunctos ab eis iter facere, ut* &c. Plenè dixeris — εἰς τοσοῦτον διάστημα ἀπ' αὐτῶν, ὡς &c.

d Δοκοῦμεν δ' ἄν μοι,] *Thom. Magister:* Ὥσπερ λέγομεν, Δοκῶ μοι, οὕτω καί μοι δοκοῦμεν, ἐπὶ πληθυντικοῦ: quod ostendit exemplis ex *Platone* et *Demosthene* prolatis. Sic et Noster Κ. Π. p. 356. Edit. Oxon. 1727. καλόν τι ἂν μοι δοκοῦμεν &c. quod pro μοὶ δοκῶ, antehac edito, ex MSto Bodl. reposui.

e Ταύτῃ] Vide sis p. 223. n. f.

f Ὑμᾶς γὰρ ἔγωγε, &c.] Consulendus Noster Λακεδαιμ. Πολιτ. haud longè ab initio: *Plutarch*. in vitâ *Lycurgi* p. 50. His adde quæ disserit cultissimi vir ingenii *Rollinus* in opere, quod inscribitur *De la maniére d' enseigner et d' etudier* &c. Tom. 3. part. 3. p. 465 et seq. edit. Paris.

g Ὅσοι ἐστὶ τῶν ὁμοίων,] Apud Lacedæmonios ὅμοιοι iidem ferè videntur fuisse, atque ὁμότιμοι apud Persas, i. e. *pari honore ac dignitate præditi*. De iisdem Noster Hist. Gr. l. 3. ferè medio: Οὗτος δὲ (Κινάδων) ἦν καὶ τὸ εἶδος νεανίσκος καλὸς,

" μελετᾶν· καὶ οὐκ αἰσχρὸν εἶναι, ἀλλὰ ἀναγκαῖον κλέπ-
" τειν ὅσα μὴ κωλύει νόμος. Ὅπως δὲ ὡς κράτιστα κλέπ-
" τητε καὶ πειρᾶσθε λανθάνειν, [a] νόμιμον ἄρα ὑμῖν ἐστιν,
" ἐὰν ληφθῆτε κλέπτοντες, μαστιγοῦσθαι. Νῦν οὖν μάλα
" σοι καιρός ἐστιν ἐπιδείξασθαι τὴν παιδείαν, καὶ φυλάτ-
" τεσθαι μέντοι μὴ ληφθῶμεν [b] κλέπτοντες τοῦ ὄρους, ὡς
" μὴ πολλὰς πληγὰς λάβωμεν."

Ἀλλὰ μέντοι, ἔφη ὁ Χειρίσοφος, καὶ ἐγὼ ὑμᾶς ἀκούω τοὺς Ἀθηναίους δεινοὺς εἶναι κλέπτειν [c] τὰ δημόσια, (καὶ μάλα ὄντος δεινοῦ τοῦ κινδύνου τῷ κλέπτοντι) καὶ τοὺς κρατίστους μέντοι μάλιστα, εἴπερ ὑμῖν οἱ κράτιστοι ἄρχειν ἀξιοῦνται· ὥστε ὥρα καὶ σοὶ ἐπιδείκνυσθαι τὴν παι-

" estis, statim à pueris furta meditari audio: nec esse turpe, sed necessari-
" um furari, quæ lex auferre non vetat. Ut autem quàm solertissimè fure-
" mini detísque operam ut lateatis, legibus utique apud vos sancitum est,
" ut, si in furto deprehendamini, flagris cædamini. Itaque jam tibi *idonea*
" admodum opportunitas est institutionem ostendendi, et verò etiam caven-
" di nè deprehendamur dum partem aliquam montis furtim invadimus, ut nè
" multas plagas accipiamus."

At verò, inquit Cherisophus, et ego vos audio Athenienses solertiâ publicas opes furandi valere, (quanquam gravissimum furanti periculum sit *propositum*) et verò præstantissimos potissimùm, siquidem apud vos præstantissimi *quique* digni qui magistratum gerant censentur: itaque *jam* tibi quo-

καὶ τὴν ψυχὴν εὔρωστος, οὐ μέντοι τῶν ὁμοίων. Ii autem ὅμοιοι Lacedæmoniis censebantur, qui cùm vitam à teneris annis ex legum præscripto instituissent, sic demum ad rempublicam accedebant. Noster in Λακεδαιμ. Πολιτ. haud ità longè à fine: Ἐπέθηκε δὲ (Lycurgus) καὶ τὴν ἀνυπόστατον ἀνάγκην ἀσκεῖν ἅπασαν πολιτικὴν ἀρετήν. Τοῖς μὲν γὰρ τὰ νόμιμα ἐκτελοῦσιν ὁμοίως ἅπασι τὴν πόλιν οἰκείαν ἐποίησε, καὶ οὐδὲν ὑπελογίσατο οὔτε σωμάτων οὔτε χρημάτων ἀσθένειαν. Εἰ δέ τις ἀποδειλιάσειε τοῦ τὰ νόμιμα διαπονεῖσθαι, τοῦτον ἐκεῖ ἀπέδειξε μή τε νομίζεσθαι ἔτι τῶν ὁμοίων εἶναι. De phrasi ipsa ἐστὶ τῶν &c. vide K. Π. p. 607. n. 3. Edit. Oxon. 1727.

a Νόμιμον ἄρα ὑμῖν &c.] Noster ibid. Εἴποι δ' ἂν οὖν τις, Τί δῆτα, εἴπερ τὸ κλέπτειν ἀγαθὸν ἐνόμιζε (Lycurgus,) πολλὰς πληγὰς ἐπέβαλλε τῷ ἁλισκομένῳ; Ὅτι, φημὶ ἐγὼ, καὶ τἄλλα ὅσα ἄνθρωποι διδάσκουσι, κολάζουσι τὸν μὴ καλῶς ὑπηρετοῦντα. Κἀκεῖνοι μὲν οὖν τοὺς ἁλισκομένους, ὡς κακῶς κλέπτοντας, τιμωροῦνται. *Plutarch.* in vitâ *Lycurg.* p. 50. ἂν ἁλῷ, πολλὰς λαμβάνει πληγὰς &c. *Sextus Empir.* Pyrrhon. Hypotyp. l. 3. c. 24. p. 181. edit. Lips. Φασὶ δέ τινες ὅτι καὶ οἱ Λάκωνες τοὺς κλέψαντας ἐκόλαζον, οὐ διὰ τὸ κεκλοφέναι, ἀλλὰ διὰ τὸ πεφωρᾶσθαι. Ubi vide sis quæ Cl. *Fabric.* notavit.

b Κλέπτοντες τοῦ ὄρους,] Post κλέπτοντες intellige τι. Sic suprà modò. p. 262. τοῦ ἐρήμου ὄρους καὶ κλέψαι τι πειρᾶσθαι; et infrà paulò, λάβωμέν τι τοῦ ὄρους. De ellipsi particulæ istius vide p. 41. n. c. et K. Π. p. 390. n. 1. Edit. Oxon. 1727. *Leunclav.* scribendum κλέπτοντές τι τοῦ ὄρους existimavit.

c Τὰ δημόσια,] *Scil.* χρήματα: quod deest itidem Luc. XI. 41. Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε &c. quam sic suppleveris loquutionem, Πλὴν κατὰ τὰ ἐνόντα &c. Nomen idem omittit *Herodian.* l. 7. sect. 9. simúlque supplendi rationem indicat: μετῆλθεν (Maximinus) ἐπὶ τὰ δημόσια· καὶ εἴ τινα ἦν χρήματα &c.

δείαν. Ἐγὼ μὲν τοίνυν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ἕτοιμός εἰμι, τοὺς ὀπισθοφύλακας ἔχων, ἐπειδὰν δειπνήσωμεν, ἰέναι καταληψόμενος τὸ ὄρος. Ἔχω δὲ καὶ ἡγεμόνας· οἱ γὰρ [a] γυμνῆται τῶν ἐφεπομένων ἡμῖν [b] κλοπῶν ἔλαβόν τινας ἐνεδρεύσαντες· [c] καὶ τούτων πυνθάνομαι ὅτι οὐκ ἄβατόν ἐστι τὸ ὄρος, ἀλλὰ [d] νέμεται καὶ αἰξὶ καὶ βουσίν· ὥστε, ἤν περ ἅπαξ λάβωμέν τι τοῦ ὄρους, [e] βατὰ καὶ τοῖς ὑποζυγίοις ἔσται. Ἐλπίζω μέντοι οὐδὲ τοὺς πολεμίους [f] μενεῖν ἔτι, ἐπειδὰν ἴδωσιν ἡμᾶς ἐν τῷ ὁμοίῳ ἐπὶ τῶν ἄκρων· οὐδὲ γὰρ νῦν ἐθέλουσι καταβαίνειν εἰς τὸ ἴσον ἡμῖν. Ὁ δὲ Χειρίσοφος εἶπε, Καὶ τί δεῖ σε ἰέναι, καὶ λείπειν τὴν ὀπισθοφυλακίαν; ἀλλ' ἄλλους πέμψον, ἐὰν μή τινες ἐθελούσιοι

que tempus *est oblatum* institutionis *vestræ* specimen edendi. Ego verò, ait Xenophon, paratus sum ut cum extremo agmine, posteaquam cibum ceperimus, pergam ac montem occupem. Duces etiam itineris habeo: quippe milites expediti de furibus quosdam illis, qui nos sequuntur, ex insidiis ceperunt: atque ex his audio montem non esse inaccessum, sed in eo tum à capris tum à bobus pastum quæri: adeò ut, si semel aliquam montis partem ceperimus, jumentis etiam *loca* erunt pervia. At nè quidem hostes diutiùs mansuros spero, posteaquam nos pariter *cum ipsis* in summis verticibus viderint: neque enim hoc tempore in æquum nobiscum volunt *locum* descendere. Et Cherisophus, Cur te, inquit, ire oportet, ac curam agminis extremi relinquere? quin alios mittito, nisi se quidam sponte obtulerint. Tum

a Γυμνῆται] MS. Eton. et *Suid.* γυμνῆτες. Sed vide pag. 215. n. b. Adde K. Π. p. 519. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

b Κλοπῶν] Mirum, inquit *Stephanus*, si Xenophon κλοπῶν, ac non potiùs κλοπέων, scripserit. Fallitur omnino vir doctus: neque enim κλοπεὺς, sed κλὼψ, rectus est casus hìc loci quærendus. *Suidas:* Κλώψ· ὁ κλέπτης· Ξενοφῶν· Εἰσὶ γυμνῆτες τῶν ἐφεπομένων ἡμῖν κλωπῶν. Voces *Suidæ* priores ex Xenophontis exemplaribus corrigendæ sunt.

c Καὶ τούτων &c.] In editis antehac libris sic legitur et distinguitur locus; ἔλαβόν τινας ἐνεδρεύσαντες τούτων· καὶ πυνθάνομαι &c. In MSto Eton. deest illud τούτων: quod tamen, positâ post ἐνεδρεύσαντες distinctionis notâ, rectiùs retinendum videtur, et cum sequentibus (quod maluit etiam *Steph.*) connectendum. Solent enim auctores casum istum verbo πυνθάνομαι adjungere, suppressis præpositionibus παρὰ vel ἐκ. Res est notissima.

d Νέμεται] MS. Eton. et edit. *Ald.* γέμεται: quam scripturam sequutus est *Amasæus.* Sed vulgatam huic libens prætulerim: alioquin dixisset, opinor, Noster, non γέμεται, sed γέμει, sequente utriusque nominis casu genitivo.

e Βατὰ] *Hesych.* et *Phavor.* Βατὸν, βάσιμον, ἐν ᾧ δύναταί τις ἐπιβαίνειν. *Suid.* Βατά· βάσιμα, addito ex *Arriano* exemplo. Cæterùm, intelligendum hìc esse χωρία, ex iis, quæ jam suprà non uno loco de vocis istius ellipsi monuimus, facilè constabit. Tu sis vide p. 263. n. a.

f Μενεῖν ἔτι,] *Leunclav.* aliique minùs rectè legunt μένειν ἔτι, &c. Erratum vidit *Portus*, monuítque adeò vel subaudiendum ἂν particulam, ut pro futuro μενεῖν accipiatur, vel etiam μενεῖν legendum: quod *Stephanus* quidem rectè in orationem recepit.

φαίνωνται. Ἐκ τούτου [a] Ἀριστώνυμος Μεθυδριεὺς ἔρχεται ὁπλίτας ἔχων· καὶ Ἀριστέας Χῖος, γυμνήτας· καὶ Νικόμαχος [b] Οἰταῖος, γυμνήτας· καὶ σύνθημα ἐποιήσαντο, ὁπότε ἔχοιεν τὰ ἄκρα, πυρὰ καίειν πολλά. Ταῦτα συνθέμενοι ἠρίστων· ἐκ δὲ τοῦ ἀρίστου προήγαγεν [c] Ἀριστώνυμος τὸ στράτευμα πᾶν ὡς δέκα στάδια πρὸς τοὺς πολεμίους, ὅπως ὡς μάλιστα δοκοίη [d] ταύτῃ προσάξειν.

Ἐπεὶ δὲ ἐδείπνησαν καὶ νὺξ ἐγένετο, οἱ μὲν ταχθέντες ᾤχοντο, καὶ καταλαμβάνουσι τὸ ὄρος· οἱ δ' ἄλλοι αὐτοῦ ἀνεπαύοντο. Οἱ δὲ πολέμιοι, ὡς ᾔσθοντο ἐχόμενον τὸ ὄρος, ἐγρηγόρησαν, καὶ ἔκαιον πυρὰ πολλὰ διὰ νυκτός. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, Χειρίσοφος μὲν θυσάμενος ἦγε κατὰ τὴν ὁδόν· οἱ δὲ, τὸ ὄρος καταλαβόντες καὶ τὰ ἄκρα, ἐπῄεσαν. Τῶν δ' αὖ πολεμίων τὸ μὲν πολὺ ἔμενεν ἐπὶ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ὄρους, μέρος δ' αὐτῶν ἀπήντα τοῖς κατὰ τὰ ἄκρα. Πρὶν δὲ ὁμοῦ εἶναι [e] τοὺς πολεμίους, ἀλλήλοις συμμιγνύουσιν οἱ κατὰ τὰ ἄκρα· καὶ νικῶσιν οἱ Ἕλληνες

verò Aristonymus Methydriensis cum gravis armaturæ venit militibus; et Aristeas Chius cum expeditis; cum expeditis etiam Nicomachus Œtëus: atque *id* signum convenit, ut cùm *montis* vertices occupâssent, multos accenderent ignes. His *ità* compositis prandent; et à prandio copias omnes Aristonymus decem ferè stadia hostes versùs produxit, ut quàm maximè *exercitum* hâc adducturus videretur.

Cœnati cùm essent ac nox advenisset, profecti sunt ii quibus erat hoc datum negotii, montémque occupant; cæteri ibi *infra montem* quiescebant. At hostes ubi montem occupatum intellexêre, vigilias egerunt, *totáque* nocte multos accenderunt ignes. Cùm dies advenisset, Cherisophus factâ re sacrâ *suos rectâ* viâ duxit; et illi, qui montem verticésque occupârant, *in hostes* contenderunt. Hostium verò vicissim pars maxima montis in superiore transitu manebat, pars eorum iis qui in jugis erant obviam ibat. Prius autem quàm hostes coïrent, manus inter se conserunt ii qui juga tenebant;

a Ἀριστώνυμος — Ἀριστέας &c.] Horum suprà p. 221 et seq. meminit.

b Οἰταῖος, γυμνήτας·] MS. Eton. et edit. *Ald.* ὀταῖος. *Amas.* vertit *Teïus.* *Steph.* et *Leunclav.* dant Οἰταῖος. Cæterùm, *Leunclav.* pingit hìc γυμνῆτας, suprà modò γυμνήτας. Et rectè quidem utraque se habet scriptura, si modò illam à recto γυμνὴς, hanc à γυμνήτης deducas. Vide p. 215. n. b.

c Ἀριστώνυμος] MS. Eton. habet ὁ Χειρίσοφος: ideò forsan, quòd aliàs nomini recepto soleat addi Μεθυδριεύς.

d Ταύτῃ] Vide p. 263. n. e.

e Τοὺς πολεμίους, &c.] MS. Eton. dat τοὺς πολλοὺς ἀλλήλων &c. Sed sana est vulgata lectio. *Phavor.* Συμμιγνῦναι λέγεται, τὸ συνέρχεσθαι, καὶ συνάπτειν καὶ συμβάλλειν, κατὰ νόμον πολέμου δυναμῇ συστάσεται.

καὶ διώκουσιν. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ ἐκ τοῦ πεδίου οἱ μὲν πελτασταὶ τῶν Ἑλλήνων δρόμῳ ἔθεον πρὸς τοὺς παρατεταγμένους· Χειρίσοφος δὲ [a] βάδην ταχὺ ἐφείπετο σὺν τοῖς ὁπλίταις. Οἱ δὲ πολέμιοι οἱ ἐν τῇ ὁδῷ, ἐπειδὴ [b] τὸ ἄνω ἑώρων ἡττώμενον, φεύγουσι· καὶ ἀπέθανον μὲν οἱ πολλοὶ αὐτῶν, γέῤῥα δὲ πάμπολλα ἐλήφθη· ἃ οἱ Ἕλληνες ταῖς μαχαίραις κόπτοντες, ἀχρεῖα ἐποίουν. Ὡς δ' ἀνέβησαν, θύσαντες, καὶ [c] τρόπαιον στησάμενοι, κατέβησαν εἰς τὸ πεδίον καὶ κώμας πολλῶν ἀγαθῶν γεμούσας.

Ἐκ δὲ τούτων ἐπορεύθησαν εἰς Ταόχους, σταθμοὺς πέντε, παρασάγγας [d] τριάκοντα· καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐπέλιπε· χωρία γὰρ ᾤκουν ἰσχυρὰ οἱ Τάοχοι, ἐν οἷς καὶ τὰ ἐπιτήδεια πάντα εἶχον [e] ἀνακεκομισμένοι. [f] Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο εἰς χωρίον, ὃ πόλιν μὲν οὐκ εἶχεν οὐδ' οἰκίας, συνεληλυθότες δὲ ἦσαν αὐτόσε καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες καὶ κτήνη πολλὰ, Χειρίσοφος μὲν πρὸς τοῦτο προσέβαλλεν εὐθὺς ἥκων· ἐπεὶ δὲ

vincúntque Græci et *hostes* persequuntur. Intereà etiam de planitie peltastæ Græci ad acie congressos cursu ferebantur: et Cherisophus gradatim *quidem sed* celeriter cum gravis armaturæ militibus subsequebatur. At hostes qui in viâ *substiterant*, cùm *suorum* partem in summo monte victam cernerent, fugam arripiunt: atque ex iis plerique periêre, permultáque capta sunt scuta; quæ Græci gladiis *ità* cædebant, *ut ad usum bellicum* inutilia redderent. Cùm adscendissent, factâ re sacrâ, tropæóque constituto, in planitiem et vicos multis bonis refertos descenderunt.

Indè castris quinque, parasangas triginta ad Taochos progressi sunt; et commeatus *jam* deficiebat: nam Taochi munitis in locis habitabant, in quibus commeatus etiam omnes *eò* subvectos tenebant. Cùm in locum pervenissent, ubi *tametsi* nec erat oppidum, nec domus, *tamen* illuc convenerant et viri et mulieres et jumenta multa, Cherisophus hunc, ut primùm *eò* venit

a Βάδην ταχὺ &c.] Sonare videntur *pleno gradu: δρόμῳ* quidem ferri Cherisophum, cùm ὁπλίτας duceret, minùs utique conveniebat. Sed ità tamen βάδην pergebat, ut ταχὺ, quàm maximâ potuit is celeritate, qui non currebat, subsequeretur. Passim autem βάδην πορεύεσθαι opponuntur τοῖς δρόμῳ θεῖν, τρέχειν &c. K. Π. p. 135. Edit. Oxon. 1727. οὔτι βάδην ὑπήκουσεν, ἀλλ' αἰεὶ τρέχων. p. 234. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κῦρος ἐπιλαθόμενος τοῦ βάδην, δρόμῳ ἡγεῖτο.

b Τὸ ἄνω &c.] *Scil. μέρος:* respice p. 126. n. a.

c Τρόπαιον] Lege p. 172. n. a. et *Diodor. Sic.* l. 14. p. 259.

d Τριάκοντα·] MS. Eton. et editi quidam πεντήκοντα. Adi p. 242. n. d. et p. 14. n. a.

e Ἀνακεκομισμένοι.] Confer. K. Π. p. 412. n. 3. Edit. Oxon. 1727.

f Ἐπεὶ δὲ] *Leunclav.* et alius quidam pessimè dederunt ἐπεὶ καὶ, contra MSti Eton. atque cæterorum editorum, quos vidi, omnium fidem.

ἡ πρώτη τάξις ἔκαμνεν, ἄλλη προσῄει, καὶ αὖθις ἄλλη· οὐ γὰρ ἦν ἀθρόοις περιστῆναι, [a] ἀλλ' ἀπότομον ἦν κύκλῳ. Ἐπεὶ δὲ Ξενοφῶν ἦλθε σὺν τοῖς ὀπισθοφύλαξι καὶ πελτασταῖς καὶ ὁπλίταις, ἐνταῦθα δὴ λέγει Χειρίσοφος, [b] Εἰς καλὸν ἥκεις· τὸ γὰρ χωρίον αἱρετέον· τῇ γὰρ στρατιᾷ οὐκ [c] ἔστι τὰ ἐπιτήδεια, εἰ μὴ ληψόμεθα τὸ χωρίον.

Ἐνταῦθα δὴ κοινῇ ἐβουλεύοντο· καὶ τοῦ Ξενοφῶντος ἐρωτῶντος τί τὸ κωλύον εἴη εἰσελθεῖν, εἶπεν ὁ Χειρίσοφος, Ἀλλὰ μία αὕτη ἐστὶ πάροδος, ἣν ὁρᾷς· ὅταν δέ τις ταύτῃ [d] πειρᾶται παριέναι, κυλινδοῦσι λίθους ὑπὲρ ταύτης τῆς ὑπερεχούσης πέτρας· ὃς δ' ἂν καταληφθείη, [e] οὕτω διατίθεται. Ἅμα δ' ἔδειξεν αὐτῷ συντετριμμένους ἀνθρώπους καὶ σκέλη καὶ πλευράς. Ἢν δὲ τοὺς λίθους ἀναλώσωσιν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ἄλλο τι ἢ οὐδὲν [f] κωλύει παριέναι; οὐ γὰρ δὴ ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁρῶμεν, εἰ μὴ ὀλίγους τούτους ἀνθρώπους· καὶ τούτων δύο ἢ τρεῖς ὡπλισμένους. Τὸ δὲ χωρίον, ὡς καὶ σὺ

adortus est: cúmque primus ordo *re gerendá* fatigaretur, alius accedebat, ac rursùm alius: nam conferti *locum*, quippe qui præruptus undique erat, circumsistere non poterant. Ubi verò Xenophon cum extremo agmine et peltastis gravísque armaturæ militibus venit, hic Cherisophus, Opportunè, inquit, ades; nam locus *hic nobis* capiendus est: neque enim exercitui suppetet commeatus, nisi locum ceperimus.

Ibi tum consilia communiter capiebant; cúmque Xenophon interrogaret quidnam esset quod impediret, quominùs ingrederentur, Unus utique, ait Cherisophus, hic aditus est, quem vides: et cùm quis per hunc transire conatur, lapides de saxo illo eminente devolvunt: quisquis autem *his* tactus fuerit, ità adficitur. Simul ei monstrabat homines, quibus et crura et costæ confractæ essent. Quòd si lapides, inquit Xenophon, absumpserint, numquid aliud an nihil *erit quod nos* quominùs transeamus impediat? nec enim ex adverso videmus *ullos*, præter paucos hosce homines; et ex iis duos trésve armatos. Locus autem, ut ipse vides, ferè sesquiplethrum patet,

a Ἀλλ' ἀπότομον] Vulgò, ἀπότομος. Cùm verò ad χωρίον referendum videatur, rectè quidem *Leunclavius* ἀπότομον vulgatæ hactenus scripturæ prætulit.

b Εἰς καλὸν ἥκεις·] Sic Noster *Sympos.* suo ferè ineunte, Εἰς καλόν γε ὑμῖν συντετύχηκα.

c Ἔστι] Vide p. 180. n. b. K. Π. p. 498. n. 1. Edit. Oxon. 1727. Matth. XXVI. 2. 18. et XVII. 11.

d Πειρᾶται] Sic MS. Eton. et edit. *Leunclav.* Perperam verò *Ald.* et *Steph.* ἐπειρᾶτο dederunt; quod in πειρᾶται mutandum in margine suæ editionis monuit etiam *Stephanus*.

e Οὕτω διατίθεται.] Manu monstrat protentâ, quæ verbis fusiùs ut exponeret, tempus non ferebat.

f Κωλύει] Vide suprà modò scripta ad ἐστὶ, n. c.

ὁρᾷς, σχεδὸν τρία ἡμίπλεθρά ἐστιν, ἃ δεῖ βαλλομένους παρελθεῖν. Τούτου δὲ ὅσον πλέθρον δασὺ πίτυσι [a] διαλειπούσαις μεγάλαις, [b] ἀνθ' ὧν ἑστηκότες ἄνδρες τί ἂν πάσχοιεν ἢ ὑπὸ τῶν φερομένων λίθων, ἢ ὑπὸ τῶν κυλινδουμένων; τὸ λοιπὸν οὖν ἤδη γίγνεται ὡς ἡμίπλεθρον, ὃ δεῖ, ὅταν [c] λωφήσωσιν οἱ λίθοι, παραδραμεῖν. Ἀλλ' εὐθέως, ἔφη ὁ Χειρίσοφος, ἐπειδὰν ἀρξώμεθα [d] εἰς τὸ δασὺ παριέναι, [e] φέρονται οἱ λίθοι πολλοί. Αὐτὸ ἄν, ἔφη, τὸ δέον εἴη· θᾶττον γὰρ [f] ἀληθῶς ἀναλώσουσι τοὺς λίθους. [g] Ἀλλὰ πορευώμεθα ἔνθεν ἡμῖν μικρὸν [h] ὕστερόν τι παραδραμεῖν ἔσται, ἢν δυνώμεθα· καὶ ἀπελθεῖν ῥᾴδιον, ἢν [i] βουλώμεθα.

Ἐντεῦθεν ἐπορεύοντο Χειρίσοφος καὶ Ξενοφῶν, καὶ Καλ-

quod *nos* ictibus expositos emetiri oportet. Hujus autem *loci tantum*, quantum plethri mensuram æquet, pinis magnis per intervalla dispositis densum est, ad quas si viri consistant, quid vel à jactis vel à devolutis saxis incommodi tulerint? Jam restat igitur dimidium plethri, quod *quidem spatium*, ubi lapides cessaverint, cursu conficiendum est. At ubi primùm, inquit Cherisophus, pergere ad *locum* illum densum cœperimus, multi *in nos* ingerentur lapides. *Hoc ipsum est*, inquit *Xenophon*, *quod* facto opus fuerit: nam eò citiùs haud dubiè lapides absument. Verùm age *jam ad eum locum* pergamus, unde paulum aliquid erit cursu transeundum, si *quidem* poterimus: et abire facile fuerit, si voluerimus.

Dehinc profecti sunt Cherisophus et Xenophon, et Callimachus Parrha-

a Διαλιπούσαις] *Suid.* et *Phavor.* Διαλείπουσαι· ἀλλήλων ἀπέχουσαι.

b Ἀνθ' ὧν] Hanc lectionem libri, quos vidi, præstant omnes. At *Stephanus* maluit ἐφ' ὧν. Ipse, si vulgata quidem præpositio loco movenda sit, libens reposuerim ὑφ' ὧν. Sic ferè mox infrà Noster: ἀπῆλθεν ὑπὸ τὰ δένδρα &c. et, προὔτρεχεν ἀπὸ τοῦ δένδρου, ὑφ' ᾧ &c. Nec casûs in his exemplis variatio prohibet, quominùs cuiquam se probet conjectura in medium jam adlata: nam, *Moschopulo* observante, ἡ ὑπὸ γενικῇ συντάσσεται καὶ δοτικῇ καὶ αἰτιατικῇ.

c Λωφήσωσιν] *Hesych.* Λωφῆσαι, ἀπὸ τοῦ τραχήλου τὸ ἄχθος ἀποθέσθαι· παῦσαι· λῆξαι· ἀναπαῦσαι· ἡσυχάσαι· *Suid.* et *Phavor.* κυρίως δὲ εἴρηται λωφῆσαι ἐπὶ βοῶν, τὸ βάρος ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἀποθέσθαι· λόφος γὰρ, ὁ τράχηλος.

d Εἰς τὸ δασὺ] De vi istius articuli lege K. Π. p. 173. n. 1. Edit. Oxon. 1727.

e Φέρονται] Vide p. 268. n. c.

f Ἀληθῶς] In MSto Eton. deest: quod et *Muretus* delendum censuit.

g Ἀλλὰ] Adi p. 48. n. a.

h Ὕστερόν τι] Utramque vocem delet *Muretus:* et prior quidem in MSto Eton. non comparet. Hunc sequi malim, ut sit μικρόν τι: quam et *Steph.* scripturam in nonnullis vet. cod. se invenisse testatur.

i Βουλώμεθα.] MS. Eton. et edit. quædam veteres habent ἢν ἁλώμεθα. *Lascaris*, teste *Stephano*, legisse videtur βαλλώμεθα: quam ille quidem lectionem se non improbare professus, agnoscit tamen vulgatam lectionem huic aptam esse loco, ut unum sit δυναμένων, alterum βουλομένων: perinde ac si dixisset, ἢν βουλώμεθα· καὶ γὰρ δυνησόμεθα. In receptâ scripturâ nihil vitii latere videtur.

λίμαχος Παῤῥάσιος, λοχαγός· (τούτου γὰρ ἡγεμονία ἦν τῶν ὀπισθοφυλάκων λοχαγῶν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ) οἱ δὲ ἄλλοι λοχαγοὶ ἔμενον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ. Μετὰ τοῦτο οὖν ἀπῆλθον ὑπὸ τὰ δένδρα ἄνθρωποι εἰς τοὺς ἑβδομήκοντα, οὐκ ἀθρόοι, ἀλλὰ καθ' ἕνα, ἕκαστος [a] φυλαττόμενος ὡς ἐδύνατο. [b] Ἀγασίας δὲ ὁ Στυμφάλιος καὶ Ἀριστώνυμος Μεθυδριεὺς, καὶ οὗτοι τῶν ὀπισθοφυλάκων λοχαγοὶ ὄντες, καὶ ἄλλοι δὲ, ἐφίστασαν ἔξω τῶν δένδρων· οὐ γὰρ ἦν ἀσφαλὲς ἐν τοῖς [c] δένδροις ἑστάναι πλεῖον, ἢ τὸν ἕνα λόχον. Ἔνθα δὴ καὶ Καλλίμαχος μηχανᾶταί τι· Προέτρεχεν ἀπὸ τοῦ δένδρου, ὑφ' ᾧ ἦν αὐτὸς, δύο ἢ τρία [d] βήματα· ἐπεὶ δὲ οἱ λίθοι φέροιντο, ἀνεχάζετο εὐπετῶς· ἐφ' ἑκάστης δὲ [e] προδρομῆς πλέον ἢ δέκα [f] ἅμαξαι πετρῶν ἀνηλίσκοντο. Ὁ δὲ Ἀγασίας, [g] ὡς ὁρᾷ τὸν Καλλίμαχον, ἃ ἐποίει, καὶ τὸ στράτευ-

sius, cohortis præfectus; (hic enim ducis inter agminis extremi præfectos officium eo die obtinebat) cæteri cohortium præfecti in tuto manebant. Posthac igitur homines ferè septuaginta ad arbores sese conferebant, non conferti, sed singulatim, cavente sibi ut potuit unoquoque. Agasias autem Stymphalius et Aristonymus Methydriensis, *qui* et ipsi postremi agminis cohortium ductores erant, atque alii etiam, *remoti* ab arboribus subsistebant: neque enim tutò plus quàm una cohors apud arbores stare poterat. Ibi tum quiddam etiam machinatur Callimachus: ab arbore, sub quâ *stationem* ipse *nactus* erat, passus duos aut tres procurrebat; cùm verò lapides jacerentur, expeditè se in *tutum* recipiebat: ad singulos autem procursus plus quàm decem saxorum plaustra absumebantur. At Agasias ubi, quæ faceret Callimachus, tota spectante exercitu, vidit, veritus nè primus in locum excurre-

a Φυλαττόμενος] Vide p. 127. n. c.

b Ἀγασίας δὲ ὁ — καὶ οὗτοι] Adi p. 147. n. b. ubi duali numero pronomen adhibet; et lege p. 42. n. b. Adde sis quæ subtiliùs paulò, more suo, ad *Homer*. Il. α'. v. 566. scripsit Cl. *Sam. Clarke*.

c Δένδροις] *Thom. Magister:* Δένδρεσιν, ὡς Θουκυδίδης, καὶ ἕτεροι· οὐ δένδροις, ὡς Ξενοφῶν. *Mœris Attic.* Δένδροις, Ξενοφῶν· δένδρεσιν, Θουκυδίδης. *scil.* tanquam ab εὐθείᾳ illâ δένδρος, de quâ agit *Steph*. Animadv. in Libr. de Dial. p. 25. *Thucyd*. l. 2. c. 75. περιεσταύρωσαν αὐτοὺς τοῖς δένδρεσιν, &c. *Schol.* σημείωσαι τὸ δένδρος εὐθείαν. *Phavor.* Ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τῷ Αἰλίου Διονυσίου λεξικῷ φέρεται, ὅτι λέγεται οὐ μόνον δένδρον, ἀλλὰ καὶ δένδρεον καὶ δένδρος. Φησὶ γοῦν ὅτι δένδρον μᾶλλον ἢ δένδρος, καὶ δένδρα μᾶλλον ἢ δένδρη· καὶ αἱ πτώσεις, δένδρου καὶ δένδρῳ, μᾶλλον ἢ δένδρει καὶ δένδρους.

d Βήματα·] Eâdem similiter voce usus est Noster K. Π. p. 520. Edit. Oxon. 1727. ὀλίγα βήματα προϊόντες &c. Hinc ad *tribunal*, *suggestum*, *locúmve* ipsum, ἐν ᾧ κάθηται βασιλεὺς ἢ κριτὴς, significandum transfertur.

e Προδρομῆς] Verbo illo προέτρεχεν ritè cadit, et in rem aptè, nomen hoc; quod nesciunt Lexicographi.

f Ἅμαξαι πετρῶν] Audaciùs paulò, ut solet, *Lucianus* Eunucho ineunte scripsit ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν &c. Similiter sua Latini habent *conviciorum plaustra*, utì rectè notavit doctis. *Jens*. lect. Lucian. l. 2. c. 20.

g Ὡς ὁρᾷ τὸν Καλλίμαχον, ἃ &c.] Vide p. 110. n. d.

μα πᾶν θεώμενον, δείσας [a] μὴ οὐ πρῶτος παραδράμοι εἰς τὸ χωρίον, οὔτε τὸν Ἀριστώνυμον πλησίον ὄντα παρακαλέσας, οὐδὲ Εὐρύλοχον τὸν Λουσιέα ἑταίρους ὄντας, οὐδ' ἄλλον οὐδένα, χωρεῖ [b] αὐτὸς, καὶ παρέρχεται πάντας. Ὁ δὲ Καλλίμαχος, ὡς ἑώρα αὐτὸν παριόντα, ἐπιλαμβάνεται αὐτοῦ τῆς ἴτυος· ἐν δὲ τούτῳ παρέθει αὐτοὺς Ἀριστώνυμος Μεθυδριεὺς, καὶ μετὰ τοῦτον Εὐρύλοχος Λουσιεύς· [c] πάντες γὰρ οὗτοι ἀντεποιοῦντο ἀρετῆς, καὶ διηγωνίζοντο πρὸς ἀλλήλους, καὶ οὕτως ἐρίζοντες αἱροῦσι τὸ χωρίον. Ὡς γὰρ ἅπαξ εἰς ἐπέδραμεν, οὐδεὶς ἔτι [d] πέτρος ἄνωθεν ἠνέχθη.

Ἐνταῦθα δὴ [e] δεινὸν ἦν θέαμα· αἱ γὰρ γυναῖκες, ῥίπτουσαι τὰ παιδία, εἶτα καὶ ἑαυτὰς ἐπικατερρίπτουν· καὶ οἱ ἄνδρες ὡσαύτως. Ἔνθα δὴ καὶ Αἰνέας ὁ Στυμφάλιος λο-

ret, nec Aristonymo *sibi* proximo advocato, nec Eurylocho Lusiense, qui sodales *ejus* erant, nec quoquam alio, solus *eò* tendit, et antevertit omnes. Callimachus autem, ut eum se prætereuntem vidit, umbonem *clypei* ipsius apprehendit: ac intereà Aristonymus Methydriensis eos cursu præterit, et post ipsum Eurylochus Lusiensis: nam hi omnes virtutis gloriam sibi vindicabant, *de*que *hâc* inter se certabant, atque dum hoc modo contenderent, locum capiunt. Nam posteaquam unus *eorum* semel *illuc* irruisset, nullus lapis ampliùs desuper volvebatur.

Ibi tum horrendum *objectum* erat spectaculum: nam mulieres projectis parvulis liberis, super eos deinde seipsas etiam præcipitabant; similiter viri quoque. Hîc verò Æneas etiam Stymphalius cohortis præfectus, curren-

a Μὴ οὐ] *Phavor.* Οὐ, ἀπόφασιν πολλάκις περιττὴν οἱ Ἀττικοὶ λαμβάνουσι. Vide sis *Budæi* Comment. L. G. p. 935 et seq.

b Αὐτὸς,] Etymol. m. Αὐτὸς, ὁ μόνος· ὡς τὸ, Τυδείδης, αὐτός περ ἐὼν προμάχοισιν ἐμίχθη. Inspice sis locum ipsum *Hom.* Il. Θ'. v. 99. *Theocrit.* Idyll. 11. v. 12.

Πολλάκι ταὶ δίες ποτὶ τ' αὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον
Χλωρᾶς ἐκ &c.

Schol. Αὐταὶ, ἀντὶ τοῦ μόναι. Ὅμηρος· Τυδείδης δ' αὐτὸς περ ἐὼν, ἀντὶ τοῦ αὐτόματος καὶ μόνος: quæ emendanda sunt ex ipso Homero, ut rectè observavit doctis. *Arnaud.* Animadv. Critic. c. 36. Lege etiam quæ scripsimus suprà p. 109. n. b.

c Πάντες γὰρ οὗτοι ἀντεποιοῦντο &c.] Consule p. 221 et seq.

d Πέτρος] Suprà modò, et mox infrà declinatione usus est secundâ. *Phavor.* Πέτρα μὲν κοινῶς, πέτρος δὲ Ἀττικῶς. *Moschop.* Πέτρος, ὄνομα κύριον· καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἡ πέτρα. Exempla scriptores passim suppeditabunt Attici.

e Δεινὸν ἦν θέαμα·] Haud minùs δεινὸν illud Abydenorum erat, quo Philippus ipse victor, auctore *Polybio* l. 16. p. 739. edit. *Paris.* ἐκπλαγὴς ἦν, θεωρῶν τὸ πλῆθος καὶ τὴν ὁρμὴν τῶν σφᾶς αὐτοὺς, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὰς γυναῖκας ἀποσφαττόντων, κατακαιόντων, ἀπαγχόντων, εἰς τὰ φρέατα ῥιπτούντων, κατακρημνιζόντων ἀπὸ τῶν τεγῶν. Sic utique alii complures desperabundi ab hostium potestate se suáque vindicare adnisi sunt. Exemplorum adfatim est in *Friensh.* notis ad *Flor.* l. 2. c. 18. sect. 15.

χαγὸς, ἰδών τινα θέοντα ὡς ῥίψοντα ἑαυτὸν, [a] στολὴν ἔχοντα καλὴν, ἐπιλαμβάνεται ὡς αὐτὸν κωλύσων. Ὁ δὲ αὐτὸν ἐπισπᾶται, καὶ ἀμφότεροι ᾤχοντο κατὰ τῶν πετρῶν φερόμενοι, καὶ ἀπέθανον. Ἐντεῦθεν ἄνθρωποι μὲν ὀλίγοι πάνυ ἐλήφθησαν, βόες δὲ καὶ [b] ὄνοι καὶ πρόβατα πολλά.

Ἐντεῦθεν [c] ἐπορεύθησαν διὰ Χαλύβων σταθμοὺς ἑπτὰ, παρασάγγας πεντήκοντα. Οὗτοι ἦσαν ὧν διῆλθον ἀλκιμώτατοι, καὶ εἰς χεῖρας ᾔεσαν· [d] εἶχον δὲ θώρακας λινοῦς μέχρι [e] τοῦ ἤτρου, [f] ἀντὶ δὲ τῶν πτερυγίων σπάρτα πυκνὰ ἐστραμμένα. Εἶχον δὲ καὶ κνημῖδας καὶ κράνη, καὶ παρὰ τὴν ζώνην μαχαίριον ὅσον [g] ξυήλην Λακωνικὴν, ᾧ ἔσφαττον ὧν κρατεῖν δύναιντο· [h] καὶ ἀποτέμνοντες ἂν τὰς κεφαλὰς, ἔχοντες ἐπορεύοντο· [i] καὶ ᾖδον, καὶ ἐχόρευον, ὁπότε οἱ πολέμιοι ὄψεσθαι αὐτοὺς ἔμελλον· εἶχον δὲ καὶ δόρυ ὡς πεντε-

tem quendam ut se præcipitem daret conspicatus, elegante amictum veste, prehendit *hominem nè id faceret* impediturus. Verùm hic *secum* illum trahit, et ambo per saxa *præcipites* acti sunt, atque interierunt. Capti sunt deinde *hoc loco* perpauci homines, boves verò et asini et pecora multa.

Indè per Chalybum *agros* castris septem, parasangas quinquaginta progressi sunt. Hi *omnium*, per quorum *agros Græci* fecerunt iter, fortissimi erant, atque *adeò* manus *cum eis* conserebant: loricas lineas ad imum usque ventrem *pertinentes* habebant; ac pro alis funes densos contortos. Erant eis et tibiarum tegumenta et galeæ, ac juxta zonam sica, instar Laconici gladioli falcati, quâ, quos in potestatem suam redigere potuerint, jugulabant; capitáque cùm abscidissent, cum iis abibant; canebant etiam et saltabant, quoties hostes ipsos conspecturi erant. Habebant et hastam quindecim fere cubitorum, cui unus

a Στολὴν] Respice p. 258. n. c.

b Ὄνοι καὶ πρόβατα πολλά.] MS. Eton. ὄνοι πολλοὶ καὶ πρόβατα. cui accedit *Amas.* nisi quòd πρόβατα non agnoscat.

c Ἐπορεύθησαν διὰ Χαλύβων] Pro quo nomine apud *Diodor. Sic.* l. 14. p. 259. legitur Χαλκιδίων.

d Εἶχον δὲ θώρακας λινοῦς &c.] De quibus consule K. II. p. 463. n. 1. Edit. Oxon. 1727.

e Τοῦ ἤτρου,] Vocari ἦτρον tradit *J. Poll.* l. 2. segm. 170. quidquid infra umbilicum sit, usque ad pubem. *Hesych.* Ἦτρον, ὁ περὶ τὸ ὑπογάστριον τόπος, ὁ ὑπὸ τὸν ὀμφαλόν.

f Ἀντὶ δὲ τῶν πτερυγίων] MS. Eton. ἀντὶ δὲ τῶν πτερύγων &c. Sic et *Suid.* in v. Ξυήλη. *J. Poll.* l. 1. segm. 134. Θώραξ, καὶ τὰ μέρη τοῦ θώρακος, πτέρυγες. Vide sis *H. Steph.* Animadv. in Adag. *Erasmi* p. 458.

g Ξυήλην Λακωνικὴν,] *Hesych.* et *Phavor.* Ξυήλη, ξυάλη· ἔστι δὲ καὶ ξιφίδιον, ὅ τινες δρέπανον λέγουσι. *Suid.* Ξυήλην. ἣν ξυάλην λέγομεν· hunc locum deinde Xenoph. citat. Gladium autem fuisse brevem, et instar falcis incurvum, docet erudit. *Meurs.* Miscell. Lacon. l. 2. c. 1. Falcatis itidem armis eum adscribit *J. Poll.* l. 1. segm. 137.

h Καὶ ἀποτέμνοντες ἂν &c.] Sic MS. Eton. atque editiones pleræque. At *Leunclavius* hoc tandem modo legendum censuit: καὶ ἀποτέμνοντες καὶ ἔχοντες τὰς κεφαλὰς ἐπορεύοντο.

i Καὶ ᾖδον,] Respice p. 239. n. b.

καίδεκα πηχῶν, μίαν λόγχην ἔχον. Οὗτοι ἐνέμενον ἐν τοῖς πολίσμασιν· ἐπεὶ δὲ παρέλθοιεν οἱ Ἕλληνες, εἵποντο ἀεὶ μαχόμενοι· [a] ᾤχοντο δὲ ἐν τοῖς ὀχυροῖς· καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐν τούτοις ἀνακεκομισμένοι ἦσαν· ὥστε μηδὲν λαμβάνειν αὐτόθεν τοὺς Ἕλληνας, ἀλλὰ διετράφησαν τοῖς κτήνεσιν, [b] ἃ ἐκ τῶν Ταόχων ἔλαβον.

Ἐκ τούτου οἱ Ἕλληνες ἀφίκοντο ἐπὶ τὸν [c] Ἅρπασον ποταμὸν, εὖρος τεττάρων πλέθρων. Ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν διὰ Σκυθινῶν σταθμοὺς τέτταρας, παρασάγγας εἴκοσι, διὰ πεδίου εἰς κώμας· ἐν αἷς ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ [d] ἐπεσιτίσαντο. Ἐντεῦθεν δὲ ἦλθον σταθμοὺς τέτταρας, παρασάγγας εἴκοσι, [e] πρὸς πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, οἰκουμένην· ἐκαλεῖτο δὲ Γυμνίας. [f] Ἐκ ταύτης τῆς χώρας ὁ ἄρχων τοῖς Ἕλλησιν ἡγεμόνα πέμπει, ὅπως διὰ τῆς ἑαυτῶν πολεμίας

erat mucro. Manebant illi *quidem* in oppidis: ubi verò Græci præteriissent, sequebantur *in eos* semper pugnantes: in loca autem munita se *deinde* recipiebant; in quæ commeatus etiam comportaverant: adeò ut nihil ex eo loco Græci caperent, sed *iis* jumentis alerentur, quæ ex Taochorum *agro* ceperant.

Indè ad amnem Harpasum, *cujus erat* quatuor plethrorum latitudo, Græci pervenêre. Hinc per Scythinos castris quartis, parasangas viginti progressi sunt, per planitiem in vicos; in quibus triduum manserunt, ac cibaria parabant. Indè castris quatuor, parasangas viginti *progressi*, ad urbem magnam opulentámque, incolis frequentem, veniunt; cui nomen erat Gymnias. Ex hâc regione princeps *ejus* itineris ducem Græcis mittit, ut eos per agrum sibi

a Ὤιχοντο δὲ ἐν &c.] MS. Eton. ᾤκουν δὲ ἐν &c. quam lectionem suam fecit *Muretus*. Mavult *Steph.* ἐλοχῶντο; quippe qui οἴχομαι εἰς τόπον τινὰ, non autem οἴχομαι ἐν τόπῳ τινι, rectè dici suspicatus est. Locutionem esse ellipticam, sic supplendam ᾤχοντο, ἐν τοῖς ὀχυροῖς ὄντες, autumavit *Leunclavius*. Sed tali auxilio non opus est. Sanam esse vulgatam scripturam vidit *Portus*, et exemplis ejusdem loquendi formæ adlatis probavit. *Dionys. Hal.* A. R. l. 1. c. 73. πρὶν Αἰνείαν καὶ Τρῶας ἐλθεῖν ἐν Ἰταλίᾳ. Idem l. 7. c. 20. ἀποσταλέντες ἐν Σικελίᾳ πρέσβεις, &c. *Thucyd.* l. 7. c. 17. αὐτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ, &c. Noster *Hist. Gr.* lib. 7. sub. fin. ἐν Ἀρκαδίᾳ ἀπῆρσαν, &c. Et in *Agesil.* haud ità longè ab init. ἐν τῷ ποταμῷ ἔπεσαν, &c. His adde quæ notavit *Sylburg.* ad *Pausan.* p. 932. edit. *Kuhn.* necnon *Steph.* App. ad Al. scripta de Dial. Att. p. 126. et Joh. V. 4.

b Ἃ ἐκ τῶν Ταόχων &c.] Memorata p. 272.

c Ἅρπασον] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 259. fluvius hic dicitur Ἅρπαγος. Idem pro Σκυθινῶν dat Ταοχουτίνων. Paulò aliter nomen hoc scribit etiam *Steph. Byz.* Σκυθηνοὶ ἔθνος οὐ πόῤῥω τῶν Μακρώνων, ὡς Ξενοφῶν ἀναβάσεως τετάρτῳ.

d Ἐπεσιτίσαντο] Adi p. 195. n. e.

e Πρὸς πόλιν μεγάλην &c.] Alium hìc, atque solet aliàs, nominum istorum ordinem instituit. Vide p. 8. n. d. et p. 27. n. b. Cæterùm, pro Γυμνίας apud *Diodor. Sic.* l. c. scribitur Γυμνασία.

f Ἐκ ταύτης τῆς &c.] Sunt, qui delendam putârunt præpositionem istam: sed non audiendi. *Diodor. Sic.* l. c. Ἐκ δὲ ταύτης ὁ τῶν τόπων &c. eodem prorsus modo.

χώρας ἐπάγοι αὐτούς. Ἐλθὼν δὲ αὐτὸς, λέγει ὅτι [a] ἄξει αὐτοὺς εἰς χωρίον, ὅθεν [b] πέντε ἡμερῶν ὄψονται θάλατταν· εἰ δὲ μὴ, τεθνάναι ἐπηγγέλλετο. [c] Καὶ ἡγούμενος δὲ, ἐπεὶ ἐνέβαλεν εἰς τὴν ἑαυτοῖς πολεμίαν, παρεκελεύετο αἴθειν καὶ φθείρειν τὴν χώραν· [d] ᾧ καὶ δῆλον ἐγένετο ὅτι τούτου ἕνεκα ἔλθοι, οὐ [e] τῆς τῶν Ἑλλήνων εὐνοίας. Καὶ ἀφικνοῦνται [f] ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὄρος τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ· ὄνομα δ' ἦν τῷ ὄρει Θήχης. Ἐπειδὴ δὲ οἱ πρῶτοι ἐγένοντο ἐπὶ τοῦ ὄρους, καὶ κατεῖδον τὴν θάλατταν, [g] πολλὴ κραυγὴ ἐγένετο. Ἀκούσας δὲ ὁ Ξενοφῶν καὶ οἱ ὀπισθοφύλακες, ᾠήθησαν καὶ ἔμπροσθεν ἄλλους ἐπιτίθεσθαι πολεμίους· [h] εἵποντο γὰρ καὶ ὄπισθεν οἱ ἐκ τῆς καιομένης χώρας· καὶ αὐτῶν οἱ ὀπισθοφύλακες ἀπέκτεινάν τε τινὰς καὶ ἐζώγρησαν, ἐνέδραν ποιη-

hostilem deduceret. Ipse autem cùm venisset, se ducturum eos ad locum aiebat, unde dierum quinque *spatio* mare conspecturi essent: sin autem, se mortem perpessurum recipiebat. Atque adeò præcedens, postquam in hostile sibi *solum* ingressus esset, ut agrum incenderent et vastarent hortabatur: ex quo patuit eum hâc de causâ venisse, non propter *aliquam* erga Græcos benevolentiam. Ac die quinto sacrum ad montem perveniunt; monti autem nomen erat Theches. Cúmque priores in montem evasissent, ac mare conspicerent, magnus *eorum* clamor exstitit. *Quem* cùm Xenophon et agminis extremi milites audiissent, arbitrabantur hostes *restare* alios qui etiam à fronte *Græcos* invaderent: nam et à tergo *nonnulli* de exustâ regione sequebantur; eorúmque aliquos extremi agminis custodes occiderant, *aliquos* etiam vivos

a Ἄξει αὐτοὺς] Sic MS. Eton. edit. *Steph.* et *Ald.* Pessimè *Leunclav.* scribit αὐτός.

b Πέντε ἡμερῶν] Vide p. 59. n. b. et p. 200. n. k.

c Καὶ ἡγούμενος δὲ, ἐπεὶ &c.] Hanc loci scripturam ac distinctionem *Mureto* debes. Priùs legebatur, τεθνάναι ἐπηγγέλλετο. καὶ ἡγούμενος, ἐπεὶ δὲ ἐνέβαλεν &c. *Leunclav.* autem sic restituit: — ἐπηγγέλλετο· καὶ ἡγούμενος, ἐπειδὴ ἐνέβαλεν &c. Cæterùm, pro ἑαυτοῖς, quod mox occurrit, MS. Eton. habet ἑαυτοῦ: quo casu suprà modò usus est Noster, διὰ τῆς ἑαυτῶν πολεμίας &c. Sed nil mutandum: nam πολέμιος cum utroque casu jungi solet.

d Ὧι καὶ δῆλον] MS. Eton. et edit. quædam vet. malè exhibent ὃ καὶ δῆλον &c. Idem error in lib. ii. p. 109. irrepserat.

e Τῆς τῶν Ἑλλήνων &c.] Dicitur pro eo quod est τῆς εἰς τοὺς Ἕλληνας &c. De quâ locutione vide K. Π. p. 605. n. 1. Edit. Oxon. 1727.

f Ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὄρος &c.] In MSto Eton. desunt τὸ ἱερὸν: de hoc epitheto infra dicendum in lib. vii. mons autem iste *Diodoro* est Χήνιον, MS. Eton. Ἤχης.

g Πολλὴ κραυγὴ &c.] *Diodor. Sic.* loco cit. ὡς εἶδον περιεσόμενοι οἱ πρῶτοι τὴν θάλατταν, περιχαρεῖς ἦσαν, καὶ τοσαύτην ἐποίουν κραυγὴν, ὥστε τοὺς ἐπὶ τῆς οὐραγίας ὄντας, ὑπολαμβάνοντας πολεμίων ἔφοδον εἶναι, χωρεῖν εἰς ὅπλα.

h Εἵποντο γὰρ καὶ &c.] A MSto Eton. absunt καὶ οἱ. Articulum ità potiùs collocandum statuerunt *Leunclav.* et *Portus* quàm, ut vulgò solet, inter καὶ et ὄπισθεν. Nec rejiciendum censui, quem proposuerunt, ordinem.

3

σάμενοι· καὶ γέῤῥα ἔλαβον δασέων βοῶν [a] ὠμοβόεια ἀμφὶ τὰ εἴκοσιν.

Ἐπειδὴ δὲ βοὴ πλεῖόν τε ἐγίγνετο καὶ ἐγγύτερον, καὶ οἱ ἀεὶ ἐπιόντες [b] ἔθεον δρόμῳ ἐπὶ τοὺς ἀεὶ βοῶντας, καὶ πολλῷ μείζων ἐγίγνετο βοὴ, ὅσῳ δὴ πλείους ἐγίγνοντο, ἐδόκει δὴ μεῖζόν τι εἶναι τῷ Ξενοφῶντι. [c] Καὶ ἀναβὰς ἐφ' ἵππον, καὶ Λύκιον καὶ τοὺς ἱππέας ἀναλαβὼν, παρεβοήθει· καὶ τάχα δὴ ἀκούουσι βοώντων τῶν στρατιωτῶν, [d] Θάλαττα, Θάλαττα, καὶ παρεγγυώντων. Ἔνθα δὴ ἔθεον ἅπαντες, καὶ οἱ ὀπισθοφύλακες, καὶ τὰ ὑποζύγια ἠλαύνετο καὶ οἱ ἵπποι. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο πάντες ἐπὶ τὸ ἄκρον, ἐνταῦθα δὴ περιέβαλλον ἀλλήλους, καὶ στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς, [e] δακρύοντες. Καὶ [f] ἐξαπίνης, [g] ὅτου δὴ παρεγγυήσαντος,

locatis insidiis, ceperant: scuta quoque ferè viginti ex crudo boum hirsutorum corio facta ceperunt.

Cùm autem augesceret clamor et propiùs accederet, et qui semper succedebant cursu tenderent ad illos, qui continenter clamabant, ac multò major efficeretur clamor, prout plures utique convenissent, res aliqua sanè gravior esse Xenophonti visa est. Itaque cùm conscendisset equum, et Lycium equitésque secum sumpsisset, opem *suis* laturus adcurrebat: ac statim quidem audiunt milites, mare, mare, clamantes, et *se mutuò* cohortantes. Ibi tum currebant universi, etiam agminis extremi milites, *cùm quidem* et jumenta *eodem* agerentur et equi. Posteaquam universi in jugum pervenissent, tum verò se invicem, et duces et cohortium ductores, fusis *intereà* lacrymis, amplexabantur. Ac derepentè, *incertum* cujus jussu, lapides congerunt milites,

a Ὠμοβόεια] MS. Eton. et edit. quædam vet. dant ὠμοβόϊνα: quam scripturam agnoscunt etiam *Suidas*. et *J. Pollux*. At *Stephanus*, quocum facit *Leunclav.* ὠμοβόεια, et ὠμοβοείων paulò infrà, ex veterum auctoritate codicum in contextu retinere maluit.

b Ἔθεον δρόμῳ] Sic demum rectè rescripsit *Steph*. Ab aliis legi solet ἴθεον δρόμον. Sed illo modo passim loquitur Noster: p. 67. ἤρξατο δρόμῳ θεῖν. p. 240. ὥρμησαν δρόμῳ. p. 267. δρόμῳ ἔθεον. et infrà lib. v. haud ità longè ab init. καὶ ἔθεον δρόμῳ οἱ &c.

c Καὶ] Respice p. 86. n. b.

d Θάλαττα, θάλαττα,] Repetito nomine militum animos in lætitiam repente conjectorum feliciter exprimit. Affectum eundem, simili ferè de causâ natum, haud dissimiliter depingit *Virgil.* Æneïd. l. 3. v. 523 et seq.

— *Italiam primus conclamat Achates;*
Italiam læto socii clamore salutant.

Pontus autem Euxinus erat, quem Græci jam tum conspexêre; ad quem civitates Græcanicæ sitæ erant haud paucæ. Hinc illud gaudium.

e Δακρύοντες.] Adi K. Π. p. 530. n. 1. Edit. Oxon. 1727. Noster *Hist. Gr.* l. 7. non longè ab init. Τοὺς μέντοι ἐν Σπάρτῃ ἴφασαν ἀκούσαντας (suos *scil.* victoriâ potitos) — πάντας κλαίειν. Οὕτω κοινόν τι ἄρα χαρᾷ καὶ λύπῃ δάκρυά ἐστι.

f Ἐξαπίνης,] *Steph.* è Nostro quidem in suo Gr. L. Thes. citat ἐξαίφνης, sed ibidem observandum ait, *noluisse Xeno-*

οἱ στρατιῶται φέρουσι λίθους, [h] καὶ ποιοῦσι κολωνὸν μέγαν. [i] Ἐνταῦθα ἐνετίθεσαν πλῆθος δερματίνων ὠμοβοείων, καὶ βακτηρίας, καὶ τὰ αἰχμάλωτα γέῤῥα, καὶ ὁ ἡγεμὼν αὐτός τε κατέτεμνε τὰ γέῤῥα, καὶ τοῖς ἄλλοις διεκελεύετο. Μετὰ ταῦτα τὸν ἡγεμόνα ἀποπέμπουσιν οἱ Ἕλληνες, [k] δῶρα δόντες ἀπὸ κοινοῦ, ἵππον, καὶ φιάλην ἀργυρᾶν, καὶ σκευὴν Περσικὴν, καὶ δαρεικοὺς δέκα· ᾔτει δὲ μάλιστα τοὺς δακτυλίους, καὶ ἔλαβε πολλοὺς παρὰ τῶν στρατιωτῶν. Κώμην δὲ δείξας αὐτοῖς, οὗ σκηνήσουσι, καὶ τὴν ὁδὸν ᾗ εἰςπορεύσοιντο εἰς Μάκρωνας, ἐπεὶ ἑσπέρα ἐγένετο, [l] ᾤχετο τῆς νυκτὸς ἀπιών.

Ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν οἱ Ἕλληνες [m] διὰ Μακρώνων σταθ-

et magnum excitant tumulum. Huc *scutorum* ex crudo boum corio factorum, numerum magnum, et baculos, et gerra hostibus erepta, imponebant; ipse etiam itineris dux gerra concidebat, et *aliis idem ut facerent* suadebat. Post hæc Græci ducem itineris dimittunt, cùm *ei* donâssent ex communi *thesauro* equum, et pateram argenteam, et ornatum Persicum, et daricos decem: annulos autem in primis petebat, multósque *adeò* à militibus accepit. Cùm vicum eis monstrâsset, quò diversuri essent, et viam quâ ad Macronas progredi possent, ubi advesperascebat, noctu discessit.

Indè Græci per Macronas castris tribus, parasangas decem progressi

phontem dicere ἐξαπίνης, *quòd* (nollem dictum) *esset* ποιητικώτερον. *Constant*. etiam unicum vocis ejusdem ex *Homero* adfert exemplum. At vocibus Xenophontem poëticis gaudere, neque cuiquam paulò humaniori ignotum, et *Stephanus* ipse in annotationibus suis subinde observavit. *Thom. Magist.* Ἐξαπιναίως, Θουκυδίδης, &c. οἱ δὲ ῥητορικοὶ, ἐξαπίνης. Sic et suprà Noster p. 184. ἐξαπίνης οἱ μὲν &c.

g Ὁπουδὴ παρεγγυήσαντες, &c.] In MS. Eton. edit. *Ald. Flor.* et *Suidâ* ὅπου δὴ disjunctim legitur; quidam etiam codices, teste *Stephano*, habent οὕτω. Sed cum eodem viro doctissimo et *Leunclav.* libens ὁπουδὴ &c. conjunctim scripsi: quâ loquendi ratione infrà quoque usus est Noster.

h Καὶ ποιοῦσι κολωνὸν &c.] Illustrat hæc *Diodor. Sic.* l. 14. p. 259. συνενέγκαντες δ' εἰς ἕνα τόπον λίθους παμπληθεῖς, καὶ ποιήσαντες αὐτῶν ἀναστήματα μεγάλα, σκῦλα τῶν βαρβάρων ἀνέθεσαν, βουλόμενοι τῆς στρατείας ἀθάνατον ὑπόμνημα καταλιπεῖν.

i Ἐνταῦθα ἐνετίθεσαν &c.] *Suid.* in v. Παρεγγέλλει, Ἐνταῦθα ἀνετίθεσαν δερμάτων πλῆθος, καὶ βακτηρίας, καὶ γέῤῥα. MS. etiam Eton. pro δερματίνων habet δερμάτων. Sed sana est vulgata lectio, cum quâ intelligas oportet ἀσπίδων. Vox eadem bis patitur ellipsin *Anacr.* Od. 14. *scil.* v. 10. Καὶ δεῦρο καὶ βοείην, i. e. ἀσπίδα. et v. 18. Μάτην δ' ἔχω βοείην. Idem MS. dat ὠμοβοΐνων. edit. quædam vet. ὠμοβοΐων. Quibus jam suprà p. 275. n. a. vulgatam scripturam prætulimus.

k Δῶρα δόντες ἀπὸ &c.] *Diodor. Sic.* loco paulò antè cit. καὶ τῷ μὲν ὁδηγήσαντι φιάλην ἀργυρᾶν, καὶ στολὴν Περσικὴν δωρησάμενοι, ὃς δείξας αὐτοῖς τὴν ἐπὶ Μάκρωνας ὁδὸν, ἀπηλλάγη. Cæterùm, cum κοινοῦ intelligendum est forsan θησαυροῦ: cujusmodi supplementum postulat *Thucydides* l. 1. c. 80. καὶ οὔτε ἐν κοινῷ ἔχομεν, &c. *Schol.* Ἐν κοινῷ, ταμιείῳ δηλονότι. Adde l. 6. c. 8. De daricis vide p. 4. n. c.

l Ὤχετο — ἀπιών.] Adi p. 184. n. c.

m Διὰ Μακρώνων] Sic suprà p. 272. dixit διὰ Χαλύβων, et p. 273. διὰ Σκυθινῶν.

μοὺς τρεῖς, παρασάγγας δέκα. Τῇ πρώτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἀφίκοντο ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὃς ὥριζε τήν τε τῶν Μακρώνων χώραν καὶ τὴν τῶν Σκυθινῶν. [a] Εἶχον δ' ὑπερδέξιον χωρίον οἷον χαλεπώτατον, καὶ ἐξ ἀριστερᾶς ἄλλον ποταμὸν, εἰς ὃν [b] ἐνέβαλλεν ὁ ὁρίζων, δι' οὗ ἔδει διαβαίνειν. Ἦν δὲ οὗτος δασὺς δένδροις [c] παχέσι μὲν οὒ, πυκνοῖς δέ. Ταῦτα, ἐπεὶ [d] προῆλθον οἱ Ἕλληνες, ἔκοπτον· σπεύδοντες ὡς τάχιστα ἐκ τοῦ χωρίου ἐξελθεῖν. Οἱ δὲ Μάκρωνες, ἔχοντες γέῤῥα καὶ λόγχας καὶ [e] τριχίνους χιτῶνας, [f] καταντιπέραν τῆς διαβάσεως παρατεταγμένοι ἦσαν, καὶ ἀλλήλοις διεκελεύοντο, καὶ λίθους εἰς τὸν ποταμὸν ἐῤῥίπτουν· ἐξικνοῦντο δὲ οὐδὲ οὕτως, οὐδ' ἔβλαπτον οὐδένα.

sunt. Ac primo *quidem* die ad amnem perveniunt, qui Macronum et Scythinorum regionem terminabat. Erat iis ad dextram locus editus quàm difficillimus, et ad sinistram alius amnis, in quem ille, qui *agros utriusque nationis* terminabat, influebat; qui *sanè* trajiciendus erat. Consitus hic erat arboribus non densis quidem, sed frequentibus. Has, Græci cùm accessissent, cædebant; id operam sedulò dantes, ut quàm celerrimè de *hoc* loco evaderent. At Macrones, ornati gerris et hastis et tunicis *quas* è pilis contextis *fecerant*, exadversùm trajiciendi locum instructi stabant, ac se mutuò cohortabantur, lapidésque in amnem jaciebant: verùm nè sic quidem *ad Græcos* pertingebant, nec quemquam lædebant.

a Εἶχον δ' ὑπερδέξιον &c.] *Etymol. m.* auctor, *Suid.* et *Phavor.* locum hunc Xenophontéum exscripsêre: qui tamen omnes vim vocis ὑπερδέξιος silentio prætermiserunt. Exponi rectè quidem solet aliàs *superior*, *editus* &c. Sic suprà p. 202. et alibi passim. Hìc verò interpretes, quos vidi, omnes locum non *editum* tantùm, sed à *dextrâ* quoque Græcorum positum, istâ voce significare putârunt. Et huic quidem interpretationi favent, quæ mox sequuntur hæc, καὶ ἐξ ἀριστερᾶς ἄλλον &c. Eandem voci tribuit notionem interpres etiam *Dionys. Hal.* l. 3. c. 23. ἐξ ὑπερδεξίου τε κατιὼν ἐπὶ τὰ πρανῆς, &c. i. e. *de loco superiore à dextrâ in loca declivia* &c. Cæterùm, οἷον itidem superlativo præpositum infrà videre est lib. vii. haud longè ab init.

b Ἐνέβαλλεν ὁ ὁρίζων,] Similiter verbo isto usus est p. 9. καὶ ἐμβάλλει (Marsyas) εἰς τὸν &c. Porrò, exempla participiorum quæ, quemadmodùm ὁρίζων, præfixo articulo in nomina transeunt, exstant Matth. IV. 3. XIX. 4. Act. VII. 44. et in scriptis τῶν ἔξω passim. Ex genio itaque Linguæ Græcæ, non Hebræorum more, (quod censuit *Vigerus* c. 1. §. 19.) natus est hic participii usus.

c Παχέσι μὲν οὒ, πυκνοῖς δέ.] Hanc loci distinctionem optimè sequutus est *Amasæus*; cùm cæteri interpretes expresserint hanc, — παχέσι μὲν, οὐ πυκνοῖς δέ: quam et libri hactenùs editi repræsentant. Quòd si δένδρα illa πυκνὰ non essent, quâ tandem ratione δασὺς ex illis dici potuerit amnis? Gemina huic loquutio est p. 243. — μέγας μὲν οὒ, καλὸς δέ. Adde p. 187. n. a.

d Προῆλθον] MS. Eton. προσῆλθον.

e Τριχίνους] Ex Lexicographis qui totus pendet, vocem hanc extra scriptorum sacrorum monumenta reperiri miretur.

f Καταντιπέραν] Vide p. 50. n. c.

Ἔνθα δὴ προσέρχεται τῷ Ξενοφῶντι τῶν πελταστῶν τις ἀνὴρ, Ἀθήνησι φάσκων δεδουλευκέναι· λέγων ὅτι γιγνώσκοι τὴν [a] φωνὴν τῶν ἀνθρώπων. Καὶ οἶμαι, ἔφη, ἐμὴν ταύτην τὴν πατρίδα εἶναι· καὶ, εἰ μή τι κωλύει, ἐθέλω αὐτοῖς διαλεχθῆναι. Ἀλλ' οὐδὲν κωλύει, ἔφη· ἀλλὰ διαλέγου καὶ [b] μάθε πρῶτον αὐτῶν, τίνες εἰσίν. Οἱ δ' εἶπον, ἐρωτήσαντος, ὅτι Μάκρωνες. Ἐρώτα τοίνυν, ἔφη, αὐτοὺς, τί [c] ἀντιτετάχασι, καὶ χρήζουσιν ἡμῖν πολέμιοι εἶναι; Οἱ δ' ἀπεκρίναντο, Ὅτι καὶ ὑμεῖς [d] ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ἔρχεσθε. Λέγειν ἐκέλευον οἱ στρατηγοὶ ὅτι γε οὐ κακῶς ποιήσοντες, ἀλλὰ βασιλεῖ πολεμήσαντες ἀπερχόμεθα εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ ἐπὶ θάλατταν βουλόμεθα ἀφικέσθαι. Ἠρώτων ἐκεῖνοι, εἰ δοῖεν ἂν τούτων τὰ πιστά. Οἱ δ' ἔφασαν καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν ἐθέλειν. Ἐντεῦθεν [e] διδόασιν οἱ Μάκρωνες βαρβαρικὴν λόγχην τοῖς Ἕλλησιν, οἱ δὲ Ἕλληνες ἐκείνοις Ἑλλη-

Ibi tum ad Xenophontem ex peltastis vir quidam accedit, qui servitutem Athenis se serviisse profiteretur; dicerétque adeò linguam se *illorum* hominum agnoscere. Atque arbitror, inquit, meam hanc esse patriam: ac, nisi quid vetat, volo cum eis colloqui. Nihil verò, ait *ille*, vetat; quin colloquere cum eis, ac primùm ex iis discito, quinam *hominum* sint. Dixerunt illi, interrogante *eo*, Macronas se esse. Quære igitur, inquit *Xenophon*, cur aciem adversùs nos instruxerint, velíntque nostri esse hostes. Responderunt illi, Quia vos etiam ad *regionem* nostram acceditis. Dicere *homines* jubebant duces, *id* sanè non *eò factum* ut ullo *vos* damno adficiamus, sed posteaquam adversùs regem bellum gessimus, in Græciam redimus, et ad mare pervenire volumus. Quærebant illi, num de his fidem dare vellent. Velle se aiebant *Græci* et dare fidem et accipere. Tum Macrones hastam

a Φωνὴν] *Linguam* itidem denotat vox illa p. 158.

b Μάθε — αὐτῶν,] Sic Noster K. Π. p. 97. Edit. Oxon. 1727. Μάθε δέ μου, ὦ &c. utrobique intelligenda est præpositio; ut integra oratio sit, παρ' vel ἐξ αὐτῶν — παρ' vel ἐξ ἐμοῦ. Confer K. Π. p. 67. n. 1. Edit. ejusd.

c Ἀντιτετάχασι, &c.] MS. Eton. habet ἀντιτετάχαται, more *scil.* Ionum et Atticorum, pro ἀντιτεταγμένοι εἰσί. Cæterùm, de verbo χρήζουσιν lege sis p. 203. n. c.

d Ἐπὶ τὴν ἡμετέραν] In MSto Eton. additur χώραν: cujus tamen passim obvia est ellipsis. Vide p. 25. n. g.

e Διδόασιν οἱ &c.] Eandem dialectum Nostro usurpatam infrà videbimus. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 259. Οἱ δ' Ἕλληνες εἰσβαλόντες εἰς τὴν τῶν Μακρώνων χώραν, ἐσπείσαντο, καὶ πρὸς πίστιν παρὰ μὲν ἐκείνων λόγχην ἔλαβον βαρβαρικὴν, αὐτοὶ δ' Ἑλληνικὴν ἔδωκαν· ταῦτα γὰρ ἔφασαν αὐτοῖς οἱ βάρβαροι διὰ προγόνων παραδεδόσθαι πρὸς πίστιν βεβαιότατα. Moris autem antiquorum fuisse, ut in fide dandá accipiendáque arma inter se permutarent ex *Homero* constat de Diomede et Glauco sic canente, Il. ζ. v. 230.

Τεύχεα δ' ἀλλήλοις ἐπαμείψομεν· ὄφρα &c.

νικήν· ταῦτα γὰρ ἔφασαν πιστὰ εἶναι· θεοὺς δ' ἐπεμαρτύραντο ἀμφότεροι.

Μετὰ δὲ τὰ πιστὰ εὐθὺς οἱ Μάκρωνες τὰ δένδρα [a] συνεξέκοπτον, τήν τε [b] ὁδὸν ὡδοποίουν, ὡς διαβιβάσοντες, ἐν μέσοις ἀναμεμιγμένοι τοῖς Ἕλλησιν· καὶ ἀγορὰν οἵαν ἐδύναντο παρεῖχον· καὶ [c] διήγαγον τρισὶν ἡμέραις, ἕως οὗ ἐπὶ τὰ ὄρη τῶν Κόλχων κατέστησαν τοὺς Ἕλληνας. Ἐνταῦθα ἦν ὄρος μέγα, προσβατὸν δέ· καὶ ἐπὶ τούτου οἱ Κόλχοι παρατεταγμένοι ἦσαν. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ Ἕλληνες ἀντιπαρετάξαντο φάλαγγα, ὡς οὕτως ἄξοντες πρὸς τὸ ὄρος· ἔπειτα δὲ ἔδοξε τοῖς στρατηγοῖς συλλεγεῖσι βουλεύσασθαι, ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγωνιοῦνται. Ἔλεξεν οὖν Ξενοφῶν ὅτι δοκεῖ, παύσαντας τὴν φάλαγγα, [d] λόχους ὀρθίους ποιῆσαι. "Ἡ "μὲν γὰρ φάλαγξ διασπασθήσεται εὐθύς· [e] τῇ μὲν γὰρ "ἄνοδον, τῇ δὲ εὔοδον εὑρήσομεν τὸ ὄρος· καὶ εὐθὺς τοῦτο "ἀθυμίαν ποιήσει, [f] ὅτι τεταγμένοι εἰς φάλαγγα, ταύτην "διεσπασμένην ὁρῶσιν. Ἔπειτα δὲ, ἢν μὲν [g] ἐπὶ πολλοὺς

Græcis barbaricam dant, et illis Græci *vicissim* Græcam; nam hoc pacto fidem *apud se* dari aiebant: deos autem utrique testes invocabant.

Posteaquam fides esset data, statim Macrones unà *cum Græcis* arbores cædebant, et viam sternebant, velut trajecturi *in alteram ripam*, Græcis mediis permisti: forum etiam *rerum venalium*, quale *quidem* poterant, suppeditabant; et triduo deducebant, usquequò Græcos in Colchorum montibus sisterent. Erat ibi mons *quidem* magnus, sed in quem *tamen* adscendi posset: atque in eo Colchi stabant instructi. Ac primùm quidem Græci phalangem contrà instruxerunt, quasi sic *dispositam aciem* ad montem ducturi: sed deinde ducibus collectis visum est deliberandum esse, quo pacto quàm præclarissimè dimicaturi essent. Itaque Xenophon *sibi* videri dixit, omissâ phalange, cohortes rectas instituendas esse. "Nam phalanx statim, *pergit*, "divulsa erit: quippe alibi quidem montem invium, alibi aditu facilem re-"periemus; idque mox animi demissionem creabit, quòd *nostri* in pha-"langem dispositi, hanc *ipsam* divulsam videbunt. Prætereà, si *sic* instructi

a Συνεξέκοπτον,] In *Steph*. Thes. deest hoc verbum, à *Constant*. sine auctore adfertur.

b Ὁδὸν ὡδοποίουν,] Confer p. 197. n. g.

c Διήγαγον &c.] MS. Eton. παρήγαγον ἐν &c.

d Λόχους ὀρθίους] Adi p. 236. n. c.

e Τῇ μὲν γὰρ ἄνοδον, &c.] *Suid*. et *Phavor*. Ἄνοδον· ἀδιέξοδον: uterque deinde locum hunc citat.

f Ὅτι — ὁρῶσιν.] MS. Eton. ὅταν: de ὁρῶσι pro ὄψονται vide p. 269. n. e.

g Ἐπὶ πολλοὺς τεταγμένοι &c.] Dicuntur, quorum ordines majore numero à fronte ad extremam aciem porriguntur: ἐπ' ὀλίγων, vicissim, quorum μῆκος, seu frontis longitudo, βάθος seu latitudinem aciei superat. Secundum autem, æquè ac quartum, præpositioni ἐπὶ rectè hìc adponi casum, videre est K. Π. p. 461. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

"τεταγμένοι προσάγωμεν, περιττεύσουσιν ἡμῶν οἱ πολέμιοι, "καὶ τοῖς περιττοῖς [a] χρήσονται ὅ, τι ἂν βούλωνται· ἐὰν δ' "ἐπὶ ὀλίγων τεταγμένοι ἴωμεν, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστὸν, εἰ "διακοπείη ἡμῶν ἡ φάλαγξ ὑπὸ ἀθρόων πη καὶ βελῶν καὶ "ἀνθρώπων συμπεσόντων· εἰ δέ πη τοῦτο ἔσται, τῇ ὅλῃ φά-"λαγγι κακὸν ἔσται. Ἀλλά μοι δοκεῖ ὀρθίους τοὺς λό-"χους ποιησαμένους, τοσοῦτον χωρίον [b] κατασχεῖν διαλιπόν-"τας τοὺς λόχους, ὅσον ἔξω τοὺς ἐσχάτους λόχους γενέσ-"θαι τῶν πολεμίων κεράτων· καὶ οὕτως ἐσόμεθα τῆς τε τῶν "πολεμίων φάλαγγος ἔξω οἱ ἔσχατοι λόχοι, καὶ [c] ὀρθίους "ἄγοντες οἱ κράτιστοι ἡμῶν [d] πρῶτοι προσίασιν· ᾗ τε ἂν "[e] εὔοδον ᾖ, ταύτῃ ἕκαστος ἄξει ὁ λόχος. Καὶ εἴς τε τὸ "διαλεῖπον [f] οὐ ῥᾴδιον ἔσται τοῖς πολεμίοις εἰσελθεῖν, ἔνθεν "καὶ ἔνθεν λόχων ὄντων, διακόψαι τε οὐ ῥᾴδιον ἔσται λόχον "ὄρθιον προσιόντα. Ἐάν τε τις πιέζηται τῶν λόχων, ὁ πλη-"σίον βοηθήσει· ἤν τε πη εἷς δυνηθῇ τῶν λόχων ἐπὶ τὸ ἄ-

καλὴν φαίνεσθαι. [a] Τέλος δὲ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κροτῶν τὰς πέλτας· καὶ ὤκλαζε, καὶ ἀνίστατο· [b] καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει. [c] Ἐπὶ δὲ τούτῳ ἐπιόντες οἱ Μαντινεῖς, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Ἀρκάδων ἀναστάντες, ἐξοπλισάμενοι ὡς ἐδύναντο κάλλιστα, [d] ᾖεσάν τε ἐν ῥυθμῷ, πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι, καὶ ἐπαιώνισαν, καὶ ὠρχήσαντο ὥσπερ [e] ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς προσόδοις. Ὁρῶντες δὲ οἱ Παφλαγόνες, [f] δεινὰ ἐποιοῦντο πάσας

pulchrum spectaculum præbere videretur. Tandem Persico saltabat ritu, collidens peltas; in genua etiam procumbebat, et surgebat: atque hæc omnia in numerum ad tibiam faciebat. *Huic* cùm successissent Mantinenses, ac de cæteris Arcadibus etiam nonnulli surrexissent, armis quàm potuerunt elegantissimis instructi, in numerum incedebant, cùm tibia ipsis *intereà* modum caneret armatæ saltationi convenientem, pæanémque canebant, et perinde saltabant atque deorum in supplicationibus *fieri consuevit.* *Quæ* cùm Paphlagones vi-

a Τέλος δὲ τὸ Περσικὸν &c.] Post illa verba ἐνίοτε δὲ ὁ ζευγηλάτης τὸν λῃστὴν, *Athenæus* subjungit, Καί τις, φησὶ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, καὶ κροτῶν τὰς πέλτας ὤκλαζε, καὶ ἐξανίστατο. In quâ lectione illud τις potissimùm *Stephano* placuit. Sed illud huic inseri loco non opus est. Apud *Athenæum* quidem, cùm ea omisisset omnia, quæ de Myso narrat Noster, necessarium erat. Cæterùm, de saltatione Persicâ vide Dissertat. II. Κ. Π. nostræ præmis. pag. 47. Edit. Oxon. 1727. ubi pro Ἀναβ. l. 5. lege l. 6. Adde *J. Poll.* l. 4. segm. 100.

b Καὶ ταῦτα πάντα ἐν &c.] Vide paulò antè scripta p. 366. n. b.

c Ἐπὶ δὲ τούτῳ ἐπιόντες;] Sic rectè MS. Eton. cùm editi plerique pessimè repræsentent Ἐπὶ δὲ τούτῳ ἐμπίνοντες *&c.*

d Ἤεσάν τε ἐν ῥυθμῷ, &c.] Lege modò adlata p. 366. n. b. et p. 314. n. e. Si cui porrò libet Socratem audire de saltatione disserentem, adeat velim Xenophontis *Sympos.* Adde *Aristoph.* Νεφ. v. 651. ubi vide *Scholiast.* Kuster. not. p. 59. et in primis *Ez. Spanhem.* p. 287 et seq.

e Ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς προσόδοις.] Vox hæc denotat *supplicationes* quæ diis fiunt; quod jam olim docuerunt viri eruditis. *Ez. Spanh.* Observ. in *Callim.* p. 3. et Lamb. Bos *Animad.* ad *Aristid.* p. 72. Aristoph. Νεφ. v. 306. Καὶ πρόσοδοι μακάρων ἱερώταται — *Scholiast.* Θρησκεῖαι περὶ τοὺς βωμοὺς πρόσοδοι τοῖς θεοῖς καὶ προσελεύσεις. Hinc sua descripsit *Phavorin.* Aristid. p. 148. T. 1. edit. Oxon. πρῶτον μὲν πανηγύρεις καὶ πρόσοδοι τοῖς θεοῖς ἦσαν, *&c.* Idem p. 239. Θυσίαι δὲ καὶ πομπαὶ καὶ πρόσοδοι καὶ θεραπεῖαι θεῶν μετὰ *&c.*

f Δεινὰ ἐποιοῦντο] *Amasæus* vertit, *commoti sunt.* Mihi quidem placuit versio *Leunclaviana:* quam tamen perinde atque *Amas.* improbat *J. Cleric.* art. crit. part. 2. c. 2. "Neuter, inquit, vim vocis adse-"quutus videtur; quæ si posset Latinè "exprimi, meliùs verteretur *ab usu com-"muni abhorrens censebant.*" Haud ità feliciter. Quod autem vir κριτικώτατος ibidem addit, *Henricum* utique *Stephanum* δεινὸν ποιεῖν exponere *indignè ferre*, *queri*, id verò alienum est. Nam aliud sonat δεινὸν ἐποίουν, aliud δεινὰ ἐποιοῦντο. Hoc mihi certè phrasis indicare videtur, *Paphlagonas rem, de quâ agitur, in difficillimis atque adeò periculosis habuisse.* Quapropter mox audiunt ἐκπληττόμενοι. Cæterum, δεινὸν *mirum* itidem valere videtur *Sophocl.* Ajac. v. 1146.

— δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών.

Δεινὰ autem ἐποιοῦντο dixit Atticorum more elegantissimorum, qui adjectivis uti plurativis solent, ubi vulgò singularia reperiuntur. Vide p. 244. n. a.

τὰς ὀρχήσεις ἐν ὅπλοις εἶναι. [a] Ἐπὶ τούτῳ ὁρῶν ὁ Μυσὸς ἐκπληττομένους αὐτοὺς, πείσας τῶν Ἀρκάδων τινὰ [b] πεπαμένον ὀρχηστρίδα, εἰσάγει, σκευάσας ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, καὶ ἀσπίδα δοὺς κούφην αὐτῇ. [c] Ἡ δὲ ὠρχήσατο Πυῤῥίχην ἐλαφρῶς. Ἐνταῦθα κρότος ἦν πολύς· [d] καὶ οἱ Παφλαγόνες ἠρώτων, εἰ καὶ γυναῖκες συνεμάχοντο αὐτοῖς. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι αὗται καὶ αἱ [e] τρεψάμεναι εἶεν βασιλέα ἐκ τοῦ στρατοπέδου. Τῇ μὲν οὖν νυκτὶ ταύτῃ τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο·

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ προσῆγον [f] αὐτοὺς εἰς τὸ στράτευμα· καὶ ἔδοξε τοῖς στρατιώταις μήτε ἀδικεῖν Παφλαγόνας, μήτε

derent, mirificum *quiddam esse* ducebant, saltationes *hasce* omnes in armis fieri. Hìc Mysus qui eos videret attonitos, ubi quendam ex Arcadibus, qui saltatricem possidebat, *ut id concederet*, induxisset, *eam* quàm pulcherrimè poterat ornatam introducit, dato etiam ei scuto leviore. Saltabat illa Pyrrhicham agiliter. Ibi tùm plausus ingens *excitatus* erat; et Paphlagones interrogabant, an et mulieres unà cum ipsis pugnam capesserent. Responderunt illi, has ipsas regem è castris ejecisse. Et nocti quidem huic finis hic erat *impositus :*

Postridiè ad exercitum eos adducunt; atque militibus decretum erat, ut neque Paphlagonas injuriâ læderent, neque læderentur *ipsi.* Hoc facto de-

a Ἐπὶ τούτῳ] MS. Eton. Ἐπὶ τούτοις &c. Mihi vulgata placet scriptura; placet et, hoc utique in loco, ejusmodi expositio, quam *Viger.* c. 9. sect. 4. adfert. *Certum illud tempus,* inquit vir doctus, *et quasi momentum, quo res aliqua dum fieret aut diceretur, aliquid aliud intervenit,* ἐπὶ τούτῳ *dicitur:* Gallicè *sur cela; sur* vel *en ces entrefaites.*

b Πεπαμένον &c.] Etymol. m. in v. Πολυπάμμων. Καὶ πάσασθαι τὸ κτήσασθαι κυρίως θρέμματα, καταχρηστικῶς δὲ πᾶν ὁτιοῦν· καὶ πασάμενος πολλάκις Ξενοφῶν λέγει ἀντὶ τοῦ κτησάμενος. Adde p. 188. n. e. et conf. Nostri *Sympos.* loco cit.

c Ἡ δὲ ὠρχήσατο Πυῤῥίχην &c.] *J. Poll.* l. 4. segm. 96. Πυῤῥίχη, εἶδος ἐνόπλου ὀρχήσεως· de quâ consule *Meurs.* Miscel. Lac. l. 2. c. 12. et *Car. de Aquino* Lexicon Milit. Ab armatis, non sine tubis ac tympanis, peragebatur, cum omni corporum flexu, ad inferendos et declinandos ictus. Lege omnino quæ de eâ scripta sunt *Platonis* de Leg. l. 7. haud procul à fine. Adde *Dionys. Hal.* A. R. l. 7. c. 72. Alii alium ejus auctorem statuerunt: Pyrrhum nonnulli Achillis filium, Pyrrhichum alii quendam Laconem, eam invenisse putant.

d Καὶ οἱ Παφλαγόνες ἠρώτων, &c.] *Demetr. Phaler.* Περὶ Ἑρμην. p. 82. edit. Oxon. Χρῆται δὲ τῷ τοιούτῳ εἴδει καὶ Ξενοφῶν, καὶ αὐτὸς διηγούμενος εἰσάγει ἐκ χαρίτων ἄν ἐπὶ τῆς ἐνόπλου ὀρχηστρίδος· Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τῶν Παφλαγόνων εἰ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτοῖς συνεπολέμουν, ἔφη, Αὗται γὰρ καὶ ἔτρεψαν τὸν βασιλέα. Διττὴ γὰρ ἐμφαίνεται ἡ δεινότης ἐκ τῆς χάριτος· ἡ μὲν, ὅτι οὐ γυναῖκες αὐτοῖς εἵποντο, ἀλλ' Ἀμαζόνες· ἡ δὲ, κατὰ βασιλέως, εἰ οὕτως ἦν ἀσθενὴς, ὡς ὑπὸ γυναικῶν φυγεῖν. Vides quàm parum accuratè *Demetrius*, qui dicitur, Nostri verba citat. Sensum utique auctorum, quos citabant, unicè spectabant veteres, de vocibus ipsis earúmque ordine minùs soliciti.

e Τρεψάμεναι] Vide sis p. 315. n. f.

f Αὐτοὺς] Scil. Paphlagonum legatos.

ἀδικεῖσθαι. Μετὰ τοῦτο οἱ μὲν πρέσβεις ᾤχοντο· οἱ δ' Ἕλληνες, ἐπειδὴ πλοῖα ἱκανὰ ἐδόκει παρεῖναι, ἀναβάντες ἔπλεον ἡμέραν καὶ νύκτα πνεύματι καλῷ, ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες τὴν Παφλαγονίαν. Τῇ δ' ἄλλῃ ἀφικνοῦνται εἰς Σινώπην, καὶ ὡρμίσαντο [a] εἰς Ἁρμήνην τῆς Σινώπης. Σινωπεῖς δὲ οἰκοῦσι μὲν ἐν τῇ Παφλαγονικῇ, Μιλησίων δ' ἄποικοι εἰσίν. [b] Οὗτοι ξένια πέμπουσι τοῖς Ἕλλησιν, ἀλφίτων μὲν [c] μεδίμνους τρισχιλίους, οἴνου δὲ κεράμια χίλια καὶ πεντακόσια. [d] Καὶ Χειρίσοφος ἐνταῦθα ἦλθε τριήρεις ἔχων. Καὶ οἱ μὲν στρατιῶται προσεδόκων ἄγοντά τι σφίσιν ἥκειν· ὁ δὲ ἦγε μὲν οὐδὲν, ἀπηγγέλλετο δὲ ὅτι ἐπαινοίη αὐτοὺς καὶ Ἀναξίβιος ὁ ναύαρχος καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ ὅτι ὑπισχνεῖτο Ἀναξίβιος, εἰ ἀφικνοῖντο ἔξω τοῦ Πόντου, μισθοφορὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι.

Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Ἁρμήνῃ ἔμειναν οἱ στρατιῶται ἡμέρας πέντε. Ὡς δὲ τῆς Ἑλλάδος ἐδόκουν ἐγγὺς γίγνεσθαι, ἤδη μᾶλλον ἢ πρόσθεν [e] εἰσῄει αὐτοὺς, ὅπως ἂν καὶ ἔχοντές

creto legati discessêre: at Græci, quia satìs magna navium adesse copia videretur, conscensis iis diem ac noctem vento secundo navigabant, cùm Paphlagoniam ad sinistram haberent. Altero *die* Sinopen perveniunt, et *naves* ad Harmenen Sinopes appulerunt. Sinopenses agro Paphlagonum habitant, et Milesiorum sunt coloni. Mittunt hi Græcis hospitalia munera, farinæ medimnos ter mille, vini amphoras mille, quingentas. Atque huc Cherisophus cum triremibus venit. Et milites quidem *id futurum* sperabant, ut, cùm veniret, ipsis aliquid adferret: at nihil adferebat ille, sed *duntaxat* renuntiabat eos tum Anaxibium navarchum tum cæteros collaudare, *eundémque* Anaxibium pollicitum esse, si è Ponto excederent, stipendium ipsis fore *numeratum*.

Ac apud Harmenen *quidem* illam dies quinque commorati sunt milites. Cúmque propiùs sibi à Græciâ viderentur abesse, jam magìs quàm anteà subiit animos eorum *cogitatio*, quonam modo fieri posset ut domum *lucelli* ali-

a Εἰς Ἁρμήνην] Scribitur aliàs sæpè nomen Ἁρμίνη, et cum spiritu leni, *Stephan. Byzant.* Ἀρμίνη, κώμη Παφλαγονίας — Παρὰ δὲ Ξενοφῶντι ἐν Ἀναβάσεως, Ἁρμήνην διὰ τοῦ η. ubi reponendum, opinor, ἐν Ἀναβάσεως ἕκτῃ vel ϛʹ. cùm alibi ferè soleat *Steph*. librum cujusque operis citare. Sed de Harmene plura in *Ind. Geogr*.

b Οὗτοι ξένια πέμπουσι] Inspice pag. 284. n. a.

c Μεδίμνους — κεράμια] Consule Indic. ejusmodi vocibus exponendis destinatum.

d Καὶ Χειρίσοφος ἐνταῦθα &c.] Respice p. 290 et seq.

e Εἰσῄει αὐτοὺς, &c.] Intellige φροντὶς, ἔννοια, vel aliam vocem istis adfinem. Pleniùs *Ælian*. H. V. l. 12. c. 1. Ἐκ δὴ τούτων εἰσῄει τὴν Ἀσπασίαν μνήμη &c.

τι οἴκαδε ἀφίκοιντο. Ἡγήσαντο οὖν, εἰ ἕνα ἕλοιντο ἄρχοντα, μᾶλλον ἂν, ἢ [a] πολυαρχίας οὔσης, δύνασθαι τὸν ἕνα [b] χρῆσθαι τῷ στρατεύματι καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας· καὶ εἴ τι δέοι λανθάνειν, μᾶλλον ἂν καὶ κρύπτεσθαι· καὶ εἴ τι αὖ δέοι φθάνειν, ἧττον ἂν [c] ὑστερίζειν· οὐ γὰρ ἂν λόγων δεῖν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ τὸ δόξαν τῷ ἑνὶ περαίνεσθαι ἄν· τὸν δὲ πρόσθεν χρόνον [d] ἐκ τῆς νικώσης ἔπραττον πάντα οἱ στρατηγοί. Ὡς δὲ ταῦτα διενοοῦντο, ἐτρέποντο ἐπὶ τὸν Ξενοφῶντα· καὶ οἱ λοχαγοὶ ἔλεγον, προσιόντες αὐτῷ, ὅτι ἡ στρατιὰ οὕτω γινώσκει· καὶ εὔνοιαν ἐνδεικνύμενος ἕκαστός τις ἔπειθεν αὐτὸν ὑποστῆναι τὴν ἀρχήν. Ὁ δὲ Ξενοφῶν [e] τῇ μὲν ἐβούλετο ταῦτα, νομίζων καὶ τὴν τιμὴν μείζω οὕτως ἑαυτῷ γίνεσθαι [f] καὶ πρὸς τοὺς φίλους, καὶ εἰς τὴν [g] πόλιν τοὔνομα μεῖζον ἀφίξεσθαι αὐτοῦ· τυχὸν δὲ καὶ ἀγαθοῦ τινος ἂν αἴτιος τῇ στρατιᾷ γενέσθαι.

Τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα ἐνθυμήματα ἐπῇρεν αὐτὸν ἐπιθυμεῖν

quid nacti pervenirent. Existimabant ergo, si unum *sibi* in principem eligerent, magìs, quàm sub multorum principatu, posse illum unum exercitûs uti operâ tam noctu quàm die; et si quid latere oporteret, magìs etiam occultare posse; ac si quid porrò antevertendum esset, minùs occasioni defuturum: nec enim colloquiis inter se opus fore, sed quod uni decretum esset *id* perfici; superiore verò tempore duces omnia ex sententiâ quæ vicerat gerebant. Cùm hæc cogitarent, ad Xenophontem se convertebant; et cohortium præfecti, eum cùm adiissent, exercitum sic statuere aiebant; ac benevolentiam unusquisque suam *erga eum* declarans, eum, ut principatum susciperet, suadebat. Et Xenophon idcirco quidem hæc volebat, quòd existimaret cùm apud amicos majorem ità honorem sibi habitum, tum nomen *ipsius* suam ad civitatem amplius perventurum; forsan etiam futurum ut emolumenti aliquid *ipse* exercitui adferret.

Hujusmodi sanè cogitationes eum ad munus imperatoris, qui suo unus ar-

a Πολυαρχίας &c.] *Homero* Il. β'. v. 204. et πολυκοιρανίη. In lexicis autem stat ἀδεσπότως.

b Χρῆσθαι τῷ στρατεύματι] Pleniùs Noster K. Π. p. 2. Edit. Oxon. 1727. — χρῆσθαι πυθομένοις *&c.* ubi tamen vide notata in *Addend.*

c Ὑστερίζειν] Schol. in *Thucyd.* l. 6. c. 69. Ὑστέριζον μέν· ἦγον, ὕστερον ἦρχοντο. Ad verbum sonat *tardiùs, quàm par fuerit, aliquò pervenire;* vel, — *aliquid perficere.*

d Ἐκ τῆς νικώσης] *Scil.* γνώμης. Eadem vox passim ellipsin patitur. *Thucyd.* lib. 2. c. 43. Κοινῇ γὰρ &c. *Scholiast.* γνώμῃ δηλονότι. Potest etiam exaudiri ψήφου, de cujus ellipsi vide p. 51. n. b. Lege omninò *Grot.* de B. et P. l. 6. c. 5. sect. 17.

e Τῇ μὲν] Valet hìc ταύτῃ μέν. *Moschopul.* et *Phavor.* τῇ, ἀντὶ ταύτῃ. i. e. *ideò*, vel *eatenus.*

f Καὶ] Deest in MSto Eton.

g Πόλιν τοὔνομα &c.] Vide p. 139. n. a. et p. 144. n. a.

αὐτοκράτορα γενέσθαι ἄρχοντα. Ὁπότε δ' αὖ ἐνθυμοῖτο ὅτι ἄδηλον μὲν παντὶ ἀνθρώπῳ ὅπη τὸ μέλλον ἕξει, διὰ τοῦτο δὲ κίνδυνος εἴη μὴ καὶ τὴν προειργασμένην δόξαν ἀποβάλοι, ἠπορεῖτο. Ἀπορουμένῳ δὲ αὐτῷ διακρῖναι, ἔδοξε κράτιστον εἶναι τοῖς θεοῖς ἀνακοινῶσαι· καὶ παραστησάμενος δύο ἱερεῖς, ἐθύετο τῷ [a] Διῒ τῷ Βασιλεῖ, ὅςπερ αὐτῷ [b] μαντευτὸς ἦν ἐκ Δελφῶν· [c] καὶ τὸ ὄναρ δὴ ἀπὸ τούτου τοῦ θεοῦ ἐνόμιζεν ἑωρακέναι, ὃ εἶδεν ὅτε [d] ἤρχετο ἐπὶ τὸ συνεπιμελεῖσθαι τῆς στρατιᾶς καθίστασθαι. Καὶ ὅτε ἐξ Ἐφέσου δὲ ὡρμᾶτο [e] Κύρῳ συσταθησόμενος, [f] αἰετὸν ἀνεμιμνήσκετο ἑαυτῷ δεξιὸν φθεγγόμενον, καθήμενον μέντοι, [g] ὅνπερ ὁ μάν-

bitrio res administraret, expetendum incitabant. Contrà verò cùm secum perpenderet nulli non homini obscuros esse futuros eventus, ideóque periculum esse nè gloriam priùs partam amitteret, hæsitabat. Cùm *ita* quidnam eligendum esset dubitaret, visus est sibi rectissimè facturus, si deos consuleret: itaque duobus sacerdotibus adhibitis, Jovi regi rem sacram faciebat, qui *oraculo* Delphis *edito* ipsi fuerat præsignificatus; et ab eodem sanè deo somnium illud *profectum* vidisse se existimabat, quod vidit quo tempore fuerat ad curam exercitûs unà cum aliis gerendam constitutus. Et cùm ex Epheso egressus esset, ut Cyro commendaretur, recordabatur aquilam sibi dextram *oblatam* quæ clangorem edebat, sedebat tamen, quod vates, eum qui comita-

a Διῒ τῷ Βασιλεῖ,] Jovis hujusce meminit *J. Poll.* l. 8. segm. 122. et templi eidem dicati *Pausan.* l. 9. c. 39. Eundem hoc titulo (quod monuit Cel. *Grammius*) apud Athenienses coli solitum indicant *Harpocrat.* *Hesych.* et *Phavor.* ad Βασίλειος στοά. Cæterùm, Δία ἐπίκλησιν Σωτῆρα vidimus suprà pag. 284. Illi verò Xenophontem, utpote Atheniensem, vota sua commendare Delphorum jussit oraculum.

b Μαντευτὸς] Vocem hanc non agnoscit *Constant.* ad eandem *Stephanus* citat *Synesium*, prætereà neminem. Confer p. 151.

c Καὶ τὸ ὄναρ δὴ &c.] Lege p. 153.

d Ἤρχετο] Adi p. 143. n. a.

e Κύρῳ συσταθησόμενος,] Respice p. 152.

f Αἰετὸν ἀνεμιμνήσκετο &c.] Et ex oscinum cantu, et è præpetum volatu veteres auguria captâsse, notissimum est. Vide sis *Cicer.* epist. l. 6. epist. 6. et *Virgil.* Æneïd. l. 3. v. 361. et *J. F. Gronov.* et *Serv.* ad loca. Adde *A. Gell.* l. 6. c. 6. Aquilam in primis magnarum rerum auspicia facere putârunt. Noster Κ. Π. p. 100. Edit. Oxon. 1727. de præpete: ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἀετὸς δεξιὸς φανεὶς προηγεῖτο, προσευξάμενοι &c. et p. 160. αὐτὸς δ' ἐπιπτάμενος αἴσιος &c. ubi vide n. 1. Adde *Theocrit.* Idyl. 17. v. 71. Dextrâ autem quæ à parte erant conspectæ, Græci faustas ducebant. *Homer.* Il. ν'. v. 821 et seq.

Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις,
Αἰετὸς ὑψιπέτης· ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς Ἀ-
χαιῶν,
Θάρσυνος οἰωνῷ· — Adde Il. ω'. v. 310 et seq.

Dextram verò partem fuisse eam, quæ solem orientem spectabat, ex Il. μ'. v. 239 et seq. liquidò constat. Lege omnino *Archæol. Gr.* l. 2. c. 15.

g Ὅνπερ] Sic scribendum censui: unde exoritur dictionis Atticæ elegantia, quam sæpè suprà notavimus. Sic p. 69. Καὶ γὰρ ᾔδει αὐτὸν, ὅτι μέσον &c. ubi vide n. c.

τις προπέμπων αὐτὸν ἔλεγεν, ὅτι μέγας μὲν οἰωνὸς εἴη καὶ [a] οὐκ ἰδιωτικὸς, καὶ εὔδοξος, ἐπίπονος μέντοι· τὰ γὰρ ὄρνεα μάλιστα ἐπιτίθεσθαι τῷ αἰετῷ καθημένῳ· οὐδὲν μέντοι χρηματιστικὸν εἶναι τὸν οἰωνόν· [b] τὸν γὰρ αἰετὸν περιπετόμενον μᾶλλον λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια. [c] Οὕτω δὲ θυομένῳ αὐτῷ διαφανῶς ὁ θεὸς σημαίνει μήτε προσδεῖσθαι τῆς ἀρχῆς, μήτ', εἰ [d] αἱροῖντο, ἀποδέχεσθαι. Τοῦτο μὲν δὴ οὕτως ἐγένετο. Ἡ δὲ στρατιὰ συνῆλθε, καὶ πάντες [e] ἔλεγον ἕνα αἱρεῖσθαι· καὶ ἐπεὶ τοῦτο ἔδοξε, [f] προσβάλλοντο αὐτόν. Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει δῆλον εἶναι ὅτι αἱρήσονται αὐτὸν, εἴ τις [g] ἐπιψηφίζοι, ἀνέστη, καὶ ἔλεξε τάδε·

« Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, ἥδομαι μὲν ὑπὸ ὑμῶν τιμώμενος, εἴπερ « ἄνθρωπός εἰμι, καὶ χάριν ἔχω, καὶ εὔχομαι δοῦναί μοι « τοὺς θεοὺς αἴτιον τινὸς [h] ὑμῖν ἀγαθοῦ γενέσθαι· τὸ μέν- « τοι ἐμὲ προκριθῆναι ὑφ' ὑμῶν ἄρχοντα, [i] Λακεδαιμονίου « ἀνδρὸς παρόντος, οὔθ' ὑμῖν, οὔτ' ἐμοὶ δοκεῖ συμφέρον

batur, augurium esse dixerat magnum, minimèque privatum in hominem cadere; *idémque* esse gloriosum, at laboriosum tamen: *cæteras* enim aves sedentem aquilam maximè adgredi: neque verò lucri quid portendere hoc augurium; potiùs enim circumvolitantem aquilam alimenta rapere *solitam*. Ei itaque sacrificanti apertè significavit deus, magistratum *hunc* neque expetere *eum oportere*, neque, si *eum* legerent, suscipere. Et hoc quidem sic accidit. Cæterùm convenit exercitus, omnésque *adeò* unum esse deligendum aiebant: atque hoc ubi decretum fuisset, ipsum *Xenophontem eligendum* proponebant. Cùm autem palàm adpareret futurum ut ipsum deligerent, si *quis* suffragia *illorum* exquireret, surrexit, et in hanc sententiam loquutus est:

« Equidem, viri, lætitiam ex honore, quo à vobis adfectus sum, percipio, « siquidem homo sum, et gratias *vobis* habeo, deósque precor eam mihi facul- « tatem dent, ut vobis boni alicujus auctor existam: verùm me ante alios « imperatorem à vobis designari, cùm Lacedæmonius *nobis* adsit, neque ex re

Adde pag. 349. n. e. et loca ibi citata. Hactenùs legebatur ὅστις, quod in ἔτις mutatum voluit *Leunclav.*

a Οὐκ ἰδιωτικὸς,] I. e. ad eum unicè pertinere, qui publico fungeretur officio. Vide, si libet, p. 179. n. f.

b Τὸν γὰρ αἰετὸν περιπετόμενον &c.] Consule *Archæol. Gr.* l. 2. c. 15.

c Οὕτω δὲ θυομένῳ &c.] Ad illa jam redit, quæ modò his exposuerat verbis, — ἐθύετο τῷ Διῒ τῷ &c.

d Αἱροῖντο,] Confer p. 360. n. g.

e Ἔλεγον ἕνα αἱρεῖσθαι·] Vide p. 353. n. c.

f Προσβάλλοντο] Eam verbi hujus significationem, quam versio exhibet, exemplis adlatis confirmat *Budæus* Comm. L. G. pag. 453 et seq.

g Ἐπιψηφίζοι,] Consule p. 342. n. e.

h Ὑμῖν] Ità legendum rectè conjecit *Muretus*. Vulgò scribitur ὑμῶν.

i Λακεδαιμονίου ἀνδρὸς &c.] Vide p. 181. n. c.

" εἶναι, ἀλλ' ἧττον ἂν διὰ τοῦτο [a] τυγχάνειν, εἴ τι δέοισθε, " παρ' αὐτῶν· ἐμοὶ δ' αὖ οὐ [b] πάνυ τι νομίζω τοῦτο ἀσφα- " λὲς εἶναι. [c] Ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ τῇ πατρίδι μου οὐ πρόσ- " θεν ἐπαύσαντο πολεμοῦντες, πρὶν ἐποίησαν πᾶσαν τὴν " πόλιν ὁμολογεῖν, Λακεδαιμονίους καὶ αὐτῶν ἡγεμόνας εἶ- " ναι. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ὡμολόγησαν, εὐθὺς ἐπαύσαντο πο- " λεμοῦντες, καὶ οὐκέτι πέρα ἐπολιόρκησαν τὴν πόλιν. Εἰ " οὖν ταῦτα ἐγὼ ὁρῶν δοκοίην, ὅπου δυναίμην, ἐνταῦθ' ἄ- " κυρον ποιεῖν τὸ ἐκείνων ἀξίωμα, ἐκεῖνο [d] ἐννοῶ, μὴ λίαν " ἂν ταχὺ σωφρονισθείην. [e] Ὃ δ' ὑμεῖς ἐννοεῖτε, [f] ὅτι ἧτ- " τον ἂν στάσις εἴη ἑνὸς ἄρχοντος ἢ πολλῶν, εὖ ἴστε ὅτι " ἄλλον μὲν ἑλόμενοι οὐχ εὑρήσετέ με στασιάζοντα· νομίζω " γὰρ ὅτι ὅστις ἐν πολέμῳ ὢν στασιάζει πρὸς ἄρχοντα, " πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν στασιάζει· ἂν δ' ἐμὲ ἕλησθε, " οὐκ ἂν θαυμάσαιμι εἴ τινα εὕροιτε καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοὶ " ἀχθόμενον."

Ἐπεὶ δὲ ταῦτ' εἶπε, πολὺ πλείονες ἐξανίσταντο, λέγοντες

" vestrâ, neque ex meâ esse videtur, sed minùs vos propterea ab eis *aliquid* " impetraturos, si quid *eos* rogetis; mihi verò non admodùm hoc fore tutum " existimo. Video enim priùs ipsos non fecisse finem gerendi adversùs pa- " triam meam belli, quàm civitatem totam confiteri coëgissent, Lacedæmoni- " os ipsorum etiam duces esse. Hoc autem ubi confessi sunt, bello statim " finem imposuerunt, nec ampliùs urbem *nostram* oppugnârunt. Si ergo cùm " hæc perspiciam *nihilominus* viderer, ubicunque possim, illorum ibi auctori- " tatem irritam facere, id *utique* mecum reputo *solicitus*, nè celeriter admo- " dùm ad sanam mentem reducar. Quod autem vos cogitatis, minus sedi- " tionum fore in unius quàm multorum imperio, certò sciatis *velim*, si alium " deligatis, vos me seditiosum nequaquam reperturos: arbitror enim illum, " qui se in bello contra imperatorem seditiosè gerit, adversùs suam ipsius " salutem seditiosum esse: quòd si me delegeritis, mirum mihi non erit, si " quem tam vobis quàm mihi offensum inveniatis."

Posteaquam hæc lequutus esset, multo plures exsurgebant, qui *ei* munus

a Τυγχάνειν, εἴ τι δέοισθε, παρ' &c.] Distinctio ponenda videtur post δέοισθε, quæ aliis in libris omittitur.

b Πάνυ τι &c.] Consule K. Π. p. 1. Edit. Oxon. 1727. et in *Addend.* scripta p. 672. ad v. πάνυ.

c Ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ &c.] Videndi *Thucyd.* et Noster in *Hist. Gr.* passim. Adde p. 181. n. c.

d Ἐννοῶ,] Respice p. 226. n. d.

e Ὃ δ' ὑμεῖς] Adi p. 329. n. d.

f Ὅτι ἧττον ἂν στάσις εἴη ἑνὸς &c.] Sententiam versûs *Homerici*, qui secundæ rhapsodiæ 204 est, sæpè exprimunt auctores. Vide sis *C. Nep.* in vitâ *Dion.* sect. 6.

ὡς δέοι αὐτὸν ἄρχειν. Ἀγασίας δὲ ὁ Στυμφάλιος εἶπεν ὅτι γελοῖον εἴη, [a] εἰ οὕτως ἔχει, ὡς ὀργιοῦνται Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐὰν σύνδειπνοι συνελθόντες μὴ Λακεδαιμόνιον συμποσίαρχον αἱρῶνται· [b] ἐπεὶ εἰ οὕτω γε τοῦτ' ἔχει, ἔφη, οὐδὲ λοχαγεῖν ἡμῖν ἔξεστιν, ὡς ἔοικεν, ὅτι Ἀρκάδες ἐσμέν. Ἐνταῦθα δὴ, [c] ὡς εὖ εἰπόντος τοῦ Ἀγασίου, ἀνεθορύβησαν.

Καὶ ὁ Ξενοφῶν, ἐπειδὴ ἑώρα πλείονος ἐνδέον, παρελθὼν εἶπεν, "Ἀλλ', ὦ ἄνδρες, [d] ἔφη, ὡς πάνυ εἰδῆτε, [e] ὀμνύω "ὑμῖν θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἦ μὴν ἐγὼ, ἐπεὶ τὴν ὑμετέραν γνώμην ᾐσθανόμην, [f] ἐθυόμην εἰ βέλτιον εἴη ὑμῖν "τε ἐμοὶ ἐπιτρέψαι ταύτην τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐμοὶ ὑποστῆναι· "καὶ ἐμοὶ οἱ θεοὶ οὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐσήμηναν, ὡς καὶ "ἰδιώτην ἂν γνῶναι, ὅτι ταύτης τῆς μοναρχίας ἀπέχεσθαί "με δεῖ." Οὕτω δὴ Χειρίσοφον αἱροῦνται. Χειρίσοφος δ' ἐπεὶ ᾑρέθη, παρελθὼν εἶπεν, "Ἀλλ', ἔφη, ὦ ἄνδρες, "τοῦτο μὲν ἴστε ὅτι οὐκ ἂν ἔγωγε ἐστασίαζον, εἰ ἄλλον "εἵλεσθε. Ξενοφῶντα μὲν, ἔφη, ὠνήσατε οὐχὶ ἑλόμενοι·

imperatorium suscipiendum dicerent. Et Agasias Stymphalius ridiculum aiebat esse, si ità res se habeat, Lacedæmonios utique fore irritatos, etiam si convivæ congressi alium quàm Lacedæmonium convivii magistrum deligant: nam si hoc ità se habeat, inquit, nè nobis quidem esse cohortium præfectis licebit, utì videtur, quippe qui simus Arcades. Tum verò, quasi rectè loquutus esset Agasias, admurmurârunt.

Et Xenophon, cùm videret pluribus opus esse, progressus *in medium ait*, "At verò, milites, ut planè rem intelligatis, vobis per deos et deas omnes "juro, me certè, posteaquam voluntatem vestram perspexissem, mactatis "hostiis *per exta* quæsîsse, vobisne satius esset imperium hoc mihi committere, ac mihi *illud ipsum* suscipere: deósque *adeò* sic mihi in extis *rem omnem* significâsse, ut vel *extispicii* rudis intelligeret, ab hoc singulari imperio "mihi abstinendum esse." Ità demum Cherisophum deligunt. Et Cherisophus posteaquam delectus esset, *in medium* progressus ait, "At scitis hoc "certè, milites, nullam me seditionem excitaturum fuisse, si alium delegissetis. Cum Xenophonte quidem à vobis benè actum est, quòd eum non

a Εἰ οὕτως ἔχει, ὡς ὀργιοῦνται &c.] Sic editio *Steph*. MS. Eton. dat — ἔχει, ὀργιοῦνται &c. Reponendum censuit *Leunclav*. — ἔχει, ὡς οὐκ ὀργιοῦνται &c. unde sensum hunc elicit, *Si soli Lacedæmonii habere imperium debent, ridiculum sit, non tunc etiam ipsos irasci, cùm nonnullis, ut unà prandeant, convenientibus, magisterium convivii Lacedæmonio non defertur.*

b Ἐπεὶ εἰ οὕτω γε &c.] De voce primâ vide p. 160. n. a. Cæterùm, loci scripturam MS. Eton. integram servavit: cùm libri editi perperam repræsentent, ἐπεὶ οὕτω γε τοῦτ' ἔφη, &c.

c Ὡς εὖ εἰπόντος &c.] Vide p. 290. n. d.

d Ἔφη,] Adi p. 134. n. a.

e Ὀμνύω — ἦ μὴν] Respice p. 117. n. c.

f Ἐθυόμην εἰ &c.] Lege p. 339. n. d.

" ὡς καὶ νῦν Δέξιππος ἤδη διέβαλεν αὐτὸν πρὸς Ἀναξίβιον " ὅ, τι ἐδύνατο, [a] καὶ μάλιστα ἐμοῦ αὐτὸν σιγάζοντος. " Ὁ δὲ ἔφη νομίζειν αὐτὸν Τιμασίωνι μᾶλλον συνάρχειν " ἐθελῆσαι Δαρδανεῖ ὄντι τοῦ Κλεάρχου στρατεύματος, " ἢ ἑαυτῷ, Λάκωνι ὄντι. Ἐπεὶ μέντοι ἐμὲ εἵλεσθε, ἔφη, " καὶ ἐγὼ πειράσομαι ὅ, τι ἂν δύνωμαι ὑμᾶς ἀγαθὸν ποι- " εῖν. [b] Καὶ ὑμεῖς οὕτω παρασκευάζεσθε, ὡς αὔριον, ἐὰν " πλοῦς ᾖ, [c] ἀναξόμενοι· ὁ δὲ πλοῦς ἔσται εἰς Ἡράκλειαν· " ἅπαντας οὖν δεῖ ἐκεῖσε πειρᾶσθαι ἥκειν· τὰ δὲ ἄλλα, " ἐπειδὰν ἐκεῖσε ἔλθωμεν, βουλευσόμεθα."

Ἐντεῦθεν τῇ ὑστεραίᾳ ἀναγόμενοι πνεύματι καλῷ ἔπλεον ἡμέρας δύο παρὰ γῆν. Καὶ παραπλέοντες [d] ἐθεώρεν τήν τ' Ἰασωνίαν ἀκτὴν, ἔνθα ἡ Ἀργὼ λέγεται ὁρμίσασθαι, καὶ τῶν ποταμῶν τὰ στόματα· πρῶτον μὲν τοῦ Θερμώδοντος, ἔπειτα δὲ τοῦ Ἅλυος, μετὰ δὲ τοῦτον τοῦ Παρθενίου· τοῦτον δὲ παραπλεύσαντες, [e] ἀφίκοντο εἰς Ἡράκλειαν, πόλιν Ἑλληνίδα, Μεγαρέων ἄποικον, οὖσαν δ' [f] ἐν τῇ Μαρυανδηνῶν

" legistis: quippe eum modò Dexippus apud Anaxibium, quantum potuit, " criminatus est, cùm ipse maximè eum obticere juberem. Aiebat autem " existimare se malle eum in munere imperatorio collegam habere Timasio- " nem Dardanium de Clearchi exercitu, quàm se *natione* Laconem. Cùm " verò me delegeritis, ait, conabor et ipse quantum in me erit vobis commo- " dare. Et vos *quidem* sic vosmet comparate, ut cras, si *commodè* navigare " liceat, solvamus: Heracleam autem navigandum erit; omnibúsque adeò " danda est opera ut eò perveniant: de cæteris, cùm eò pervenerimus, con- " sultabimus."

Inde postero die cùm vento secundo solvissent, biduum propter oram navigabant. Ac dum propter *eam* navigabant, litus Jasonium adspectabant, ad quod Argo fertur adpulisse, *itém*que fluminum ostia; primùm Thermodontis, deinde Halyos, deinde Parthenii: hunc autem prætervecti, Heracleam perveniunt, urbem Græcam, Megarensium coloniam, in Maryande-

a Καὶ μάλιστα ἐμοῦ &c.] MS. Eton. καὶ μάλα ἐμοῦ αὐτὸν δοξάζοντος. Sed vulgatam lectionem stabilit *Hesychius*: Σιγάζοντος, Ξενοφῶν ἐν Ἀναβάσει ἐπὶ τοῦ σιγᾷν λιπαροῦντα. Scribe λιπαροῦντος.

b Καὶ] Consule p. 218. n. d.

c Ἀναξόμενοι·] Confer p. 348. n. c.

d Ἐθεώρουν τήν τ' Ἰασωνίαν &c.] Conf. *Strab*. l. 11. p. 798. *Apollon. Rhod*. Argon. l. 2. extr. et *Orph*. Argon. v. 780 et seq.

e Ἀφίκοντο εἰς Ἡράκλειαν, &c.] *Diodor. Sic*. l. 14. p. 261. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι Σινωπεῖς φιλοφρόνως αὐτοὺς ξενίσαντες, ἀπέπεμψαν αὐτοὺς κατὰ θάλατταν εἰς Ἡράκλειαν Μεγαρέων ἄποικον· καὶ καθωρμίσθη πᾶς ὁ στόλος τὴν Ἀχερουσίαν χεῤῥόνησον, ὅπου φασὶν Ἡρακλέα τὸν ἐξ ᾅδου Κέρβερον ἀναγαγεῖν. Vide celeb. *Montfauc*. Antiq. T. 1. part. 2. p. 216.

f Ἐν τῇ Μαρυανδηνῶν &c.] Nomen hoc

χώρᾳ. Καὶ ὡρμίσαντο παρὰ τῇ Ἀχερουσιάδι Χερρονήσῳ ἔνθα λέγεται Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν Κέρβερον κύνα καταβῆναι· [a] οὗ νῦν τὰ σημεῖα δεικνύουσι τῆς καταβάσεως, τὸ βάθος πλέον ἢ ἐπὶ δύο στάδια. Ἐνταῦθα τοῖς Ἕλλησιν οἱ Ἡρακλεῶται ξένια πέμπουσιν, ἀλφίτων μεδίμνους τρισχιλίους, καὶ οἴνου κεράμια δισχίλια, καὶ βοῦς εἴκοσι, καὶ ὄϊς ἑκατόν. Ἐνταῦθα διὰ τοῦ πεδίου ῥεῖ ποταμὸς, Λύκος ὄνομα, εὖρος ὡς δύο πλέθρων.

Οἱ δὲ στρατιῶται συλλεγέντες [b] ἐβουλεύοντο τὴν λοιπὴν πορείαν πότερον κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν χρὴ [c] πορεύεσθαι ἐκ τοῦ Πόντου. Ἀναστὰς δὲ Λύκων Ἀχαιὸς, εἶπε, [d] "Θαυμάζω μὲν, ὦ ἄνδρες, τῶν στρατηγῶν, ὅτι οὐ πειρῶνται "ἡμῖν ἐκπορίζειν [e] σιτηρέσιον· τὰ μὲν γὰρ ξένια οὐ μὴ γένηται τῇ στρατιᾷ τριῶν ἡμερῶν σῖτα· ὁπόθεν δ' ἐπισιτισόμε-

norum agro sitam. Et portum propter Acherusiadem Chersonesum capiebant; ubi dicitur Hercules ad Cerberum canem descendisse; quo nunc etiam loco monstrant *incolæ* descensûs monumenta, voraginem plus quàm duo stadia altam. Mittunt huc Græcis Heracleotæ hospitalia munera, farinæ ter mille medimnos, vini bis mille amphoras, viginti boves, oves centum. Labitur ibi per campum amnis, *cui* nomen Lycus, latitudine duûm ferè plethrorum.

At milites *unum in locum* congregati deliberabant utrùm terrâ *potiùs* an mari reliquum iter è Ponto conficiendum esset. Cùm autem Lycon Achæus surrexisset, *in hanc sententiam* loquutus est, "Miror equidem, viri, duces "operam non dare ut stipendium ad victum parandum nobis suppeditent: "nam dona *quæ accepimus* hospitalia in trium dierum victum exercitui ne-

aliter scriptum videre est. K. Π. p. 5. Edit. Oxon. 1727. *Dionys. Perieg.* v. 787.

Παφλαγόνες δ' ἐπὶ τοῖσιν ἐπ' ἠϊόνεσσι νέμονται,
Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον· ἔνθ' ἐνέπουσιν
Οὐδαίου Κρονίδαο μέγαν κύνα, χαλκεόφωνον,
Χερσὶν ἀνελκόμενον μεγαλόφρονος Ἡρακλῆος,
Δεινὸν &c. Adde *Mel.* l. 1. c. 19.

a Οὗ] MS. Eton. ᾗ. Cæterùm, de verbo δεικνύουσι vide p. 360. n. g.

b Ἐβουλεύοντο τὴν λοιπὴν &c.] Vulgò ponitur distinctio post πορείαν, quasi vox hæc similiter cum ἐβουλεύοντο construeretur, atque suprà paulò p. præced. τὰ ἄλλα cum βουλευσόμεθα. Malim ipse τὴν πορείαν cum πορεύεσθαι conjungere: nec alia, opinor, *Stephani* fuit sententia; quippe qui locum ità distinxit, Οἱ δὲ στρατιῶται συλλεγέντες ἐβουλεύοντο, τὴν λοιπὴν πορείαν πότερον κατὰ γῆν ἢ κατὰ &c. Vide sis p. 290. n. a.

c Πορεύεσθαι] Vide p. 304. n. b.

d Θαυμάζω — τῶν στρατηγῶν,] Similiter *Isocrat.* Panegyr. ineunte, Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, &c. Quibus cum genitivis intelligas forsan oportet ἕνεκα vel χάριν.

e Σιτηρέσιον] Est, *Hesychio* exponente, ἐφόδιον. *Harpocrat.* est, τὸ διδόμενόν τισιν εἰς τροφήν. Hanc interpretationem in lexica sua transtulêre *Suidas* et *Phavorinus*.

" μενοι πορευσόμεθα οὐκ ἔστιν, ἔφη. Ἐμοὶ οὖν [a] δοκεῖ " αἰτεῖν τοὺς Ἡρακλεώτας μὴ ἔλαττον ἢ τρισχιλίους [b] Κυ- " ζικηνούς." Ἄλλος δ' εἶπε, μηνὸς μισθὸν μὴ ἔλαττον ἢ μυρίους· καὶ ἑλομένους πρέσβεις αὐτίκα μάλα ἡμῶν καθημένων πέμπειν πρὸς τὴν πόλιν, καὶ εἰδέναι ὅ, τι ἂν ἀπαγγέλλωσι, καὶ πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι. Ἐντεῦθεν [c] προὐβάλλοντο πρέσβεις, πρῶτον μὲν Χειρίσοφον, ὅτι ἄρχων ᾕρητο· εἰσὶ δ' οἳ καὶ Ξενοφῶντα· οἱ δ' ἰσχυρῶς ἀπεμάχοντο· ἀμφοῖν γὰρ [d] ταυτὰ [e] ἐδόκει μὴ ἀναγκάζειν [f] πόλιν Ἑλληνίδα καὶ φιλίαν, ὅ, τι μὴ αὐτοὶ ἐθέλοντες διδοῖεν. Ἐπεὶ δ' οὖν οὗτοι ἐδόκουν ἀπρόθυμοι εἶναι, πέμπουσι Λύκωνα Ἀχαιὸν, καὶ Καλλίμαχον Παῤῥάσιον, καὶ Ἀγασίαν Στυμφάλιον. Οὗτοι ἐλθόντες ἔλεγον τὰ δεδογμένα, τὸν δὲ Λύκωνα [g] ἔφασαν καὶ ἐπαπειλεῖν, εἰ μὴ [h] ποιήσαιεν ταῦτα πάντα. Ἀκούσαντες δ' οἱ Ἡρακλεῶται, βουλεύσεσθαι ἔφασαν· καὶ εὐθὺς τά τε χρήματα ἐκ τῶν ἀγρῶν συνῆγον, [i] καὶ τὴν

" quaquam suppetent; nec *locus* est *ullus*, inquit, unde frumentum, *ejus uti-* " *que si causâ* proficiscemur *aliquò*, referamus. Quapropter arbitror ab He- " racleotis petendos nobis esse non minùs ter mille Cyzicenos." Alius autem aiebat menstruum stipendium, non minùs decies millia *Cyzicenorum, petendum:* legatos etiam deligendos nobísque *hic* sedentibus quamprimùm ad civitatem mittendos, ut quid *nobis* renuntient intelligamus, et ad hoc consilia *nostra* adcommodemus. Ibi tum legatos designârunt, primum *omnium* Cherisophum, quòd *is* imperator lectus esset; fuêre qui Xenophontem etiam *designarent:* illi verò vehementer repugnabant; quippe quia statuebat eadem uterque, Græcam *nimirum* civitatem et amicam non cogendam esse *ut quidquam det,* nisi quod ipsi *cives libenter* donare vellent. Cùm itaque viderentur hi minimè alacres ad rem suscipiendam animos habere, Lyconem Achæum, et Callimachum Parrhasium, et Agasiam Stymphalium mittunt. Hi *Heracleam* profecti quæ fuerant *ab exercitu* decreta exponebant: Lyconem aiunt etiam minas addidisse, ni hæc facerent omnia. Heracleotæ auditâ eorum oratione, se *eâ de re* deliberaturos aiebant; ac mox tum res *suas* ex

a Δοκεῖ αἰτεῖν] Vide p. 372. n. e.

b Κυζικηνούς.] Adi p. 338. n. a. Cæterùm, in MSto Eton. omittuntur omnia, quæ cæteri libri inter Ἡρακλεώτας et μὴ ἔλαττον exhibent: et μηνὸς μισθὸν quidem absque sensûs detrimento abesse potuerint.

c Προὐβάλλοντο] Respice p. 372. n. f.

d Ταυτὰ] Sic potiùs, quàm ταῦτα, scribendum rectè censuit *Leunclav.* Confer p. 100. n. b.

e Ἐδόκει μὴ ἀναγκάζειν &c.] Lege *Grot.* de B. et P. l. 3. c. 16. sect. 2.

f Πόλιν — ὅ, τι μὴ αὐτοὶ] Confer p. 338. n. d. Cæterùm, pro ὅ, τι μὴ, utì in *Steph.* et *Leunclav.* editionibus scribitur, rectiùs forsan reposuerit aliquis ὅτι μὴ, i. e. εἰ μὴ, interprete Scholiaste ad hæc *Thucyd.* l. 4. c. 26. verba, ὁ γὰρ ἦν κρήνη ὅτι μὴ μία —

g Ἔφασαν] Adi p. 188. n. b.

h Ποιήσαιεν] MS. Eton. ποιήσειεν.

i Καὶ τὴν ἀγορὰν] Vide p. 352. n. g.

ἀγορὰν εἴσω ἀνεσκεύασαν, καὶ αἱ πύλαι ἐκέκλειντο, καὶ ἐπὶ τῶν τειχῶν ὅπλα ἐφαίνετο.

Ἐκ τούτου οἱ ταράξαντες ταῦτα, τοὺς στρατηγοὺς ᾐτιῶντο διαφθείρειν τὴν [a] πρᾶξιν· καὶ συνίσταντο οἱ Ἀρκάδες καὶ οἱ Ἀχαιοί· προειστήκει δὲ μάλιστα αὐτῶν Καλλίμαχός τε ὁ Παῤῥάσιος καὶ Λύκων ὁ Ἀχαιός. Οἱ δὲ λόγοι ἦσαν αὐτοῖς ὡς αἰσχρὸν εἴη ἄρχειν ἕνα Ἀθηναῖον Πελοποννησίων καὶ Λακεδαιμονίων, μηδεμίαν δύναμιν παρεχόμενον εἰς τὴν στρατιάν· καὶ τοὺς μὲν πόνους σφᾶς ἔχειν, τὰ δὲ κέρδη ἄλλους· [b] καὶ ταῦτα, τὴν σωτηρίαν σφῶν κατειργασμένων· εἶναι γὰρ τοὺς κατειργασμένους, Ἀρκάδας καὶ Ἀχαιούς· τὸ δ' ἄλλο στράτευμα οὐδὲν εἶναι· (καὶ ἦν δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπερήμισυ τοῦ ἄλλου στρατεύματος Ἀρκάδες καὶ Ἀχαιοὶ) εἰ οὖν σωφρονοῖεν οὗτοι, συστάντες, καὶ στρατηγοὺς ἑλόμενοι ἑαυτῶν, καθ' ἑαυτούς τε ἂν τὴν πορείαν ποιοῖντο, καὶ πειρῷντο ἀγαθόν τι λαμβάνειν. Ταῦτα ἔδοξε· καὶ ἀπολιπόντες Χειρίσοφον, εἴ τινες ἦσαν παρ' αὐτῷ Ἀρκάδες ἢ Ἀχαιοὶ, καὶ Ξενοφῶντα, συνίστησαν· καὶ στρατηγοὺς αἱροῦνται ἑαυτῶν δέκα· τούτους δ' [c] ἐψηφίσαντο [d] ἐκ τῆς νικώσης ὅ, τι δοκοίη, τοῦτο

agris comportârunt, tum annonam intrò abstulerunt, portæ quoque clausæ erant, et in muris arma conspiciebantur.

Ibi tum harum turbarum auctores, duces incusantes querebantur *eos* negotium corrumpere: atque adeò Arcades et Achæi coïbant; cùm *Callimachus* Parrhasius et Lycon Achæus eos in primis susceptâ causâ *incitarent*. Iis autem sermones erant, indignum esse Peloponnesiis ac Lacedæmoniis unum Atheniensem imperare, qui nullas exercitui copias suppeditâsset; ipsos porrò labores ferre, alios emolumenta; tametsi salutem ipsi *cæteris* adtulissent: *ejus* enim auctores fuisse Arcadas et Achæos; *præ quibus* reliquas copias nullo esse loco numerandas: (et reverà constabat exercitus plus parte dimidiâ ex Arcadibus et Achæis) si ergo saperent hi, cùm coïssent, ducésque sibi proprios legissent, seorsum iter facerent, atque operam darent ut aliquod *ipsi* emolumentum caperent. Probata est hæc sententia: atque adeò Cherisophum, si qui cum eo erant Arcades vel Achæi, cùm deseruissent *omnes*, et Xenophontem, coïverunt, et decem sibi duces deligunt: decreverunt etiam ut ex victrice *sententiâ* quidquid visum foret, id facerent. Ita-

a Πρᾶξιν·] Refer oculos sis ad p. 24. n. c.

b Καὶ ταῦτα,] Vide p. 123. n. b.

c Ἐψηφίσαντο] Consule p. 334. n. e.

d Ἐκ τῆς νικώσης] Inspice p. 370. n. d.

ποιεῖν. Ἡ μὲν οὖν τοῦ παντὸς ἀρχὴ Χειρισόφῳ ἐνταῦθα κατελύθη, ἡμέρᾳ ἕκτῃ ἢ ἑβδόμῃ, ἀφ' ἧς ᾑρέθη.

Ξενοφῶν μέντοι ἐβούλετο κοινῇ μετ' αὐτῶν τὴν πορείαν ποιεῖσθαι, νομίζων οὕτως ἀσφαλέστερον εἶναι, ἢ ἰδίᾳ ἕκαστον [a] στέλλεσθαι· ἀλλὰ Νέων ἔπειθεν αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν πορεύεσθαι, ἀκούσας τοῦ Χειρισόφου ὅτι Κλέανδρος ὁ ἐν Βυζαντίῳ [b] ἁρμοστὴς φαίη τριήρεις ἔχων ἥξειν εἰς Κάλπης λιμένα· ὅπως οὖν μηδεὶς μετάσχοι, ἀλλ' αὐτοὶ καὶ οἱ αὐτῶν στρατιῶται ἐκπλεύσειαν ἐπὶ τῶν τριήρων, διὰ ταῦτα συνεβούλευε. Καὶ Χειρίσοφος, ἅμα μὲν ἀθυμῶν τοῖς γεγενημένοις, ἅμα δὲ μισῶν [c] ἐκ τούτου στράτευμα, ἐπιτρέπει [d] αὐτῷ ποιεῖν ὅ, τι βούλεται. Ξενοφῶν δὲ ἔτι μὲν ἐπεχείρησεν ἀπαλλαγεὶς τῆς στρατιᾶς ἐκπλεῦσαι· θυομένῳ δὲ αὐτῷ [e] τῷ Ἡγεμόνι Ἡρακλεῖ, καὶ κοινουμένῳ πότερα [f] λῷον καὶ ἄμεινον εἴη στρατεύεσθαι ἔχοντι τοὺς παραμείναντας τῶν στρατιωτῶν, ἢ ἀπαλλάττεσθαι, ἐσήμηνεν ὁ θεὸς [g] τοῖς ἱεροῖς συστρατεύεσθαι. Οὕτω γίνεται τὸ στράτευμα τριχῇ· Ἀρκάδες μὲν καὶ Ἀχαιοί, πλείους ἢ τετρακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι,

que tum Cherisopho summum imperium die, ex quo lectus fuerat, sexto vel septimo est abrogatum.

At volebat Xenophon unà cum ipsis iter facere, quòd existimaret ità tutiùs *iter* fore *institutum*, quàm si seorsum quisque pergeret: verùm Neon ei persuasit ut iter per se institueret, quòd is de Cherisopho audivisset Cleandrum Byzantii præfectum dixisse cum triremibus se in Calpes portum venturum: quapropter ut nè quis *triremium* particeps esset, sed ipsi militésque ipsorum triremibus enavigarent, ideò *hoc Xenophonti* dabat consilii. Et Cherisophus *quidem*, partim animo commotus propter ea quæ acciderant, partim odio exercitûs quod ex eo *tempore* conceperat, potestatem ei quod vellet agendi permittebat. Xenophon quidem *id* adhuc conatus est, ut ab exercitu digressus enavigaret: ei verò rem Herculi Duci sacram facienti, *eúm*que consulenti utrùm melius satiúsque foret cum iis militibus, qui remanserant, expeditionem suscipere, an *ab iis* digredi, significavit per exta deus unà *cum iis* expeditionem esse suscipiendam. Ità factum ut exercitus trifariam divideretur; Arcades et Achæi, plures quàm quater mille et quin-

a Στέλλεσθαι] *Phavorinus*, Στέλλομαι ἐπὶ θαλάττης, τὸ πορεύομαι. Vide sis p. 24. n. a.

b Ἁρμοστὴς] Vide sis p. 328. n. e.

c Ἐκ τούτου] Adi p. 295. n. d.

d Αὐτῷ] *Scil.* Xenophonti.

e Τῷ Ἡγεμόνι Ἡρακλεῖ,] Lege p. 284. n. d.

f Λῷον καὶ ἄμεινον] Respice p. 55. n. b.

g Τοῖς ἱεροῖς] Confer p. 66. n. b.

ὁπλῖται πάντες· Χειρισόφῳ δὲ ὁπλῖται μὲν εἰς τετρακοσίους καὶ χιλίους, πελτασταὶ δὲ εἰς ἑπτακοσίους, οἱ Κλεάρχου Θρᾷκες· Ξενοφῶντι δὲ ὁπλῖται μὲν εἰς ἑπτακοσίους καὶ χιλίους, πελτασταὶ δὲ εἰς τριακοσίους· ἱππικὸν δὲ μόνος οὗτος εἶχεν, ἀμφὶ τοὺς τετταράκοντα ἱππέας.

Καὶ οἱ μὲν Ἀρκάδες, διαπραξάμενοι πλοῖα παρὰ τῶν Ἡρακλεωτῶν, πρῶτοι πλέουσιν, ὅπως ἐξαίφνης ἐπιπεσόντες τοῖς Βιθυνοῖς, λάβοιεν ὁτιπλεῖστα· καὶ [a] ἀποβαίνουσιν εἰς Κάλπης λιμένα, κατὰ μέσον πως τῆς Θρᾴκης. Χειρίσοφος δ' εὐθὺς ἀπὸ τῆς πόλεως τῶν Ἡρακλεωτῶν ἀρξάμενος, πεζῇ ἐπορεύετο διὰ τῆς χώρας· ἐπεὶ δ' εἰς τὴν Θρᾴκην ἐνέβαλε, παρὰ τὴν θάλατταν [b] ἐπορεύετο· καὶ γὰρ ἤδη ἠσθένει. Ξενοφῶν δὲ πλοῖα λαβὼν, ἀποβαίνει ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς Θρᾴκης καὶ τῆς Ἡρακλεώτιδος, καὶ διὰ μεσογαίας ἐπορεύετο.

[c] Ὃν μὲν οὖν τρόπον ἥ τε Χειρισόφου ἀρχὴ τοῦ παντὸς κατελύθη, καὶ τῶν Ἑλλήνων τὸ στράτευμα ἐσχίσθη, ἐν τοῖς ἐπάνω εἴρηται. Ἔπραξαν δ' αὐτῶν ἕκαστοι τάδε· Οἱ μὲν Ἀρκάδες, ὡς ἀπέβησαν νυκτὸς εἰς Κάλπης λιμένα, πορεύον-

genti, omnes gravis armaturæ milites: Cherisopho gravis armaturæ milites mille ferè *erant* et quadringenti, peltastæ ferè septingenti, Thraces *utique* qui Clearchum sequuti fuerant: Xenophonti gravis armaturæ milites mille ferè et septingenti, peltastæ ferè trecenti: hic autem solus equitatum habebat, equites *scilicet* circiter quadraginta.

Et Arcades quidem, posteaquam navigia ab Heracleotis consequuti essent, primi navigârunt, ut subitò Bithynos adorti, quamplurima caperent: ac ad Calpes portum, qui mediâ propè in Thraciâ est, *è navibus* egrediuntur. Cherisophus ab *ipsâ* statim Heracleotarum urbe iter ingressus, pedibus per regionem proficiscebatur: et posteaquam Thraciam fuisset ingressus, propter mare pergebat; jam enim erat infirmâ valetudine. Xenophon, acceptis navigiis, ad Thraciæ et agri Heracliensis fines exscendit, ac per mediterraneum iter faciebat.

In supradictis expositum quidem est quo pacto tum summum Cherisopho imperium abrogatum, tum Græcorum exercitus divisus fuerit. Eorum autem singuli fecerunt hæc: Arcades in portum Calpes cùm noctu descendissent,

a Ἀποβαίνουσιν] *Scil.* νεῶν vel ἀπὸ τῶν πλοίων. Confer p. 345. n. d. Eâdem ellipsi mox infrà utitur — ἀποβαίνει ἐπὶ τὰ ὅρια &c.

b Ἐπορεύετο· καὶ γὰρ ἤδη ἠσθένει.] MS. Eton. ᾔει· καὶ γὰρ ἠσθένει. Sed nil mutatum aut omissum vellem.

c Ὃν μὲν οὖν τρόπον &c.] Verba hæc omnia, quæ inter — ἐπορεύετο et — Ἔπραξαν &c. leguntur, in MSto Eton. desunt. Hîc autem, Ὃν μὲν οὖν &c. principium esse sexti libri suspicatus est *Muret.* Cæterùm, quod his vocibus jam exprimit Noster, ἥ τε Χειρισόφου ἀρχὴ τοῦ παντὸς κατελύθη,

ται εἰς τὰς πρώτας κώμας, στάδια ἀπὸ θαλάττης ὡς πεντήκοντα. Ἐπεὶ δὲ φῶς ἐγένετο, ἦγεν ἕκαστος στρατηγὸς [a] τὸ αὐτῦ λάχος ἐπὶ κώμην· ὁποία δὲ μείζων κώμη ἐδόκει εἶναι, σύνδυο λόχους ἦγον οἱ στρατηγοί· [b] Συνεβάλοντο δὲ καὶ λόφον, εἰς ὃν δέοι πάντας [c] ἀλίζεσθαι· καὶ, ἅτε ἐξαίφνης ἐπιπεσόντες, ἀνδράποδά τε πολλὰ ἔλαβον, καὶ πρόβατα πολλὰ περιεβάλοντο.

Οἱ δὲ Θρᾷκες ἠθροίζοντο, οἱ διαφεύγοντες· πολλοὶ δὲ διέφυγον πελτασταὶ ὄντες ὁπλίτας ἐξ αὐτῶν τῶν χειρῶν. Ἐπεὶ δὲ συνελέγησαν, πρῶτον μὲν τῷ Σμίκρητος λόχῳ, ἑνὸς τῶν Ἀρκάδων στρατηγῶν, ἀπιόντι ἤδη [d] εἰς τὸ συγκείμενον, καὶ πολλὰ χρήματα ἄγοντι, ἐπετίθεντο. [e] Καὶ τέως μὲν ἐμάχοντο ἅμα πορευόμενοι οἱ Ἕλληνες· ἐπὶ δὲ διαβάσει [f] χαράδρας [g] τρέπονται αὐτὺς· [h] καὶ αὐτόν τε τὸν Σμίκρητα ἀποκτιννύυσι, καὶ τοὺς ἄλλυς πάντας· [i] ἄλλυ δὲ λο-

ad vicos proximos pergunt, stadia circiter quinquaginta à mari. Cúmque illuxisset, unusquisque dux in vicum *aliquem* suam *copiarum* partem duxit: qui verò vicus amplior esse videbatur, *in eum* duas simul cohortes ducebant duces. Convenit et de tumulo *quodam*, in quem omnes congregari oporteret: et, quia repentè irruerant, tum mancipia multa ceperunt, tum multas oves collegerunt.

At Thraces, qui fugâ elapsi fuerant, se *unum in locum* congregabant; multi utique ex ipsis *Græcorum* manibus, propterea quòd *hi* gravi armaturâ essent onerati, *illi* peltas *tantùm* gestarent, aufugerant. Posteaquam autem erant collecti, primùm Smicretis cohortem adoriebantur, qui unus è ducibus Arcadicis erat, ac jam multâ cum prædâ ad locum constitutum se recipiebat. Ac pugnabant quidem primùm Græci, iter simul pergentes; at in trajectu torrentis cujusdam alvei *hostes* eos in fugam vertunt; atque tum Smicretem ipsum, tum cæteros omnes occidunt: alfus etiam ducis, *qui* ex decem illis

aliâ orationis formâ paulò suprà descripsit p. 379. Ἡ μὲν οὖν τοῦ παντὸς ἀρχὴ Χειρισόφῳ &c. Confer. p. 21. n, b.

a Τὸ αὐτοῦ λάχος] Edit. *Steph.* dat τὸν αὐτῦ λόχον. Cæterùm de λάχος vide sis p. 308. n. g.

b Συνεβάλοντο δὲ καὶ λόφον,] Quem collem mox infrà vocat τὸ συγκείμενον, *scil.* χωρίον.

c Ἁλίζεσθαι] MS. Eton. et vet. quædam edit. exhibent αὐλίζεσθαι· sed malim retinere ἁλίζεσθαι. Simili ex errore natum est συναυλιζόμενος, quod in nonnullis cod. notavit Cl. *Millius*, pro συναλιζόμενος Act. I. 4. Eodem hoc verbo similiter usus est Noster. p. 118. ἐπειδὰν δὲ πάλιν ἁλισθῇ &c. Lexicogr. auctorem ejus non agnoscunt.

d Εἰς τὸ συγκείμενον,] Vide p. 227. n. g.

e Καὶ τέως μὲν] Adi p. 315. n. e.

f Χαράδρας] Consule p. 296. n. d. et p. 223. n. c.

g Τρέπονται αὐτύς·] Scil. *barbari.* Inspice p. 315. n. f.

h Καὶ αὐτόν τε τὸν &c.] Sic edit. *Steph.* et *Leunclav.* At veteres quædam repræsentant καὶ αὐτὸν μὲν τὸν &c. MS. Eton. καὶ τὸν μὲν Σμίκρητα &c. pronomine omisso.

i Ἄλλυ δὲ λοχαγοῦ] Edit. *Steph.* et

χαγὺ τῶν δέκα στρατηγῶν, τοῦ Ἡγησάνδρυ, ὀκτὼ μόνυς κατέλιπον· καὶ αὐτὸς Ἡγήσανδρος ἐσώθη. [a] Καὶ ἄλλοι δὲ λοχαγοὶ συνῆλθον, οἱ μὲν σὺν πράγμασιν, οἱ δ' ἄνευ πραγμάτων. Οἱ δὲ Θρᾷκες, [b] εὐτυχήσαντες τῦτο τὸ εὐτύχημα, συνεβόων τε ἀλλήλυς, καὶ συνελέγοντο ἐῤῥωμένως τῆς νυκτός. Καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ κύκλῳ περὶ τὸν λόφον, ἔνθα οἱ Ἕλληνες ἐστρατοπεδεύσαντο, ἐτάττοντο καὶ ἱππεῖς πολλοὶ καὶ πελτασταί· καὶ ἀεὶ πλείονες συνέῤῥεον, καὶ προσέβαλλον πρὸς τοὺς ὁπλίτας ἀσφαλῶς. Οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες ὔτε τοξότην εἶχον, ὔτε ἀκοντιστὴν, ὔτε ἱππέα· [c] οἱ δὲ, προσθέοντες καὶ προσελαύνοντες, ἠκόντιζον· ὁπότε δ' αὐτοῖς [d] ἐπίοιεν, ῥᾳδίως ἀπέφευγον. Ἄλλοι δὲ ἄλλῃ ἐπετίθεντο· καὶ τῶν μὲν πολλοὶ ἐτιτρώσκοντο, τῶν δὲ ὐδείς· ὥςτε κινηθῆναι οὐκ ἐδύναντο ἐκ τῦ χωρίου, ἀλλὰ [e] τελευτῶντες καὶ ἀπὸ τῦ ὕδατος εἶργον αὐτὺς οἱ Θρᾷκες. Ἐπεὶ δ' ἀπορία πολλὴ ἦν, διελέγοντο περὶ σπονδῶν· καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὡμολόγητο αὐτοῖς, ὁμήρυς δ' οὐκ ἐδίδοσαν οἱ Θρᾷκες, αἰτούντων τῶν Ἑλλήνων· ἀλλ' ἐν τύτῳ ἴσχετο. [f] Τὰ μὲν δὴ τῶν Ἀρκάδων ὕτως εἶχε.

ducibus unus erat, nominatim Hegesandri, octo tantùm *incolumes reliquerunt milites;* ipse quoque Hegesander salvus evasit. Et reliqui *tandem* duces convenêre, difficulter alii, alii nullo negotio. Thraces autem, prospero hoc successu usi, se mutuò inclamabant, noctúque magno animo congregabantur. Ac primâ luce ex omni parte circa collem, in quo castra Græci habebant, instructi consistebant equites multi et peltastæ: atque plures *eodem* usque confluebant, ac tutò gravis armaturæ milites adoriebantur. Nam Græci neque sagittarium habebant *ullum*, neque jaculatorem, neque equitem: at illi, adcurrentes et *citatis equis* irruentes, jaculabantur: cùm verò eos invaderent *Græci*, facilè aufugiebant. Porrò alii aliis ex locis *Græcos* adoriebantur; et ex his quidem multi vulnerabantur, ex illis nemo; adeò ut ex eo se loco *Græci* movere non possent; imò verò Thraces tandem eos etiam ab aquâ arcebant. Cùm in magnâ res esset difficultate, de induciis inter se colloquebantur: ac de cæteris quidem inter eos consensum est, at obsides non dedêre Thraces, *quos* Græci postulabant; sed hâc in parte hærebatur. Et Arcadum quidem ità se res habebant.

Leunclav. ἄλλυ δὲ λόχυ. contra fidem MSti Eton. et cæterorum librorum, quos vidi, omnium. Huic tamen lectioni favet *Amasæi* versio.

a Καὶ ἄλλοι δὲ λοχαγοὶ] *Leunclav.* scribendum censuit οἱ ἄλλοι δὲ &c. MS. Eton. dat οἱ ἄλλοι μὲν &c.

b Εὐτυχήσαντες τῦτο τὸ &c.] Respice pag. 325. n. f.

c Οἱ δὲ,] Scil. *Thraces.*

Χειρίσοφος δὲ ἀσφαλῶς πορευόμενος παρὰ θάλατταν, ἀφικνεῖται εἰς Κάλπης λιμένα. [g] Ξενοφῶντι δὲ διὰ τῆς μεσογαίας πορευομένῳ οἱ ἱππεῖς προκαταθέοντες ἐντυγχάνουσι [h] πρεσβευταῖς πορευομένοις ποι. Καὶ ἐπειδὴ ἤχθησαν πρὸς Ξενοφῶντα, ἐρωτᾷ αὐτοὺς εἴ πυ ᾔσθηνται ἄλλου στρατεύματος Ἑλληνικοῦ. Οἱ δ' ἔλεγον πάντα τὰ γεγενημένα, καὶ νῦν ὅτι πολιορκοῦνται ἐπὶ λόφου, οἱ δὲ Θρᾷκες πάντες περικεκυκλωμένοι εἶεν αὐτούς. Ἐνταῦθα [i] τοὺς μὲν ἀνθρώπους τούτους ἐφύλαττον ἰσχυρῶς, ὅπως ἡγεμόνες εἶεν ὅπη δέοι· σκοποὺς δὲ καταστήσας [k] δέκα, συνέλεξε τοὺς στρατιώτας, καὶ ἔλεξεν.

" Ἄνδρες στρατιῶται, τῶν Ἀρκάδων οἱ μὲν τεθνᾶσιν, οἱ " δὲ λοιποὶ ἐπὶ λόφου τινὸς πολιορκοῦνται. Νομίζω δ' ἔγω" γε, εἰ ἐκεῖνοι ἀπολοῦνται, οὐδ' ἡμῖν εἶναι οὐδεμίαν σωτηρίαν,

Cherisophus autem tutò propter mare pergens, ad Calpes portum pervenit. Xenophonte per mediterraneum iter faciente, equites *ipsius ante reliquas copias* procurrentes in legatos aliquò proficiscentes incidunt. Cúmque ad Xenophontem ducti essent, interrogat *ille* eos an alias alicubi Græcas esse copias sensissent. Illi omnia, quæ acciderant, narrant, atque nunc jam eas in colle obsideri, Thracásque universos eas undique cinxisse. Ibi tum homines illos diligenti custodiâ adservabant, ut ubi opus esset itineris duces essent: cúmque speculatores decem constituisset, milites convocavit, atque orationem *hanc* habuit.

" Arcadum alii, milites, perierunt, reliqui quodam in colle obsidentur. " Et ipse quidem arbitror, si illi fuerint deleti, nullam nobis salutem fore, " cùm tanta sit hostium multitudo, tantáque confidentia. Quapropter op-

d Ἐπίων,] Scil. *Græci*.

e Τελευτῶντες] Lege p. 252. n. e.

f Τὰ μὲν δὴ τῶν &c.] Consule p. 20. n. c.

g Ξενοφῶντι δὲ &c.] Confer p. 57. n. c.

h Πρεσβευταῖς] *Muretus* legit πρεσβύταις: et hanc quidem lectionem expresserunt versionum Gallic. auctores. Quin et receptam vocem damnat *Thom. Magister;* cujus hæc sunt verba, Οἱ πρέσβεις καὶ τοὺς πρέσβεις ἐρεῖς, ὁ πρεσβευτὴς δὲ καὶ τὸν πρεσβευτήν. Θουκυδίδης ἐν τῇ πέμπτῃ· πρεσβευτὴς ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξέπλευσεν. Extant hæc *Thucydidis* verba l. 5. c. 4. At nemo non videt, opinor, exemplum adeò non Grammatici sententiam illam confirmare, ut eam planè oppugnet. Quare forsan pro ὁ πρεσβευτὴς apud *Thomam* reponendum καὶ ὁ πρεσβευτὴς &c. Quàm verò parum accuratè verba tum *Thucydidis* tum *Magistri* tractârunt editores *Thucydidei*, docebunt quæ ad *Thucyd.* loco citato, notârunt, et *Index Græcus* ad v. Πρεσβευτὴς; nam sic ibi scribitur. Sed redeo ad *Magistrum*, qui ἁμαρτάνει, inquit, ὁ λέγων ἐπὶ πληθυντικοῦ πρεσβευταὶ καὶ πρεσβευτάς· οὐδεὶς γὰρ τῶν δοκίμων εἶπε τοῦτο. Ergóne minùs tibi se probavit *Thucyd.* qui l. 8. c. 77. ità scripsit: οἱ δέκα πρεσβευταὶ, ὡς ταῦτα ἐν &c. Adde *Marmor. Oxonien.* p. 71. edit. *Maitt.* ubi iterum iterúmque vox illa numero plurativo adhibetur.

i Τοὺς μὲν ἀνθρώπους &c.] Adi p. 260. n. e.

k Δέκα,] In MSto Eton. deest.

“ ὄυτω μὲν πολλῶν ὄντων πολεμίων, ὄυτω δὲ τεθαῤῥηκότων. “ Κράτιστον οὖν ἡμῖν ὡς τάχιστα βοηθεῖν [a] τοῖς ἀνδράσιν, “ ὅπως, εἰ ἔτι εἰσὶ σῶοι, σὺν ἐκείνοις μαχώμεθα, καὶ μὴ, “ μόνοι λειφθέντες, μόνοι καὶ κινδυνεύσωμεν. Νῦν μὲν ὖν “ στρατοπεδευσώμεθα, προελθόντες ὅσον ἂν δοκῇ [b] καιρὸς “ εἶναι εἰς τὸ δειπνοποιεῖσθαι· ἕως δ᾽ ἂν πορευώμεθα, Τι- “ μασίων ἔχων τὺς ἱππεῖς, προελαυνέτω ἐφορῶν ἡμᾶς, καὶ “ σκοπείτω τὰ ἔμπροσθεν, ὡς μηδὲν ἡμᾶς λάθη.” Παρέ- πεμψε δὲ καὶ τῶν γυμνητῶν ἀνθρώπυς εὐζώνυς εἰς τὰ πλά- για καὶ τὰ ἄκρα, ὅπως, εἴ πυ τι ποθὲν καθορῷεν, σημαί- νοιεν· ἐκέλευε δὲ καίειν [c] ἅπαντα, ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν καυσί- μῳ. “ Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀποδραίημεν ἂν ὐδαμῦ· ἐνθένδε “ δὲ [d] πολλὴ μὲν, ἔφη, εἰς Ἡράκλειαν πάλιν ἀπιέναι, πολλὴ “ δὲ εἰς Χρυσόπολιν διελθεῖν· οἱ δὲ πολέμιοι πλησίον· εἰς “ Κάλπης δὲ λιμένα, ἔνθα Χειρίσοφον νομίζομεν εἶναι, εἰ “ σέσωσται, ἐλαχίστη ὁδός. Ἀλλὰ δὴ ἐκεῖ μὲν οὔτε “ πλοῖά ἐστιν, οἷς ἀποπλευσύμεθα· μένουσι δὲ αὐτοῦ “ [e] οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἐστὶ τὰ ἐπιτήδεια. Τῶν δὲ πολιορ- “ κυμένων ἀπολομένων, σὺν τοῖς Χειρισόφυ μόνοις κάκιον

“ timè nos facturos arbitror, si viris opem quàm celerrimè feremus; ut si “ adhuc sint incolumes, *unà* cum ipsis dimicemus, ac non, soli relicti, soli “ etiam prælii aleam subeamus. Jam certè quidem castra metemur, tantis- “ per progressi, dum cœnandi tempus esse visum fuerit: quamdiu verò *per-* “ *gemus*, Timasion cum equitibus antecedat *ità* ut nos observet, *atque ea* “ speculetur quæ ante nos *erunt*, ut nihil nos lateat.” Misit etiam ex arma- turâ levi homines expeditos ad latera montiúmque juga, ut, si *quid ullà* ex parte conspicerent, *sibi* significarent: jussit autem *eos* quidquid offenderent, quod exuri posset, exurere. “ Nec enim fieri poterit, ait, ut usquam genti- “ um fugâ evadamus: ex hoc certè loco longum, ait, *habituri simus* iter, “ si Heracleam redeamus, longum etiam, si Chrysopolin contendamus; “ porrò hostes *à nobis* propè absunt; ad Calpes verò portum, ubi nunc esse “ Cherisophum arbitramur, si *quidem* incolumis *eò* pervenit, via brevissima “ *est*. At enim isthic neque sunt naves, quibus avehamur; et ibi manenti- “ bus nè unum quidem in diem suppetet commeatus. Cæterùm pereuntibus “ iis qui nunc obsidentur, minùs expedit cum solis Cherisophi *copiis* belli

a Τοῖς ἀνδράσιν,] Vide sis p. 261. n. f.

b Καιρὸς] Respice p. 241. n. d. et p. 161. n. h.

c Ἅπαντα, ὅτῳ &c.] Vide p. 216. n. e.

d Πολλὴ μὲν,] A clausulâ sententiæ petenda est ὁδός.

e Οὐδὲ μιᾶς] Sic rescripsi ex conjecturâ, cui adstipulatur *Amasæi* versio hæc, *neque in unum duntaxat diem &c.* Vulgò legitur ὐδεμιᾶς.

" ἐστι [a] διακινδυνεύειν, ἢ σωθέντων, πάντας [b] εἰς ταυτὸν ἐλ-
" θόντας, [c] κοινῇ τῆς σωτηρίας ἔχεσθαι. Ἀλλὰ χρὴ [d] πα-
" ρασκευασαμένους τὴν γνώμην πορεύεσθαι, ὡς νῦν ἢ εὐ-
" κλεῶς τελευτῆσαί ἐστιν, ἢ κάλλιστον ἔργον ἐργάσασθαι,
" Ἕλληνας τοσούτους σώσαντας. Καὶ ὁ θεὸς ἴσως ἄγει
" οὕτως, [e] ὃς τοὺς μεγαληγορήσαντας, ὡς πλεῖον φρονοῦντας,
" ταπεινῶσαι βούλεται· ἡμᾶς δὲ, τοὺς ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρ-
" χομένους, ἐντιμοτέρους ἐκείνων καταστῆσαι. Ἀλλ' ἕπεσ-
" θαι χρὴ καὶ προσέχειν τὸν νοῦν, ὡς ἂν τὸ παραγγελλόμε-
" νον δύνησθε ποιεῖν."

" vadent, cùm *hinc* abierimus. Considerate verò utrùm satius *sit* in viros " pergere obversis *in eos* armis, an *ab eis* aversis, hostes ponè nos invadentes " spectare. *Hoc* certè quidem nôstis ab hostibus *utique* discedere nihil ho- " nesti præ se ferre; at *eosdem* insequi, etiam ignavioribus animos addere. " Ego quidem certè libentiùs *hostes* dimidiis cum *copiis* sequerer, quàm cum " duplo majoribus *ab iis* secederem. Novi etiam nè vos quidem sperare fore " ut, nobis *in eos* invadentibus, illi nos sustineant; at verò si recedamus, " scimus omnes fore ut persequi *nos* audeant. Ut autem, *eum* ubi transierint, " saltum impeditum à tergo relinquant ii, qui pugnaturi sunt, annon dignum " *id est* quod etiam avidè arripiant? Velim equidem hostibus, quò discedant,

Προξένει] Λέγε μοι καὶ πάρεχε τὰ χρήσιμα.

a Ὁρᾶτε δὴ] Sic MS. Eton. et edit. *Steph.* aliorùmque. Legitur et Ὁρῶσι δὲ &c.

b Ἐπὶ τοὺς ἄνδρας] Vide p. 384. n. a.

c Ἐλπίζετε] *Phavor.* Ἐλπίσαι, οὐ μόνον ἐπ᾽ ἀγαθῷ, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς. Latini sic ferè usi sunt verbo *spero*. Virgil. *Æneïd.* l. 4. v. 419.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
Et &c.

Adde l. 1. v. 547. Sic et *Metel.* ad *Cicer.* epist. fam. l. 5. ep. 1. *Te tam mobili in me meósque esse animo non sperabam.* Confer p. 180. n. d. Porrò, MS. Eton. habet ἐλπίζετε αὐτοὺς δέξασθαι &c. nec malé: cùm Nostro perquam gratus sit hujusmodi pleonasmus. Vide sis p. 352. n. a.

d Ἁρπάσαι] Hujus verbi vim rectè exposuit Cl. *Raphel.* ad Philip. II. 6. Ἁρπάζειν, ait vir doctus, non tantùm significat alienum vi auferre, sed etiam quod nobis offertur gratúmque accidit, id expetendum atque optabile existimare, cupidéque et ambabus, quod aiunt, manibus amplecti, eóque cum gaudio uti. Exemplum huic simile reperitur etiam apud Nostrum, libel. Περὶ Ἱππικ. ferè medio: — οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστὸν, εἰ ἁρπάζει τὸν χαλινὸν &c. Eodem fermè sensu apud Latinos interdum venit *rapio*; nempe pro avidè et festinanter sumo. *Cicero* de Orat. l. 3. c. 40. ad Ennianos illos

— Vive Ulysses, dum licet:
Oculis postremum lumen radiatum rape.

non dixit, *cape*; non, *pete*: haberet enim moram sperantis diutiùs esse sese victurum; sed, *rape*. Hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, — *dum licet.*

e Βουλοίμην ἂν εὔπορα] Legitur in MSto Eton. et vet. quibusdam edit. βουλοίμην ἀνόπορα πανταπάσι φαίνεσθαι, &c. In

" λοίμην ἂν εὔπορα πάντα φαίνεσθαι, ὥστε ἀποχωρεῖν· ἡμᾶς " δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ χωρίου δεῖ διδάσκεσθαι ὅτι οὐκ ἔστι μὴ " νικῶσι σωτηρία. Θαυμάζω δ' ἔγωγε, καὶ τὸ νάπος τοῦτο " εἴ τις μᾶλλον φοβερὸν νομίζει εἶναι τῶν ἄλλων, ὧν διαπε- " πορεύμεθα χωρίων. ᵃ Πῶς μὲν γὰρ οὐ δυσδιάβατον τὸ " χωρίον, εἰ μὴ νικήσομεν τοὺς ἱππέας; πῶς δὲ ἃ διεληλύ- " θαμεν ὄρη, ἢν πελτασταὶ τοσοίδε ἐφέπωνται; Ἢν δὲ δὴ καὶ " σωθῶμεν ἐπὶ θάλατταν, ᵇ πόσον τι νάπος ὁ Πόντος; ἔνθα " οὐδὲ πλοῖά ἐστι τὰ ἀπάξοντα, οὔτε σῖτος ᾧ θρεψόμεθα " μένοντες· δεήσει δὲ, ἂν θᾶττον ᶜ ἐκεῖ γενώμεθα, θᾶττον " ἐξιέναι πάλιν ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια. Οὐκοῦν νῦν κρεῖττον " ἠριστηκότας μάχεσθαι, ἢ αὔριον ᵈ ἀναρίστους. Ἄνδρες,

" omnia peragratu facilia videri: nos ab ipso loco doceri oportet, salutem " nobis, nisi vincamus, minimè *sperandam* esse. At ego sanè miror, si quis " saltum hunc formidolosiorem esse putat aliis, quæ peragravimus, locis. " Nam qui fieri poterit, ut locus *hic* non sit transitu difficilis, si equites non " vicerimus? qui fieri poterit, *ut non sint transitu difficiles*, quos *jam* superavi- " mus montes, si tot peltastæ *nos* insequantur? Quòd si quidem salvi etiam " ad mare perveniamus, quantus *tandem* saltus *ipse* Pontus *est*? ubi neque " sunt navigia quæ *nos* avehant, neque frumentum quo alamur, *istic* si man- " serimus: et, si protinùs eò pervenerimus, illicò rursùm ad parandum com- " meatum exeundum erit. Quamobrem melius *est* nos modò pransos dimi- " care, quàm cras impransos. *Sunt*, viri, nobis et exta læta, et auguria feli-

edit. etiam *Steph. et Leunclav.* — ἀνεύπορα πάντα φαίνεσθαι &c. Sed rectè tandem *Stephanus* in annotationibus scripsit, πάντα φαίνεσθαι in antiquis exemplaribus reperiri; atque adeò pro βουλοίμην ἀνεύπορα reponendum esse βουλοίμην ἂν εὔπορα. Cuperet enim, inquit, hostes ἀποχωρεῖν: quod essent facturi, si omnia esse εὔπορα existimarent, non autem si ἀνεύπορα. Receptam lectionem in interpretationibus suis sequuti sunt *Amas.* vet. Gall. auctor et *Leunclav.*

a Πῶς μὲν γὰρ οὐ δυσδιάβατον] Vox hæc in lexicis deest; in quibus et aliam huic cognatam, nempe δυσπόρευτος, quæ reperitur supra lib. i. p. 41. frustrà quæsiverit aliquis. Cæterùm, plerique libri locum hunc sic repræsentant, Πῶς μὲν δυσδιάβατον &c. Sed rectè *Steph.* negativam particulam οὐ nomini δυσδιάβατον præfigi debere monuit: ut sit (verba sunt ejusdem viri eruditi) Πῶς μὲν γὰρ οὐ δυσδιάβατον. Nam Πῶς οὐ δυσδιάβατον perinde est, ac si citra interrogationem diceret, Πάντως γὰρ δυσδιάβατον. Præterea, mox legendum, — ἢν πελτασταὶ τοσοίδε ἐφέπωνται; et subaudiendum οὐ δυσδιάβατα: ut sit, πῶς δ' οὐ δυσδιάβατα ἃ διεληλύθαμεν ὄρη, ἢν πελτασταὶ &c. Sed quorsum de jam superatis montibus mentio? Hoc certè videtur innuere velle, eos, nisi viam sibi vi facere velint, retrogredientes, hostibus sibi à tergo relictis, iter difficile relegere coactum iri, et montes ægrè alioqui jam superatos, nunc insequentibus tot hostibus, nullâ ratione superatum iri.

b Πόσον τι] Eleganter orationi sic solet inseri particula hæc. Suprà p. 394. καὶ σχεδόν τι πᾶσα &c. Adde p. 373. n. b. *Æschin.* dial 2. sect. 10. οὐδέν τι μᾶλλον &c. atque alibi passim.

c Ἐκεῖ γενώμεθα,] Lege p. 359. n. a.

d Ἀναρίστους.] Vide p. 224. n. a.

" τά τε ἱερὰ ἡμῖν καλὰ, οἵ τε [a] οἰωνοὶ αἴσιοι, [b] τά τε σφά-
" για κάλλιστα. [c] Ἴωμεν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας. Οὐ δεῖ ἔτι
" τούτους, ἐπεὶ ἡμᾶς πάντας εἶδον, ἡδέως δειπνῆσαι, οὐδ'
" ὅπου ἂν ἐθέλωσι σκηνῆσαι."

[d] Ἐντεῦθεν οἱ λοχαγοὶ ἡγεῖσθαι ἐκέλευον, καὶ ὐδεὶς ἀντέλεγε. [e] Καὶ ὃς ἡγεῖτο, παραγγείλας [f] διαβαίνειν ᾗ ἕκαστος ἐτύγχανε τοῦ νάπους ὤν. Θᾶττον γὰρ ἂν ἀθρόον ἐδόκει οὕτω πέραν γενέσθαι τὸ στράτευμα, ἢ εἰ κατὰ τὴν γέφυραν, ἣ ἐπὶ τῷ νάπει ἦν, [g] ἐξεμηρύοντο. Ἐπεὶ δὲ διέβησαν, παριὼν παρὰ τὴν φάλαγγα, ἔλεγεν, " Ἄνδρες, ἀναμιμνήσ-
" κεσθε ὅσας δὴ μάχας σὺν τοῖς θεοῖς [h] ὁμόσε ἰόντες νενι-
" κήκατε, καὶ οἷα πάσχουσιν οἱ πολεμίους φεύγοντες· καὶ
" τοῦτ' ἐννοήσατε, ὅτι [i] ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς Ἑλλάδος ἐσμέν.
" [k] Ἀλλ' ἕπεσθε [l] Ἡγεμόνι τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀλλήλους

" cia, et hostiæ pulcherrimæ. Pergamus adversùs homines. Non jam par
" est eos, posteaquam nos conspexêrunt omnes, jucundè cœnare, vel quo
" velint loco habere tabernacula."

Mox deinde cohortium præfecti ut *ipsos in hostes* duceret hortati sunt, neque contradicebat quisquam. Itaque ducebat *eos* ille, cùm denuntiâsset ut quam ad saltûs partem fortè esset quilibet, illàc transiret. Nam celeriùs *ei* videbantur ultra *saltum* hoc pacto confertæ evasuræ copiæ, quàm si ad pontem, qui erat in saltu, explicarentur. Cùm *jam* transiissent, juxta phalangem progressus, " Revocate vobis, viri, in memoriam, inquit, quot utique præliis
" *hostes* ope deorum, cùm manus consereretis, viceritis, et cujusmodi subeant
" mala, qui hostes fugiunt: hoc etiam cogitate, nos *utique* ad Græciæ *jam* es-
" se portas. Verùm age ducem Herculem sequimini, ac vos mutuò nomina-

a Οἰωνοὶ αἴσιοι,] Respicere videtur αἰετὸν αἴσιον, cujus meminit p. 398. ubi vide n. k.

b Τά τε σφάγια] Adi p. 236. n. e.

c Ἴωμεν ἐπὶ τοὺς &c.] Festinantem concitatúmque pulchrè depingit oratio ἀσύνδετος. Vide sis p. 198. n. e. et p. 384. n. a.

d Ἐντεῦθεν] Inspice p. 393. n. l.

e Καὶ ὃς] Consule p. 303. n. b.

f Διαβαίνειν ᾗ &c.] Supple μερίδι. Adi. p. 259. n. f.

g Ἐξεμηρύοντο.] In lexicis sine auctore reperitur. *Suidas:* Ἐκμηρυσάμενος· ἐξελκύσας, ἐκτείνας· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν μηρυμάτων, i. e. *per translationem à filis, quæ è colo deducuntur.* Cæterùm, cum hoc verbo intelligas oportet ἄνδρες vel στρατιῶται, ex voce στράτευμα petendi. Vide p. 386. n. b.

h Ὁμόσε ἰόντες] Conf. p. 318. n. c.

i Ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς &c.] Similiter *Philostrat.* de vitâ *Apoll. Tyan.* l. 8. c. 15. αἳ ἐπὶ θύραις εἰσὶ τῆς Πίσης, *&c.* Quâ de phrasi lege quæ scripsit Clar. *Lamb. Bos* Animadv. ad Script. Græc. c. 9.

k Ἀλλ' ἕπεσθε] Respice p. 48. n. a.

l Ἡγεμόνι τῷ Ἡρακλεῖ,] Hunc suprà p. 379. de ratione expeditionis suæ se consuluisse scribit Noster: ubi vide n. e. Herculem autem diis istis, quibus mortales in periculum et discrimen vocati curæ erant, passim adnumerant auctores. *Euripid.* Herc. fur. v. 1252. audit

Εὐεργέτης βροτοῖσι, καὶ μέγας φίλος.

Aristid. orat. Tom. 1. pag. 34. edit. Oxon. αἱ τοίνυν ἐπωνυμίαι, Καλλίνικός τε καὶ Ἀλεξίκακος, ἡ μὲν μόνῳ θεῶν, ἡδ' ἐν τοῖς πρώτοις δίδοται scil. *Herculi.* Erat etiam eorum in primis ἡγεμὼν, qui in expeditionem

"παρακαλεῖτε ὀνομαστί. [a] Ἡδύ τοι ἀνδρεῖόν τι καὶ καλὸν "νῦν εἰπόντα καὶ ποιήσαντα, μνήμην ἐν οἷς ἐθέλει παρέχειν ἑαυτοῦ."

Ταῦτα [b] παρελαύνων ἔλεγε, καὶ ἅμα [c] ὑφηγεῖτο φάλαγγος, καὶ τοὺς πελταστὰς ἑκατέρωθεν [d] ποιησάμενος ἐπορεύετο ἐπὶ τὺς πολεμίους. [e] Παρηγγέλλετο δὲ, τὰ δόρατα ἐπὶ τὸν δεξιὸν ὦμον ἔχειν, ἕως [f] σημαίνοι τῇ σάλπιγγι· ἔπειτα δὲ [g] εἰς προσβολὴν καθέντας ἕπεσθαι βάδην, καὶ μηδένα δρόμῳ διώκειν. Ἐκ τούτου [h] σύνθημα παρῄει, ΖΕΥΣ ΣΩΤΗΡ, ΗΡΑΚΛΗΣ ΗΓΕΜΩΝ. Οἱ δὲ πολέμιοι ὑπέμενον, νομίζοντες καλὸν ἔχειν τὸ χωρίον· Ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον, [i] ἀλαλάξαντες οἱ Ἕλληνες πελτασταὶ ἔθεον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, πρίν τινα κελεύειν· οἱ δὲ πολέμιοι ἀντίοι ὥρμησαν, οἵ τε ἱππεῖς καὶ [k] τὸ στίφος τῶν Βιθυνῶν· [l] καὶ τρέπονται τοὺς

"tim cohortamini. Jucundum sanè *est* nunc *aliquem* virile ac præclarum "aliquid loquutum et exsecutum apud quos velit memoriam sui excitare."

Hæc *copias* prætervehens loquutus est, simúlque ducem phalangi se præstitit, et peltastis utrinque dispositis in hostes pergebat. Mandatum etiam erat, ut hastas humero dextro gestarent, donec tubâ signum dederit *tubicen:* deinde verò, cùm *eas* ad oppugnationem *hostium* demiserint, pedetentim sequerentur, ac nemo *eos* cursu insequeretur. Post hæc tessera *per aciem* ibat, Jupiter Servator, Hercules Dux. Hostes autem, quòd locum *se* commodum tenere putarent, subsistebant. At cùm propiùs *ad eos* accederent, Græci peltastæ clamore sublato in hostes cursu tendebant, priusquam *eos* quisquam juberet: ac hostes ex adverso irruerunt, tum equites tum Bithy-

aliquam milites eduxerant. Hinc *Artemidor.* ὀνειρ. l. 2. c. 42. cum vocat ἀγωθὸν τοῖς ἐπὶ ἀγῶνα — ἢ μάχην τινὰ πορευομένοις. Vide sis quæ eruditis. *Huet.* de eo collegit *Demonst. Evan.* p. 191 et seq. edit. tert. Paris.

a Ἡδύ τοι] Legitur etiam ἡδύ τι et ἡδὺ τὸν &c. Sed edit. principes rectè exhibent ἡδύ τοι. Hæc autem particula, licèt aliàs dici soleat expletiva, sonat hoc utique loco, *sanè, verò, quidem.*

b Παρελαύνων] Quod paulò suprà his verbis expressit, παριὼν τὴν φάλαγγα.

c Ὑφηγεῖτο] Adi p. 227. n. e.

d Ποιησάμενος ἐπορεύετο] Sic rectiùs, opinor, ex conjecturâ *Leunclav.* scripseris. Vulgò, ποιησάμενοι ἐπορεύοντο: quæ minùs benè cum ὑφηγεῖτο conjungi videntur.

e Παρηγγέλλετο δὲ, τὰ &c.] Consule sis quæ ad *Ælian.* Tact. notavit *Arcerius* p. 151.

f Σημαίνοι] Vide p. 298. n. d.

g Εἰς προσβολὴν] In MSto Eton. atque editis nonnullis εἰς προβολὴν reperire est: quæ et *Stephano* et *Arcerio*, loco cit. placuit scriptura. At recepta mihi quidem huc quadrare videtur. *Thucyd.* l. 4. c. 12. — πρὸς τὸ τροπαῖον — ὃ ἔστησαν τῆς προσβολῆς ταύτης. *Schol.* Τῆς προσβολῆς] ἀντὶ τοῦ τῆς μάχης.

h Σύνθημα παρῄει, &c.] Vide p. 66. n. d. p. 284. n. d. p. 379. n. e. et p. præced. n. d.

i Ἀλαλάξαντες οἱ &c.] Respice p. 224. n. g.

k Τὸ στίφος] MS. Eton. et libri quidam typis impressi dant τὸ στίβος. Sed hæ voces invicem sæpè permutantur. Vide sis p. 387. n. d.

l Καὶ τρέπονται &c.] Vide p. 381. n. g.

πελταστὰς [a] ἅμα· Ἐπεὶ δὲ [b] ὑπηντίαζεν ἡ φάλαγξ τῶν ὁπλιτῶν [c] ταχὺ πορευομένη, καὶ ἅμα [d] ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο, [e] καὶ ἐπαιάνιζον, καὶ μετὰ ταῦτα ἠλάλαζον, καὶ ἅμα τὰ δόρατα καθίεσαν· ἐνταῦθα οὐκέτι ἐδέξαντο οἱ πολέμιοι, ἀλλ᾽ ἔφευγον. Καὶ Τιμασίων μὲν ἔχων τοὺς ἱππεῖς ἐφείπετο, καὶ ἀπεκτίννυσαν ὅσους περ ἐδύναντο, ὡς ὀλίγοι ὄντες. Τῶν δὲ πολεμίων [f] τὸ μὲν εὐώνυμον εὐθὺς διεσπάρη, [g] καθ᾽ ὃ οἱ Ἕλληνες ἱππεῖς ἦσαν· τὸ δὲ δεξιὸν, ἅτε οὐ σφόδρα διωκόμενον, ἐπὶ λόφου συνέστη. Ἐπεὶ δὲ εἶδον οἱ Ἕλληνες ὑπομένοντας αὐτοὺς, ἐδόκει ῥᾷστόν τε καὶ ἀκινδυνότατον εἶναι ἰέναι [h] ἤδη ἐπ᾽ αὐτούς. Παιανίσαντες οὖν, εὐθὺς ἐπορεύοντο· οἱ δὲ οὐχ ὑπέμειναν. Καὶ ἐνταῦθα οἱ πελτασταὶ ἐδίωκον, μέχρι τὸ δεξιὸν [i] αὖ διεσπάρη· [k] ἀπέθανον δ᾽ ὀλίγοι· [l] τὸ γὰρ ἱππικὸν φόβον παρεῖχε, τὸ τῶν πολεμίων, πολὺ ὄν. Ἐπεὶ δὲ εἶδον οἱ Ἕλληνες τό, τε Φαρναβάζου ἱππικὸν ἔτι συνεστηκὸς, καὶ τοὺς Βιθυνοὺς ἱππέας πρὸς τούτους συναθροι-

norum globus; simúlque peltastas in fugam vertunt. Verùm ubi gravis armaturæ militum phalanx celeriter pergens occurrebat, simúlque tuba sonuit, et pæana canebant, et secundùm hæc clamorem lætum tollebant, simúlque hastas demiserunt; tum *sanè* non ampliùs impetum sustinuerunt hostes, sed fugæ se dabant. Et Timasion quidem *eos* cum equitibus insequebatur, ac quotcunque poterant, pauci utique qui essent, occiderunt. Et sinistrum quidem hostium *cornu*, cui Græci equites oppositi fuerant, statim est dissipatum: at dextrum, utpote quod non valdè persequentibus premebatur, in colle *quodam* constitit. Cùm verò Græci eos subsistere viderent, tum facillimum videbatur esse, tum *periculo* maximè vacuum in eos jam ire. Itaque cùm pæana cecinissent, continuò pergebant; at illi non substiterunt. Atque ibi tum peltastæ *eos* persequebantur, donec dextrum etiam *cornu* dissiparetur: interfecti autem erant pauci *tantùm;* nam equestres hostium copiæ, quæ multæ essent, *Græcis* metum incutiebant. At cùm Græci viderent tum Pharnabazi equitatum adhuc consistere, tum Bithynos equites ad eos congregari, déque colle quodam quæ fie-

a Ἅμα.] In MSto Eton. malè deest. Eandem itidem voculam in fine sententiæ positam videre est *Thucyd.* l. 1. c. 85. παρασκευάζεσθε δὲ τὸν πόλεμον ἅμα.

b Ὑπηντίαζεν] Scil. *suis in fugam conjectis.*

c Ταχὺ πορευομένη,] Hanc tamen βάδην sequi ex jussu oportebat. Cum hoc loco conferas velim p. 267. n. a.

d Ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο,] Vide p. 224. n. f.

e Καὶ ἐπαιάνιζον,] Adi p. 299. n. b.

f Τὸ μὲν εὐώνυμον] Supple κέρας, quod mox cum δεξιὸν itidem intelligendum, atque aliàs passim.

g Καθ᾽ ὃ &c.] Vide p. 68. n. g.

h Ἤδη] In MSto Eton. deest: in quo etiam pro ἐπορεύοντο, quod mox sequitur, ἐπέκειντο legitur. Sed nec delendum quid, nec mutandum videtur.

i Αὖ διεσπάρη·] MS. Eton. particulam non agnoscit. Vide sis p. 87. n. d. Idem MS. necnon edit. quædam pro διεσπάρη dant διεσπάσθη. Perperam.

k Ἀπέθανον δ᾽ ὀλίγοι·] Vide p. 225. n. a.

l Τὸ γὰρ ἱππικὸν] Vide p. 6. n. d.

ζομένους, καὶ ἀπὸ λόφου τινὸς καταθεωμένους τὰ γιγνόμενα, [a] ἀπειρήκεσαν μὲν, ὅμως δ' ἐδόκει καὶ ἐπὶ τούτους ἰτέον εἶναι οὕτως, ὅπως δύναιντο, ὡς μὴ τεθαῤῥηκότες ἀναπαύσαιντο. Συνταξάμενοι δὴ πορεύονται. [b] Ἐντεῦθεν οἱ πολέμιοι ἱππεῖς φεύγουσι [c] κατὰ τοῦ πρανοῦς, ὁμοίως ὥσπερ ὑπὸ ἱππέων διωκόμενοι· νάπος γὰρ αὐτοὺς ὑπεδέχετο, [d] ὃ οὐκ ᾔδεισαν οἱ Ἕλληνες ἀλλὰ, προαπετράποντο διώκοντες· [e] ὀψία γὰρ ἦν. Ἐπανελθόντες δὲ ἔνθα δὴ ἡ πρώτη συμβολὴ ἐγένετο, [f] στησάμενοι τρόπαιον, ἀπῄεσαν ἐπὶ θάλατταν περὶ ἡλίου δυσμάς· στάδιοι γὰρ ἦσαν ὡς ἑξήκοντα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.

[g] Ἐντεῦθεν οἱ μὲν πολέμιοι εἶχον ἀμφὶ τὰ ἑαυτῶν, καὶ ἀπήγοντο τοὺς οἰκέτας καὶ τὰ χρήματα [h] ὅπη ἐδύναντο προσωτάτω· οἱ δὲ Ἕλληνες [i] ἀνέμενον μὲν Κλέανδρον, καὶ [k] τὰς τριήρεις, καὶ τὰ πλοῖα, ὡς ἥξοντα· ἐξιόντες δὲ ἑκάστης ἡμέρας σὺν τοῖς ὑποζυγίοις καὶ τοῖς ἀνδραπόδοις, ἐφέροντο ἀδεῶς ἤδη πυρούς, κριθάς, οἶνον, ὄσπρια, μελίνας, σῦκα· [l] πάν-

bant *omnia* spectare, labore *quanquam* erant defatigati, tamen in hos etiam ità, utì possent, eundem esse visum est, ut nè sumptâ fiduciâ requiescerent. Itaque instructi *in eos* tendunt. Mox deinde hostiles equites per *locum* declivem fugiunt, similiter ac si equitibus *ipsos* insequentibus urgerentur: nam saltus eos excipiebat, quod ignorabant Græci; anteà autem à persequendo sese converterant; nam serum erat *diei*. Cùm verò illum ad locum rediissent ubi primus fuerat congressus, statuto tropæo, circa solis occasum ad mare discesserunt; stadia enim ferè sexaginta erant *iis*, *priusquam* in castra *pervenirent*, *conficienda*.

Exin hostes in rebus suis *curandis* erant occupati, ac domesticos et facultates *suas* quò poterant longissimè abducebant: at Græci Cleandrum, et triremes, et navigia expectabant, tanquam *mox* ventura: quotidiè autem cum jumentis et mancipiis exeuntes, absque metu jam triticum, hordeum, vinum, legumina, panicum, ficos reportabant: nam regio *hæc* omnium ferax erat, præ-

a Ἀπειρήκεσαν] Vide p 289. n. d.

b Ἐντεῦθεν] Vide p. 393. n. l.

c Κατὰ τοῦ πρανοῦς,] Vide p. 286. n. d.

d Ὃ οὐκ ᾔδεισαν] Rectiùs forsan scripseris ὃ οὐκ ᾔεσαν, *quem non ingressi sunt.*

e Ὀψία] Intellige δείλη vel ὥρα. Integrè dicitur *Thucyd.* l. 8. c. 26. περὶ δείλην ἤδη ὀψίαν, *&c.* Et Marc. XI. 11. ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, &c. ubi ὥρα partem diei seu tempus generatim significat.

f Στησάμενοι τρόπαιον,] Consule p. 267. n. c.

g Ἐντεῦθεν] Valet hìc utique ἐκ τούτου. Vide p. 318. n. d.

h Ὅπη ἐδύναντο &c.] Scribendum censuit *Steph.* ὅτι ἐδύναντο &c. Ipse nihil mutaverim.

i Ἀνέμενον μὲν &c.] Respice p. 394. n. c. MS. Eton. dat περιέμενον. Malè.

k Τὰς τριήρεις, καὶ τὰ πλοῖα,] Vide p. 30. n. c. et p. 58. n. g.

l Πάντα γὰρ εἶχεν &c.] MS. Eton. et edit. quædam vet. exhibent πάντα γὰρ ἀγαθὰ εἶχε, πλὴν &c. omissis ἡ χώρα. Malim lectionem vulgatam retinere.

τα γὰρ εἶχεν ἡ χώρα, πλὴν ἐλαίου. Καὶ ὁπότε μὲν [a] καταμένοι τὸ στράτευμα ἀναπαυόμενον, ἐξῆν ἐπὶ λείαν ἰέναι· καὶ ἐλάμβανον ἐξιόντες· ὁπότε δ' ἐξίοι πᾶν τὸ στράτευμα, εἴ τις χωρὶς ἀπελθὼν λάβοι τι, [b] δημόσιον ἔδοξεν εἶναι. Ἤδη δὲ ἦν πολλὴ πάντων ἀφθονία· [c] καὶ γὰρ ἀγοραὶ πάντοθεν ἀφικνοῦντο ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, καὶ οἱ παραπλέοντες ἄσμενοι [d] κατῆγον, ἀκούοντες ὡς οἰκίζοιτο πόλις, καὶ λιμὴν εἴη. [e] Ἔπεμπον δὲ καὶ οἱ πολέμιοι ἤδη πλησίον οἰκοῦντες πρὸς Ξενοφῶντα, ἀκούοντες ὅτι οὗτος πολίζει τὸ χωρίον, ἐρωτῶντες ὅ, τι δέοι ποιοῦντας φίλους εἶναι. Ὁ δ' ἐπεδείκνυεν αὐτοὺς τοῖς στρατιώταις. Κἀν τούτῳ Κλέανδρος ἀφικνεῖται, δύο [f] τριήρεις ἔχων, πλοῖον δ' οὐδέν. [g] Ἐτύγχανε δὲ τότε στράτευμα ἔξω ὄν, ὅτε ἀφίκετο, καὶ ἐπὶ λείαν [h] τινὲς οἰχόμενοι, ἄλλοι εἰς τὸ ὄρος· καὶ εἰλήφεσαν πρόβατα πολλά· ὀκνοῦντες δὲ μὴ ἀφαιρεθεῖεν, [i] τῷ Δεξίππῳ λέγουσιν, (ὃς ἀπέδρα [k] τὴν πεν-

terquam olei. Et quo quidem tempore exercitus *in castris* quiescendi causâ remanebat, licebat *aliquibus* ad prædam ire; et qui exîerant *prædam* capiebant: cùm verò universæ copiæ exibant, si quis seorsum *à cæteris aliquò* digressus quid caperet, *id* publicum esse *iis* videbatur. Jam verò magna *rerum* omnium *ipsis erat* copia: nam commeatus undique de Græcis urbibus veniebant, et qui *loca illa* prætervehebantur, libenter *illuc naves* adpellebant, quòd audîerant urbem *ibi* statui, et *ei* portum adesse. Quin etiam hostes jam, qui prope *locum* habitabant, ad Xenophontem mittebant, quòd audîerant eum oppidum eo loco condere, qui interrogarent quid ipsis faciendum esset ut in amicitiam reciperentur. Eos ille militibus ostendebat. Intereà Cleander cum duabus *quidem* triremibus venit, sed navigio nullo. Fortè verò eo, quo venit, tempore, exercitus *è castris* fuerat egressus, cùm ad prædam etiam abirent nonnulli, alii in montem *quendam:* ac multa *illi* pecora ceperant; *quæ* cùm veriti essent nè *ipsis* adimerentur, Dexippo *rem* exponunt, (*qui* è Trape-

a Καταμένοι] Verbi auctorem nesciunt Lexicogr. quo tamen Noster ter suprà p. 336. usus est.

b Δημόσιον ἔδοξεν εἶναι.] Cujus semel iterúmque decreti meminit infrá.

c Καὶ γὰρ ἀγοραὶ &c.] Vide p. 377. n. i.

d Κατῆγον,] Hanc lectionem ex MSto Eton. restitui. Priùs edit. vet. quædam dedêre κατεῖχον, *Steph.* et *Leunclav.* κατέπεμπον. Cæterùm, plenè scripseris κατῆγον τὰς ναῦς εἰς λιμένα. Vide p. 293. n. a. Porrò, verbo, quod reposuimus, Noster usus est p. 294. — πλοῖα, κατῆγεν ἐπὶ τὸ &c.

e Ἔπεμπον] Vide p. 297. n. b.

f Τριήρεις ἔχων, πλοῖον &c.] Adi p. 407. n. k.

g Ἐτύγχανε δὲ τότε &c.] Quidam libri dant Ἐτύγχανε δὲ τό, τε &c. Sed rectè *Steph.* maluit τότε.

h Τινὲς οἰχόμενοι, ἄλλοι &c.] Verba sic rectè, opinor, repræsentat et distinguit edit. *Steph.* In aliis sic se habent, — τινὲς οἰχόμενοι ἄλλοι εἰς &c. In MSto Eton. cui vet. quædam edit. accedunt, — τινὲς ᾠχόμενοι, ἄλλος εἰς &c. Cæterùm, *Leunclav.* sic locum vertit, *et seorsum nonnulli prædatum iverant in montem, &c.*

i Τῷ Δεξίππῳ &c.] De quo vide p. 294.

k Τὴν πεντηκόντορον]. Adi p. 294. n. c.

τηκόντορον ἔχων ἐκ Τραπεζῦντος) καὶ κελεύεσι διασώσαντα τὰ πρόβατα, τὰ μὲν αὐτὸν λαβεῖν, τὰ δὲ σφίσιν αὐτοῖς ἀποδῦναι.

Εὐθὺς δ' ἐκεῖνος ἀπελαύνει τοὺς περιεστῶτας τῶν στρατιωτῶν, καὶ λέγοντας ὅτι δημόσια ταῦτ' εἴη· καὶ τῷ Κλεάνδρῳ εὐθὺς ἐλθὼν λέγει ὅτι ἁρπάζειν ἐπιχειρῦσιν. Ὁ δὲ κελεύει [a] τὸν ἁρπάζοντα ἄγειν πρὸς αὐτόν. Καὶ ὁ μὲν λαβὼν ἄγει τινά· περιτυχὼν δ' Ἀγασίας ἀφαιρεῖται· καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ ὁ ἀγόμενος [b] λοχίτης. Οἱ δὲ ἄλλοι οἱ παρόντες τῶν στρατιωτῶν ἐπιχειρῦσι [c] βάλλειν τὸν Δέξιππον, [d] ἀνακαλοῦντες τὸν προδότην. Ἔδεισαν δὲ [e] καὶ τῶν τριηριτῶν πολλοὶ, καὶ ἔφευγον εἰς τὴν θάλατταν. Κλέανδρος δ' ἔφευγε. Ξενοφῶν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ κατεκώλυόν τε, καὶ τῷ Κλεάνδρῳ ἔλεγον ὅτι [f] ἐδὲν εἴη πρᾶγμα, [g] ἀλλὰ τὸ δόγμα εἴη αἴτιον, τὸ τῦ στρατεύματος, ταῦτα γενέσθαι. Ὁ δὲ Κλέανδρος ὑπὸ τοῦ Δεξίππε τε ἀνερεθιζόμενος, καὶ αὐτὸς ἀχθεσθεὶς ὅτι ἐφοβήθη, ἀπο-

zunte cum quinquaginta remorum navi aufugerat) atque *eum* hortantur ut, pecora tutatus, *eorum* ipse partem sumeret, partem sibi ipsis restitueret.

Mox ille milites, qui circumstabant, et pecora hæc publica dicebant, abigit: cúmque ad Cleandrum statim accessisset, ait *milites hosce* rapere *ea* adgredi. Ille raptorem ad se ducat adhortatur. Isque adeò, quem ceperat, quendam ducit; *quem ei*, cùm supervenisset, Agasias eripit: etenim is qui ducebatur unus erat ex ipsius cohorte. At cæteri qui aderant milites Dexippum petere *lapidibus* adgrediuntur, proditorem *eum* altâ voce adpellantes. Quin ex iis etiam multi, qui *huc* triremibus fuerant advecti, metu fuêre correpti, et ad mare fugerunt. Cleander *ipse* quoque fugiebat. Xenophon autem cæteríque duces *eos* remorabantur, Cleandróque dicebant nihil esse periculi, sed decretum exercitûs causam esse, cur hæc accidissent. At Cleander partim à Dexippo irritatus, partim gravatus quòd trepidâsset, indè se navigaturum

a Τὸν ἁρπάζοντα] Vide p. 277. n. b.

b Λοχίτης.] Ad vocem hanc *Synes.* tantùm citant Lexicogr.

c Βάλλειν] Scil. *Telis quibuslibet*, præcipuè verò *lapidibus*. Hâc de re sic infrà Xenophon, Καὶ καταδικάζω ἐμαυτοῦ, εἰ ἐγὼ πετροβολίας ἢ ἄλλυ τινὸς βιαίυ ἐξάρχω. Vide p. 18. n. b.

d Ἀνακαλοῦντες τὸν προδότην.] Sic Noster Κ. Π. p. 208. Edit. Oxon. 1727. ἀνακαλοῦντες τὸν εὐεργέτην &c. De emphasi articuli vide Κ. Π. pag. 173. n. 1. Edit. ejusd. Cæterùm, in MSto Eton. legitur ἀνακαλοῦντες βάλλειν τὸν &c. At βάλλειν inducendum videtur.

e Καὶ τῶν τριηριτῶν] *Amas.* et *Leunclav.* τριηρίται vertuntur *remiges:* minùs, uti mihi quidem videtur, adcuratè. *Thucyd.* l. 6. c. 46. καὶ ἰδίᾳ ξενίσεις ποιούμενοι τῶν τριηριτῶν, &c. Schol. Τῶν τριηριτῶν] Τῶν ἐν τριήρεσιν ἀφικομένων.

f Οὐδὲν εἴη πρᾶγμα,] Quâ de phrasi sic *Steph.* ad *Amas.* versionem, Gallicè ad verbum, *Que ce n' estoit rien.* i. e. *Rem*

πλευσεῖσθαι ἔφη, καὶ κηρύξειν, μηδεμίαν πόλιν δέχεσθαι, ὡς πολεμίυς. [h] Ἦρχον δὲ τότε πάντων τῶν Ἑλλήνων οἱ Λακεδαιμόνιοι.

Ἐνταῦθα πονηρὸν ἐδόκει τὸ πρᾶγμα ἐκεῖνο εἶναι τοῖς Ἕλλησι, καὶ ἐδέοντο μὴ ποιεῖν ταῦτα. Ὁ δ' οὐκ ἂν ἄλλως ἔφη γενέσθαι, εἰ μή τις ἐκδώσει τὸν ἄρξαντα [i] βάλλειν καὶ τὸν ἀφελόμενον. Ἦν δὲ, ὃν ἐζήτει, Ἀγασίας, [k] διὰ τέλυς φίλος τῷ Ξενοφῶντι· [l] ἐξ οὗ καὶ διέβαλεν αὐτὸν ὁ Δέξιππος. Ἐντεῦθεν, ἐπειδὴ ἀπορία ἦν, συνήγαγον τὸ στράτευμα οἱ ἄρχοντες· καὶ ἔνιοι μὲν αὐτῶν [m] παρ' ὀλίγον ἐποιοῦντο τὸν Κλέανδρον· τῷ δὲ Ξενοφῶντι οὐκ ἐδόκει [n] φαῦλον εἶναι τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ἀναστὰς ἔλεξεν,

"Ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἐμοὶ ὐ φαῦλον δοκεῖ εἶναι τὸ " πρᾶγμα, εἰ ἡμῖν ὕτως ἔχων τὴν γνώμην Κλέανδρος ἄπεισιν, " ὥσπερ λέγει. Εἰσὶ μὲν γὰρ ἤδη ἐγγὺς αἱ Ἑλληνίδες πό-" λεις· [o] τῆς δ' Ἑλλάδος Λακεδαιμόνιοι προεστήκασιν·

aiebat, ac per præcones denuntiaturum, nè qua civitas *eos*, ut qui hostes essent, exciperet. Eo autem tempore Lacedæmonii Græcis omnibus imperabant.

Hìc verò res ea Græcis videbatur esse perniciosa, *cúm*que *adeò* rogabant hæc nè faceret. At is nequaquam aliter futurum aiebat, nisi quis eum qui primus *lapides* jecisset, *eúm*que qui *captum* eripuisset, dederet. Erat *is*, quem quærebat, Agasias, Xenophonti semper amicus; quâ de causâ Dexippus illum criminatus est. Mox deinde, cùm *tam* difficilis esset rerum status, *viri* principes exercitum congregabant: ac eorum nonnulli Cleandrum parvi faciebant; at Xenophonti res minimè contemnenda videbatur: *is*que adeò cùm surrexisset orationem *hanc* habuit,

" Res mihi, milites, non nullius esse momenti videtur, si Cleander erga " nos ità, utì narrat, animatus discedat. Sunt enim *à nobis* jam propè Græ-" cæ urbes; et Lacedæmonii Græciæ præsunt: è Lacedæmoniis autem quivis

non esse hujusmodi, à quâ periculum aliquod immineret. Adi p. 219. n. c.

g Ἀλλὰ τὸ δόγμα &c.] De quo vide pag. 408. n. b.

h Ἦρχον δὲ τότε &c.] Vide pag. 181. n. c.

i Βάλλειν] Vide p. 409. n. c.

k Διὰ τέλυς] Sic apud *Ælian*. H. V. l. 12. c. 20. valet *semper, per omne tempus:* necnon ejusd. l. 14. c. 28.

l Ἐξ οὗ] Supple αἰτίυ. Vide ejusdem vocis ellipsin pag. 80. n. b. et pag. 158. n. c.

m Παρ' ὀλίγον ἐποιοῦντο] MS. Eton. et edit. quædam vet. habent παράλογον. Rectiùs *Steph.* et *Leunclav.* παρ' ὀλίγον rescribi curârunt. Similiter dicitur παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι, *Ælian.* V. H. l. 5. c. 3.

n Φαῦλον] *Phavorin.* Φαῦλον, τὸ κακὸν, καὶ τὸ εὐτελὲς, καὶ μικρὸν, καὶ ὀλιγοστόν.

o Τῆς δ' Ἑλλάδος &c.] Vide n. h.

" [a] ἱκανοὶ δέ εἰσι καὶ εἷς ἕκαστος Λακεδαιμονίων ἐν ταῖς " πόλεσιν ὅ, τι βέλονται διαπράττεσθαι. Εἰ ἒν ἔτος " πρῶτον μὲν ἡμᾶς Βυζαντίε ἀποκλείσει, ἔπειτα δὲ τοῖς " ἄλλοις [b] ἁρμοσταῖς παραγγείλῃ εἰς τὰς πόλεις μὴ δέχεσ- " θαι, ὡς [c] ἀπιστοῦντας Λακεδαιμονίοις καὶ ἀνόμες ὄν- " τας· ἔτι δὲ [d] πρὸς Ἀναξίβιον τὸν ναύαρχον ἒτος ὁ λόγος " περὶ ἡμῶν ἥξει· ὥστε χαλεπὸν εἶναι καὶ μένειν καὶ ἀπο- " πλεῖν· καὶ γὰρ ἐν τῇ γῇ ἄρχεσι Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐν " τῇ θαλάττῃ τὸν νῦν χρόνον. Οὔκεν δεῖ ὔτε ἑνὸς ἄνδρος " ἕνεκα ὔτε δυοῖν ἡμᾶς τοὺς ἄλλους τῆς Ἑλλάδος ἀπο- " σχέσθαι, ἀλλὰ πειστέον ὅ, τι ἂν κελεύωσι· καὶ γὰρ αἱ " πόλεις ἡμῶν, ὅθεν ἐσμὲν, πείθονται αὐτοῖς. [e] Ἐγὼ μὲν " ἒν, (καὶ γὰρ ἀκέω Δέξιππον λέγειν πρὸς Κλέανδρον ὡς " οὐκ ἂν ἐποίησεν Ἀγασίας ταῦτα, εἰ μὴ ἐγὼ αὐτὸν ἐκέ- " λευσα) ἐγὼ οὖν ἀπολύω καὶ ὑμᾶς τῆς αἰτίας, καὶ Ἀ- " γασίαν, ἂν αὐτὸς Ἀγασίας φήσῃ ἐμὲ τινὸς τέτων αἴτιον " εἶναι, καὶ καταδικάζω ἐμαυτοῦ, εἰ ἐγὼ [f] πετροβολίας " ἢ ἄλλε τινὸς βιαίε ἐξάρχω, τῆς ἐσχάτης δίκης ἄξιος " εἶναι, καὶ ὑφέξω τὴν δίκην. [g] Φημὶ δὲ καὶ εἴ τινα ἄλ-

" unus, quidquid vult, in *Græci nominis* urbibus efficere possit. Quare si nos " primùm ille Byzantio excludet, ac deinde præfectis cæteris denuntiabit nè " nos in urbes admittant, quasi qui Lacedæmoniis minùs obsequentes et ini- " qui simus; etiam ad Anaxibium navarchum hic de nobis veniet rumor; adeò " ut difficile *futurum* sit et manere et navigiis *hinc* discedere: etenim terrâ " Lacedæmonii et mari hoc tempore *Græcis* imperant. Quapropter nec unius " nec alterius hominis causâ nos reliquos Græciâ nosmet prohibere par est, " sed parendum *ipsis erit* quidquid *tandem* jusserint: nam et urbes illæ, unde " sumus *oriundi*, iis dicto sunt audientes. Ego certè quidem, (etenim Clean- " dro Dexippum dicere audio non facturum hæc fuisse Agasiam, nisi ipse *sic* " eum *facere* jussissem) ego *inquam* et vos culpâ libero, et Agasiam, si me " Agasias ipse dixerit ad horum aliquid *faciendum* auctorem esse, atque *adeò* " adversùs me ipsum sententiam *hanc* fero, si ego lapidationis vel alius cujus- " dam violenti princeps sum, me *utique* extremo supplicio dignum esse, ac " *sanè* pœnam subibo. Porrò sentio, si quem etiam alium accusat, eum de-

a Ἱκανοὶ δέ εἰσι] Vide sis p. 144. n. c. Adde p. 325. n. b.

b Ἁρμοσταῖς] Adi p. 379. n. b.

c Ἀπιστοῦντας] Lege p. 141. n. c. *Leunclav.* ut aliàs, scribit ἀπιστοῦντας.

d Πρὸς Ἀναξίβιον] Vide p. 290. Cæterùm, pro ἔτι δὲ *Steph.* legendum conjicit ἔτι δὴ *&c.*

e Ἐγὼ μὲν οὖν, (καὶ &c.] Consule p. 170. n. d.

f Πετροβολίας] In lexicis deest hæc vox.

g Φημὶ] Valet hic οἴομαι, utì supra p.

"λον αἰτιᾶται, ἑαυτὸν χρῆναι παρασχεῖν Κλεάνδρῳ κρί-
"ναι· ὕτω γὰρ ἂν ὑμεῖς ἀπολελυμένοι τῆς αἰτίας εἴητε.
"Ὡς δὲ νῦν ἔχει, χαλεπὸν, εἰ οἰόμενοι ἐν τῇ Ἑλλάδι
"καὶ ἐπαίνε καὶ τιμῆς τεύξεσθαι, ἀντὶ τέτων μηδ' ὅμοιοι
"τοῖς ἄλλοις ἐσόμεθα, ἀλλ' εἰρξόμεθα ἐκ τῶν Ἑλληνί-
"δων πόλεων."

Μετὰ ταῦτα ἀναστὰς Ἀγασίας εἶπεν, "Ἐγὼ, ὦ ἄν-
"δρες, ὄμνυμι θεὺς καὶ θεὰς, [a] ἦ μὴν μήτε ἐμὲ Ξενοφῶντα
"κελεῦσαι ἀφελέσθαι τὸν ἄνδρα, [b] μήτε ὑμῶν ἄλλον μη-
"δένα· ἰδόντι δέ μοι ἄνδρα ἀγαθὸν ἀγόμενον τῶν ἐμῶν
"λοχιτῶν ὑπὸ Δεξίππε, (ὃν ὑμεῖς ἐπίστασθε ὑμᾶς προ-
"δόντα) δεινὸν ἔδοξεν εἶναι. [c] καὶ ἀφειλόμην, ὁμολογῶ.
"Καὶ ὑμεῖς μὲν [d] μὴ ἐκδῶτε· ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν, ὥσπερ Ξε-
"νοφῶν [e] λέγει, παρασχήσω κρίναντι Κλεάνδρῳ, [f] ὃ ἂν
"βέληται ποιῆσαι· τέτε ἕνεκα μήτε πολεμῆτε Λακεδαι-
"μονίοις, [g] σώζεσθέ τε ἀσφαλῶς ὅπη θέλει ἕκαστος. Συμ-
"πέμψατε μέντοι ὑμῶν αὐτῶν ἑλόμενοι πρὸς Κλέανδρον,

"bere se Cleandri judicio exhibere: nam eâ ratione vos culpâ liberabimini·
"Ut verò nunc *se res* habet, grave *profectò* si, cùm putemus in Græciâ nos et
"laudem et honorem consequuturos, horum loco *præmiorum* nè quidem pares
"reliquis erimus, verùm à civitatibus Græcis arcebimur."

Secundùm hæc Agasias cùm surrexisset, "Per deos, inquit, deásque, viri,
"juro neque sanè Xenophontem mihi præcepisse ut hominem *illum* eriperem,
"neque quenquam è vobis alium; sed cùm ipse virum fortem ex cohorte meâ
"duci à Dexippo viderem,) quem vos prodidisse scitis ipsi) grave *id* mihi
"visum est; atque adeò *hominem* eripui, fateor. Nec *tamen* vos *Cleandro*
"*me* dedatis *necesse est:* ego verò meipsum, ut Xenophon *faciendum* censet,
"Cleandri judicio exhibebo, ut quidquid voluerit agat: nec *hâc* de causâ
"*opus est* ut bellum cum Lacedæmoniis geratis, et incolumes omnino quò
"quisque vult evadatis. Verùm è vobis tamen ipsis deligite quos mecum unà

303. ubi vide n. c. et apud *Homer.* sic sæpissimé.

a Ἦ μὴν] Vide p. 117. n. c.

b Μήτε ὑμῶν] Sic MS. Eton. et edit. pleræque. In *Steph.* operarum forsan vitio, legitur ἡμῶν &c.

c Καὶ] Adi p. 387. n. g.

d Μὴ ἐκδῶτε·] *Amas.* vertit. *Neque profectò est quòd vos illum ad supplicium dedatis:* intellecto scilicet τῷ ἄρξαντι βάλλειν, quem comprehenderat Dexippus, non Agasiâ τῷ ἀφῃρημένῳ, seu qui comprehensum illi eripuerat. Sed Agasias cum verbo rectiùs intelligi videtur.

e Λέγει,] Vide p. 97. n. d.

f Ὃ ἂν βέληται] MS. Eton. ὅ, τι ἂν &c. Sic paulò infrà ὅ, τι ἂν βέλῃ.

g Σώζεσθε] Legitur etiam σώζεσθαι. Sed recepta lectio, quam MS. Eton. edit. *Steph.* *Leunclav.* aliæque præstant, mihi quidem satìs sana videtur.

" οἵτινες, ἐάν τι ἐγὼ παραλείπω, καὶ λέξουσιν ὑπὲρ ἐμοῦ " καὶ πράξουσιν." Ἐκ τούτου [a] ἔδωκεν ἡ στρατιὰ οὕστινας βούλοιτο προελόμενον ἰέναι. Ὁ δὲ προείλετο τοὺς στρατηγούς. Μετὰ ταῦτα ἐπορεύοντο πρός Κλέανδρον Ἀγασίας καὶ οἱ στρατηγοὶ, καὶ ὁ ἀφαιρεθεὶς ἀνὴρ ὑπὸ Ἀγασίου· καὶ ἔλεγον οἱ στρατηγοὶ,

" Ἔπεμψεν ἡμᾶς ἡ στρατιὰ πρός σε, ὦ Κλέανδρε· καὶ " [b] ἐκέλευσέ σε, εἴ τε πάντας αἰτιᾷ, κρίναντα σεαυτὸν " χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βούλῃ· εἴ τε ἕνα τινὰ, ἢ δύο, ἢ καὶ " πλείους αἰτιᾷ, τούτους ἀξιοῦσι παρασχεῖν σοι ἑαυτοὺς εἰς " κρίσιν. Εἴ τι οὖν ἡμῶν τινὰ αἰτιᾷ, πάρεσμέν σοι ἡμεῖς· " εἴ τε καὶ ἄλλον τινὰ, φράσον· οὐδεὶς γάρ σοι ἀπέσται, " ὅςτις ἂν ἡμῖν ἐθελήσει πείθεσθαι." Μετὰ ταῦτα παρελθὼν ὁ Ἀγασίας εἶπεν, " Ἐγώ εἰμι, [c] ὦ Κλέανδρε, ὁ " ἀφελόμενος Δεξίππου ἄγοντος τοῦτον τὸν ἄνδρα, καὶ παί- " σειν κελεύσας Δέξιππον. Τοῦτον μὲν γὰρ οἶδα ἄνδρα " ἀγαθὸν ὄντα· [d] Δέξιππον δὲ αἱρεθέντα οἶδα ὑπὸ τῆς " στρατιᾶς ἄρχειν [e] τῆς πεντηκοντόρου ἧς ᾐτησάμεθα πα-

" ad Cleandrum mittatis, quíque, si quid ego prætermisero, pro me tum di- " cant tum agant. Ibi tum *ei* concessit exercitus ut iis quos vellet delectis *ad illum* proficisceretur. Is autem duces delegit. Secundùm hæc ad Cleandrum Agasias ducésque, et vir ille quem *Dexippo* eripuerat Agasias, pergebant; *ad quem ubi pervenissent* duces verba fecerunt *hæc*,

" Exercitus, Cleander, nos ad te misit; téque hortatur, sive in omnes cul- " pam conjicis, ut cùm judicium *de iis* ipse feceris, pro arbitrio tuo *eos* trac- " tares; sive unum aliquem, vel duos, vel plures accusas, æquum censent ut " hi se ipsos tuo exhibeant judicio. Quare si quid *est in quo* nostrûm quen- " quam accuses, tibi nos adsumus; sive alium quenquam, exponito: quippe " nemo non sese tibi sistet, qui nobis parere voluerit." Secundùm hæc progressus *in medium* Agasias ait, " Ego sum, Cleander, qui virum hunc abdu- " centi Dexippo eripui, et qui *nostros* ferire Dexippum jussi. Etenim hunc " sanè virum fortem esse nôram; Dexippum verò nôram ab exercitu lectum " fuisse, qui quinquaginta remorum navi, quam à Trapezuntiis petiveramus,

a Ἔδωκεν ἡ] Eodem sensu venit id verbi suprà p. 117. Adde sis K. Π. p. 27. n. 2. Edit. Oxon. 1727.

b Ἐκέλευσε] Sic MS. Eton. At editi plerique dant κελεύσει. nec ità malé. Vide p. 386. n. b.

c Ὦ Κλέανδρε,] Sic MS. Eton. Libri editi exhibent ὦ ἄνδρες, &c. Sed MSti lectionem postulare videntur ista, quæ sub finem orationis hujusce dicit Agasias: Εἰ δὲ σὺ ἄγεις, ἢ ἄλλος τις τῶν &c.

d Δέξιππον δὲ αἱρεθέντα &c.] Respice pag. 294.

e Τῆς πεντηκοντόρου,] Vide p. 408. n. k.

"ρὰ Τραπεζυντίων, [a] ἐφ' ᾧ τε πλοῖα συλλέγειν, ὡς σω-
"ζοίμεθα· καὶ ἀποδράντα [b] Δέξιππον, καὶ προδόντα τοὺς
"στρατιώτας, μεθ' ὧν ἐσώθη. Καὶ τύς τε Τραπεζουν-
"τίυς ἀπεστερήκαμεν τὴν πεντηκόντορον, καὶ κακοὶ δοκοῦ-
"μεν εἶναι διὰ τῦτον· αὐτοί τε, [c] τὸ ἐπὶ τύτῳ, ἀπολώλα-
"μεν πάντες. Ἤκυε γὰρ, ὥςπερ ἡμεῖς, ὡς ἄπορον εἴη
"πεζῇ ἀπιόντας τὺς ποταμὺς τε διαβῆναι, καὶ σωθῆναι
"εἰς τὴν Ἑλλάδα. [d] Τῦτον ὖν τοιῦτον ὄντα ἀφειλόμην.
"Εἰ δὲ σὺ ἦγες, ἢ ἄλλος τις τῶν [e] παρὰ σῦ, [f] καὶ μὴ
"τῶν παρ' ἡμῶν ἀποδράντων, εὖ ἴσθι ὅτι ὐδὲν ἂν τούτων
"ἐποίησα. [g] Νόμιζε δ', ἐὰν ἐμὲ νῦν ἀποκτείνῃς, δι' ἄνδρα
"δειλόν τε καὶ πονηρὸν, ἀγαθὸν ἀποκτενῶν."

Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κλέανδρος ἔφη ὅτι Δέξιππον μὲν οὐκ ἐπαινεῖ, εἰ ταῦτα πεποιηκὼς εἴη· οὐ μέντοι ἔφη νομίζειν,

"præesset, quò navigia colligeret, ut incolumes evaderemus; eundémque
"Dexippum aufugisse *sciebam*, atque milites prodidisse, quibuscum incolu-
"mis *eò* pervenerat. Atque *ità* tum Trapezuntios quinquaginta remorum
"navi privavimus, et improbi propter hunc esse videmur; tum ipsi, quod ad
"hunc attinet, perieramus omnes. Nam, æquè ac nos, audîerat, fieri non
"posse ut, si pedibus illinc proficisceremur, fluvios trajiceremus, et in Græ-
"ciam incolumes perveniremus. Hunc ergo talem *hominem* eripui. Quòd
"si tu *eum*, abduxisses, vel ex tuis quispiam alius, non autem ex iis qui à
"nobis aufugerunt, certò scias me nihil horum facturum fuisse. Si verò
"me jam interficies, *velim* existimes te *virum* fortem, ignavi et improbi causâ
"interficere."

Hæc cùm Cleander audiîsset, non laudare se Dexippum aiebat, si hæc fecisset: neque tamen existimare se aiebat, tametsi nequissimus esset Dexip-

a Ἐφ' ᾧ τι] *Thucyd.* l. 1. c. 103. ἐφ' ᾧ τι ἐξίασιν &c. Schol. ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τῷ ἐξιέναι. *Aristoph.* Plut. v. 1001. cum infinitivo: Ἐφ' ᾧ τε ἐκεῖσε μηδέποτέ μ' ἐλθεῖν ἔτι. i. e. *ut nè posthac &c.* et ibid. v. 1142. Ἐφ' ᾧ τε ἐκεῖσε μετέχειν αὐτὸς, &c. Adde sis quæ scripsit *Stephanus* Append. de dial. Att. p. 130.

b Δέξιππον,] Confer p. 23. n. a. et p. 85. n. a. Immeritò vocem illam *Muret.* delendam censuit.

c Τὸ ἐπὶ τύτῳ,] Similiter Noster *Hist. Gr.* l. 3. haud ità longè à fine: ὥςτε, τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, ἀπολώλατε· &c. Confer p. 51. n. a.

d Τῦτον οὖν &c.] Vide p. 156. n. c.

e Παρὰ σοῦ,] Ità MS. Eton. edit. *Flor.* aliæque. In *Steph.* et *Leunclav.* legitur παρά σοι. Mihi placet scriptura recepta; quâcum intelligas oportet πεμφθὲις, ἀπεσταλμένος, vel quid aliud his adfine participium. Noster K. Π. p. 205. Edit. Oxon. 1727. Ταῦτα μὲν ὁ παρ' ἐμοῦ (*scil.* πεμπόμενος vel ἀποστελλόμενος) λέξει· τοῖς δὲ παρ' ὑμῶν &c.

f Καὶ] Adi p. 218. n. d.

g Νόμιζε δ', — ἀποκτενῶν.] Ejusdem constructionis exempla reperiuntur Matth. XI. 1. Luc. VII. 45. Act. V. 42. et aliàs sæpè in N. T. libris. *Aristoph.* in *Pluto* v. 945. — γινώσκω γὰρ ἥττων ὤν — *Ælian.* V. H. l. 9. c. 41. Μέμνησο — ἄνθρωπος ὤν. Cæterùm, MS. Eton. dat — καὶ πονηρὸν, ἄνδρα ἀγαθὸν &c.

οὐδ᾽ εἰ [a] παμπόνηρος ἦν Δέξιππος, [b] βίαν χρῆναι πάσχειν αὐτὸν, ἀλλὰ κριθέντα [c] (ὥσπερ καὶ ὑμεῖς νῦν ἀξιοῦτε) τῆς δίκης τυχεῖν. [d] Νῦν μὲν οὖν ἄπιτε, καταλιπόντες τοῦτον τὸν ἄνδρα· ὅταν δ᾽ ἐγὼ κελεύσω, πάρεστε πρὸς τὴν κρίσιν. Αἰτιῶμαι δὲ οὔτε τὴν στρατιὰν, [e] οὔτε ἄλλον οὐδένα· ἐπεί γε οὗτος αὐτὸς ὁμολογεῖ ἀφελέσθαι τὸν ἄνδρα. Ὁ δ᾽ ἀφαιρεθεὶς εἶπεν, [f] Ἐγὼ, ὦ Κλέανδρε, εἰ καὶ οἴει με ἀδικοῦντά τι ἄγεσθαι, οὔτ᾽ ἔπαιον οὐδένα, οὔτ᾽ [g] ἔβαλλον· ἀλλ᾽ εἶπον ὅτι δημόσια εἴη τὰ πρόβατα· [h] ἦν γὰρ τῶν στρατιωτῶν δόγμα, εἴτις, ὁπότε ἡ στρατιὰ ἐξίοι, ἰδίᾳ ληΐζοιτο, δημόσια εἶναι τὰ ληφθέντα. Ταῦτ᾽ εἶπον· καὶ [i] ἐκ τούτου με λαβὼν οὗτος ἦγεν· ἵνα μὴ φθέγγοιτο μηδεὶς, ἀλλ᾽ [k] αὐτὸς λαβὼν τὸ μέρος, διασώσειε τοῖς λησταῖς [l] πα-

pus, vim ei inferendam esse, sed judicio *de eo* facto, (quemadmodum jam vos etiam *fieri* postulatis) pœnam *eidem* irrogandam. *Vos* quidem jam discedite, hoc homine relicto; et cùm ego denuntiavero, ad judicium adestote. Neque verò vel exercitum, vel alium quenquam accuso, quando hic ipse quidem fatetur se hominem eripuisse. Is autem, qui ereptus fuerat, inquit, Ego, Cleander, etsi me quid iniquè patrantem abductum fuisse putas, neque percussi quenquam, neque *lapidibus* petii: at pecora *tantùm* esse publica dixi: nam decretum militum *sic conceptum* fuerat ut, si quis, cùm exercitus exiret, seorsum *à cæteris* prædaretur, publica essent quæ caperentur. Hæc dixi; atque ibi tum me prehensum duxit ille; ut nè quis *de ipso quid* enuntiaret, verum

a Παμπόνηρος] In lexicis exstat sine auctore. Eadem est ratio τοῦ παγχάλεπος, quo usus est Noster p. 300. ubi vide n. f.

b Βίαν χρῆναι &c.] Sic MS. Eton. *Stephanus* in quibusdam vet. cod. legi adnotavit, βίᾳ χρῆναι πάσχειν αὐτόν· unde scribendum forsan conjicit, βίαιᾳ χρῆναι &c. Editiones pleræque exhibent, δίκαια πάσχειν αὐτόν pro quibus scripsisse Xenophontem non dubitat *Leunclav.* δεῖν βίαια πάσχειν αὐτόν· quorum interpretatio sive scholion, ex ejusdem viri docti mente, est lectio recepta. *Muretus* legit βίαια χρῆναι &c. Quam sequi malis scripturam, optio, lector, sit tua.

c (Ὥσπερ καὶ ὑμεῖς νῦν ἀξιοῦτε) τῆς &c.] Sic mihi distinguendus videtur et legendus hic locus. Edit. vet. dant — ἀλλὰ κριθέντα ὥσπερ καὶ ὑμεῖς νῦν, ἀξιοῦται τῆς δίκης λαχεῖν. mendosè scribitur vox ultima pro — λαχεῖν. Edit. *Stephan.* ἀλλὰ κριθέντα (ὥσπερ καὶ ὑμεῖς νῦν) ἀξιοῦται τῆς δίκης τυχεῖν: at pro ἀξιοῦται scribendum tandem censuit *Stephanus* ἀξιοῦσθαι. *Leunclav.* exhibet -- ἀλλὰ κριθέντα, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς νῦν, ἀξιοῦται τῆς δίκης τυχεῖν.

d Νῦν μὲν οὖν &c.] De mutatâ orationis formâ vide p. 330. n. a.

e Οὔτε ἄλλον &c.] Sic MS. Eton. additâ etiam ἔτι post οὐδένα, et editiones vet. In *Stephan.* et *Leunclav.* scribitur οὔτε ἄλλον οὐδένα, &c. Noster suprà p. 412. similiter dixit -- μήτε ὑμῶν ἄλλον μηδένα.

f Ἐγὼ, ὦ Κλέανδρε, εἰ &c.] Sic rectè *Steph.* et *Leunclav.* In MSto Eton. edit. *Flor.* aliisque vet. legitur, Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, εἰ καὶ οἴει &c. omnino malé; non enim οἴει dicendum erat, si plures adpellâsset, sed οἴεσθε.

g Ἔβαλλον] Adi p. 409. n. c.

h Ἦν γὰρ τῶν &c.] Vide p. 408. n. b.

i Ἐκ τούτου] Consule p. 379. n. c.

k Αὐτὸς λαβὼν τὸ μέρος, &c.] Confer cum his quæ reperiuntur suprà p. 409.

l Παρὰ τὴν ῥήτραν] Etymol. m. Ῥήτρα,

ρὰ τὴν ῥήτραν τὰ χρήματα· Πρὸς ταῦτα ὁ Κλέανδρος εἶπεν, [a] Ἐπεὶ τοίνυν τοιοῦτος εἶ, [b] κατάμενε, ἵνα καὶ περὶ σοῦ βουλευσώμεθα.

Ἐκ τούτου [c] οἱ μὲν ἀμφὶ Κλέανδρον ἠρίστων· τὴν δὲ στρατιὰν συνῆγε Ξενοφῶν, καὶ συνεβούλευε πέμψαι [d] ἄνδρας πρὸς Κλέανδρον, [e] παραιτησομένους περὶ τῶν ἀνδρῶν. Ἐκ τούτου ἔδοξεν [f] αὐτοῖς, πέμψαντας στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς καὶ [g] Δρακόντιον τὸν Σπαρτιάτην, καὶ τῶν ἄλλων οἳ ἐδόκουν ἐπιτήδειοι εἶναι, δεῖσθαι Κλεάνδρου κατὰ πάντα τρόπον ἀφεῖναι τὼ ἄνδρε. Ἐλθὼν οὖν Ξενοφῶν λέγει, “Ἔχεις μὲν, ὦ Κλέανδρε, τοὺς ἄνδρας· καὶ ἡ στρατιά σοι ἐφεῖτο ὅ, τι ἐβούλου ποιῆσαι καὶ περὶ τούτων, καὶ περὶ ἑαυτῶν ἁπάντων. Νῦν δέ σε αἰτοῦνται καὶ δέονται, δοῦναι σφίσι τὼ ἄνδρε, καὶ μὴ κατακαίνειν· πολλὰ γὰρ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ περὶ τὴν στρατιὰν ἐμοχθησάτην. Ταῦτα δὲ σοῦ τυχόντες, ὑπισχνοῦνταί σοι ἀντὶ τούτων, ἐὰν βούλῃ ἡγεῖσθαι αὐτῶν, καὶ ἐὰν οἱ θεοὶ ἵλεῳ ὦσιν, ἐπι-

ipse partem nactus, contra pactum bona prædatoribus conservaret. Ad hæc Cleander, Quando verò talis es, *hîc* maneto, ut de te quoque deliberemus.

Secundùm hæc Cleander cum suis prandium sumebat: Xenophon autem exercitum congregabat, atque id consilii dedit, ut ad Cleandrum quosdam mitterent, qui pro viris *deditis* deprecarentur. Tum visum est ipsis ut, missis ducibus et cohortium præfectis et Dracontio Spartiate, et ex aliis *quibusdam*, qui viderentur esse idonei, Cleandrum omni ratione rogarent, ut viros *illos* dimitteret. *Ad eum* igitur cum venisset Xenophon orationem *hanc* habuit, “Habes, Cleander, viros, *quos volebas;* exercitúsque *adeò* tibi permisit, ut quidquid tibi visum fuerit, tum de his, tum de ipsis universis statueres. Nunc abs te petunt rogántque ut ipsis viros dones, néve *eos* interficias: nam superiori tempore multos pro exercitu labores exanclârunt. Hæc autem si abs te impetrent, pro his tibi pollicentur, si dux ipsorum esse

συνθήκη, ὁμολογία. *Hesych.* Ῥῆτραι, συνθῆκαι διὰ λόγων — Ῥήτρας, συνθήκας. *Phavor.* Ῥήτρη ἐστὶ συμφωνία καὶ συνθήκη ἐπί τισι ῥητοῖς, ὅ ἐστιν ὡρισμένοις. Adde K. Π. p. 90. n. 1. Edit. Oxon. 1727. et *Suid.* in v. Ῥῆτραι.

a Ἐπεὶ τοίνυν τοιοῦτος] MS. Eton. edit. *Flor. Leunclav.* aliæque vet. repræsentant, ἐπεὶ τοίνυν τοιὸς *&c.* quam lectionem in loco vertendo sequutus est *Amas.* Rectiùs *Steph.* ex vet. cod. reposuit τοιοῦτος.

b Κατάμενε,] Respice p. 408. n. a.

c Οἱ μὲν ἀμφὶ &c.] Vide p. 387. n. c.

d Ἄνδρας] Adi p. 402. n. b.

e Παραιτησομένους] *Thom. Mag.* Παραιτοῦμαι, τὸ συγγνώμην αἰτῶ, καὶ τὸ ἀπολογοῦμαι. *Aristid.* ἐν τῷ Ὑπὲρ τῶν τεττάρων ineunte, Παραιτεῖσθαι μὲν οὖν οὐδ' ὅτι δεῖ περὶ τῶν αὐτῶν &c. T. 2. edit. Oxon. p. 116.

f Αὐτοῖς, πέμψαντας] Vide p. 298. n. f.

g Δρακόντιον] De quo vide sis p. 285.

" δείξειν σοι καὶ ὡς κόσμιοί εἰσι, καὶ ὡς ἱκανοὶ τῷ ἄρχοντι " πειθόμενοι τοὺς πολεμίους σὺν τοῖς θεοῖς μὴ φοβεῖσθαι. " Δέονται δέ σου καὶ τοῦτο, παραγενόμενον καὶ [a] ἄρξαντα " αὐτῶν, πεῖραν λαβεῖν καὶ Δεξίππου καὶ σφῶν καὶ τῶν " ἄλλων, [b] οἷος ἕκαστός ἐστι, καὶ τὴν ἀξίαν ἑκάστοις νεῖ- " μαι." Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κλέανδρος, " [c] Ἀλλὰ ναὶ " μὰ τὼ Σιὼ, ἔφη, [d] ταχύ τοι ὑμῖν ἀποκρινοῦμαι. Καὶ " τώ τε ἄνδρε ὑμῖν δίδωμι, καὶ αὐτὸς παρέσομαι· καὶ ἐὰν " οἱ θεοὶ [e] παραδιδῶσί τι, ἐξηγήσομαι εἰς τὴν Ἑλλάδα. " Καὶ πολὺ οἱ λόγοι οὗτοι ἀντίοι εἰσὶν, ἢ οὓς ἐγὼ περὶ ὑμῶν " ἐνίων ἤκουον, ὡς τὸ στράτευμα [f] ἀφιστᾶτε ἀπὸ Λακεδαι- " μονίων."

Ἐκ τούτου οἱ μὲν, ἐπαινοῦντες, ἀπῆλθον ἔχοντες τὼ ἄν-

" velis, ac dii fuerint propitii, se tibi declaraturos et quàm modesti sint, et " quàm idonei qui, *suo* cùm imperatori pareant, hostes diis juvantibus non me- " tuant. Hoc etiam te rogant, ut, *eò* profectus atque in ipsos imperio potitus, " tam de Dexippo quàm de ipsis aliísque periculum facias, qualis quisque sit, " atque justam singulis mercedem tribuas." Hæc cùm audîsset Cleander, " At per Dioscuros, inquit, sine morâ vobis respondebo; atque adeò tum vi- " ros *hosce* vobis dono, tum ipse adero; et si quid dii concesserint, dux *vo- " bis* in Græciam ero. Ac longè *sanè* sermones hi contrarii sunt illis, quos " ex quibusdam de vobis audivi, vos exercitum scilicet ad defectionem à La- " cedæmoniis impellere."

Hìc illi *qui ad Cleandrum missi fuerant*, collaudato *eo*, cum viris illis disces-

a Ἄρξαντα αὐτῶν,] In MSto Eton. et edit. vet. exstat — ἑαυτῶν, in *Steph.* αὐτῶν.

b Οἷος ἕκαστός ἐστι, καὶ τὴν &c.] Locum sic distinctum, scriptum expositúmque exhiberè visum est. In MSto Eton. et edit. vet. ità se habet — ὡς ἕκαστός ἐστι, καὶ τὴν ἀξίαν ἑκάστοις εἶναι. omninò mendosè. Cæterùm, *Leunclav.* sic vertit, *quàm ipsorum quilibet suum cuique tribuere possit:* rectiùs, ut mihi quidem videtur, utut liberiùs, *Amas.* in hunc modum, *quâ quisque fide ac virtute sit, atque ut pro merito cuique suo honorem habeas.* Similiter Noster adhibuit ἀξίαν K. Π. p. 238. Edit. Oxon. 1727. ἐπειδὰν παρ' ὧν προσήκει πύθωμαι, τότε τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ — πειράσομαι ἀποδόναι.

c Ἀλλὰ ναὶ μὰ &c.] MS. Eton. dat Ἀλλὰ ναὶ τὼ Σιὼ, *&c.* nec malè. Edit. vet. Ἀλλὰ ναὶ μὰ τοὺς θεοὺς, &c. *Leunclav.* Ἀλλὰ καὶ μὰ τὼ Σιὼ, *&c.* minùs rectè. Receptam lectionem exhibet edit. *Steph.* Cæterùm, hâc usi formulâ, jurare solebant Lacedæmonii. *Aristoph.* Εἰρ. v. 213. Ναὶ τὼ Σιὼ, *&c.* Schol. Οὕτω τοὺς Διοσκούρους οἱ Λακεδαιμόνιοι Σιοὺς ἔλεγον. Similiter Idem ad Λυσιστρ. v. 81. Hinc sua *Phavor.* ad v. Σιώ. Apud Nostrum etiam Pasimachus Laco *Hist.* Gr. l. 4. ferè medio: Ναὶ τὼ Σιὼ, &c. Porrò, in istiusmodi jurisjurandi formulis ναὶ et μὰ simul sæpè reperiri notissimum est.

d Ταχύ τοι] Vide p. 405. n. a.

e Παραδιδῶσί τι,] *Scil.* lætum aliquod prosperúmque portenderint.

f Ἀφιστᾶτε] Sic MS. Eton. edit. *Flor. Steph. Leunclav.* aliæque. Legitur etiam ἀφίστατο: et pro καὶ πολὺ οἱ &c. paulò antè, in MSto illo et edit. vet. καὶ πολλοὶ οἱ &c. Perperam.

δρε· Κλέανδρος δὲ [a] ἐθύετο ἐπὶ τῇ πορείᾳ, καὶ συνῆν Ξενοφῶντι φιλικῶς, καὶ ξενίαν συνεβάλοντο. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἑώρα αὐτοὺς τὸ παραγγελλόμενον εὐτάκτως ποιοῦντας, καὶ [b] μᾶλλον ἐπεθύμει ἡγεμὼν εἶναι αὐτῶν. Ἐπεὶ μέντοι [c] θυομένῳ αὐτῷ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ, συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς εἶπεν, "Ἐμοὶ μὲν [d] οὐκ ἐθέλει γενέσθαι "τὰ ἱερὰ ἐξάγειν· ὑμεῖς μέντοι μὴ ἀθυμεῖτε τούτου ἕνεκα· "[e] ὑμῖν μὲν γὰρ, ὡς ἔοικε, δέδοται ἐκκομίσαι τοὺς ἄνδρας· "[f] ἀλλὰ πορεύεσθε. Ἡμεῖς δὲ ὑμᾶς, ἐπειδὰν ἐκεῖσε ἥκητε, "δεξόμεθα ὡς ἂν δυνώμεθα κάλλιστα."

Ἐκ τούτου ἔδοξε τοῖς στρατιώταις δοῦναι αὐτῷ τὰ δημόσια πρόβατα. Ὁ δὲ, δεξάμενος, πάλιν αὐτοῖς ἀπέδωκε· καὶ αὐτὸς μὲν ἀπέπλει. Οἱ δὲ στρατιῶται, διαθέμενοι τὸν σῖτον, ὃν ἦσαν συγκεκομισμένοι, καὶ τἄλλα, ἃ εἰλήφεσαν, ἐξεπορεύοντο [g] διὰ τῶν Βιθυνῶν. [h] Ἐπεὶ δὲ οὐδενὶ ἐνετύγχανον, πορευόμενοι τὴν ὀρθὴν ὁδὸν, ὥστ' ἔχοντές τι εἰς τὴν [i] φιλίαν διεξελθεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς [k] τοὔμπαλιν ὑποστρέψαν-

serunt: at Cleander exta de itinere consulebat, et Xenophonte amanter utebatur, atque inter se amicitiam hospitalem instituebant. Cùm verò eos etiam videret compositè imperatum facere, magis etiam dux eorum esse cupiebat. Verùm ubi, eo triduum rem sacram faciente, læta non erant exta, convocatis ducibus *hæc* verba fecit, "Mihi læti quid offerre nolunt exta de "*copiis* educendis *ea consulenti:* vos verò nè sitis idcircò demissis animis; "nam vobis, utì videtur, concessum est ut viros hos exportetis: quin igitur "pergite. Nos autem, posteaquam eò veneritis, quàm potuerimus honestis"simè vos excipiemus."

Tum militibus visum est ut pecora ei publica donarent. Ille, cùm *ea* accepisset, rursus iis reddidit; ac ipse quidem indè solvit. Et milites, distributo frumento, quod comportârant, aliísque rebus, quas ceperant, per Bithynos proficisci cœperunt. Cùm autem, rectâ incedentes viâ, nihil offenderent, ut aliquâ cum prædâ in *regionem* amicam transirent, visum est ipsis ut versis

a Ἐθύετο ἐπὶ τῇ &c.] Vide p. 390. n. l. p. 394. n. d.

b Μᾶλλον ἐπεθύμει &c.] MS. Eton. *μᾶλλον ἔτι ἐπεθύμει ἡγεμὼν γενέσθαι αὐτῶν.*

c Θυομένῳ αὐτῷ &c.] Adi p. 393. n. o.

d Οὐκ ἐθέλει γενέσθαι &c.] Vide p. 393. n. i. et cum ἐξάγειν intellige εἰς τό.

e Ὑμῖν — δέδοται] Plenè scripseris, *ὑμῖν — ἀπὸ τῶν θεῶν — δέδοται* &c. Sic Noster *Hist. Gr.* l. 7. sub init. *ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν θεῶν δέδοται ὑμῖν εὐτυχεῖν* &c. Confer Matth. XIII. 11. ubi ad Hebraïcum loquendi genus perperam confugit *Grotius*. Adde p. 413. n. a.

f Ἀλλὰ πορεύεσθε.] Adi p. 404. n. k.

g Διὰ τῶν Βιθυνῶν.] Vide p. 276. n. m.

h Ἐπεὶ δὲ οὐδενὶ &c.] Quæ *Steph.* ad *Amas.* sic exponit, *Cùm nulla illis præda in eo itinere occurreret, quam in amicorum fines divertentes, secum asportare possent.*

i Φιλίαν] Vide p. 278. n. d.

k Τοὔμπαλιν] Adi p. 344. n. d.

τας ἐλθεῖν μίαν ἡμέραν καὶ νύκτα. Τοῦτο δὲ ποιήσαντες, ἔλαβον πολλὰ καὶ ἀνδράποδα καὶ πρόβατα· καὶ ἀφίκοντο [a] ἑκταῖοι εἰς Χρυσόπολιν [b] τῆς Χαλκηδονίας· καὶ ἐκεῖ ἔμειναν ἡμέρας ἑπτὰ, τὰ λάφυρα πωλοῦντες.

retro pedibus diem unam ac noctem iter facerent. Hoc cùm fecissent, multa tum mancipia tum pecora ceperunt: atque die sexto Chrysopolin Chalcedoniæ *oppidum* pervenerunt; ibíque dies septem manserunt, cùm spolia *intereà* venderent.

a Ἑκταῖοι] Respice p. 391. n. a. b Τῆς Χαλκηδονίας] Consule p. 102. n. e.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ἈΝΑΒΑΣΕΩΣ Ζ′.



[a] ὍΣΑ μὲν δὴ ἐν τῇ ἀναβάσει τῇ μετὰ Κύρου ἔπραξαν οἱ Ἕλληνες μέχρι τῆς μάχης, καὶ ὅσα, ἐπεὶ Κῦρος ἐτελεύτησεν, ἐν τῇ πορείᾳ, μέχρις εἰς τὸν Πόντον ἀφίκοντο, καὶ ὅσα ἐκ τοῦ Πόντου [b] πεζοὶ ἐξιόντες [c] καὶ πλέοντες ἐποίησαν, μέχρις [d] ἔξω τοῦ στόματος ἐγένοντο ἐν Χρυσοπόλει τῆς Ἀσίας, πάντα ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ δεδήλωται.

Ἐκ τούτου δὲ Φαρνάβαζος, [e] φοβούμενος τὸ στράτευμα μὴ ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἀρχὴν στρατεύηται, [f] πέμψας [g] πρὸς Ἀναξίβιον τὸν ναύαρχον, (ὁ δὲ ἔτυχεν ἐν Βυζαντίῳ ὢν) ἐδεῖτο διαβιβάσαι τὸ στράτευμα ἐκ τῆς Ἀσίας, καὶ ὑπισχνεῖτο

QUÆCUNQUE in expeditione cum Cyro *superiorem in Asiam susceptâ* ad pugnam usque gesserint Græci, et quæ, posteaquam occubuisset Cyrus, in itinere, donec in Pontum pervenirent, quæque è Ponto pedibus egressi et navigatione usi fecerint, donec extra *Ponti* ostium in *oppidum* Asiæ Chrysopolin venerunt, *ea quidem* superiore commentario exposita sunt omnia.

Post hæc Pharnabazus, cùm metueret nè *Græcorum* exercitus in ditionem suam bellum inferret, missis ad Anaxibium navarchum (is *autem* Byzantii *tum* fortè erat) legatis, rogabat ut exercitum ex Asiâ trajiceret, atque *adeò* polli-

a Ὅσα μὲν δὴ &c.] Confer p. 289. n. a.

b Πεζοὶ] Inspice p. 392. n. e. In MSto Eton. legitur πεζῇ.

c Καὶ πλέοντες &c.] MS. Eton. καὶ ἐκπλέοντες ἐποίουν, &c. Quidam etiam editi vet. exhibent ἐποίουν.

d Ἔξω τοῦ στόματος] Confer p. 224. n. d.

e Φοβούμενος τὸ &c.] Refer tuis oculos ad p. 349. n. e. Porrò, pro ἀρχὴν MS. Eton. repræsentat χώραν.

f Πέμψας] Inspice p. 408. n. e.

g Πρὸς Ἀναξίβιον] De quo vide p. 290.

πάντα ποιήσειν αὐτῷ, ὅσα δέοι. Καὶ Ἀναξίβιος μετεπέμψατο τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς τῶν στρατιωτῶν εἰς Βυζάντιον· καὶ ὑπισχνεῖτο, εἰ διαβαῖεν, μισθοφορὰν ἔσεσθαι τοῖς στρατιώταις. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι ἔφασαν [a] βουλευσάμενοι ἀπαγγελεῖν· Ξενοφῶν δὲ εἶπεν αὐτῷ ὅτι ἀπαλλάξοιτο ἤδη ἀπὸ τῆς στρατιᾶς καὶ βούλοιτο ἀποπλεῖν. Ὁ δὲ Ἀναξίβιος ἐκέλευσεν αὐτὸν [b] συνδιαβάντα, ἔπειτα οὕτως ἀπαλλάττεσθαι. Ἔφη οὖν ταῦτα ποιήσειν.

Σεύθης δὲ ὁ Θρᾷξ πέμπει [c] Μηδοσάδην, καὶ κελεύει Ξενοφῶντα συμπροθυμεῖσθαι ὅπως διαβῇ τὸ στράτευμα, καὶ ἔφη αὐτῷ ταῦτα συμπροθυμηθέντι οὐ μεταμελήσειν. Ὁ δ' εἶπεν, [d] Ἀλλὰ τὸ μὲν στράτευμα διαβήσεται· τούτου ἕνεκα μηδὲν [e] τελείτω μήτε ἐμοὶ, μήτε ἄλλῳ μηδενί· Ἐπειδὰν δὲ διαβῇ, ἐγὼ μὲν ἀπαλλάξομαι· πρὸς δὲ τοὺς διαμένοντας καὶ [f] ἐπικαιρίους ὄντας [g] προςφερέσθω, ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ.

cebatur ei se facturum omnia, quæcunque *fieri* oporteret. Et Anaxibius duces militúmque in cohortes distributorum præfectos *ad se* Byzantium arcessivit; ac pollicitus est, si trajicerent, militibus *datum* fore stipendium. Et alii quidem se deliberatione *de re* habitâ *quid tandem statuerint ei* renuntiaturos aiebant; at Xenophon ei dixit ab exercitu se jam discessurum velléque *adeò indè* solvere. Anaxibius autem eum hortatus est ut unà *cum exercitu* trajectus sic deinde demum *ab eo* discederet. Itaque se facturum hæc aiebat.

Cæterùm *intereà* Seuthes Thrax Medosadem mittit, Xenophontémque *per eum* hortatur id operam studiosè unà *cum ipso* daret, ut exercitus trajiceret; aiebátque minimè futurum ut eum *facti* pœniteat, in id si alacri animo unà *cum ipso* incubuerit. Exercitus utique, aiebat *Xenophon*, trajiciet: nec hujus *rei* causâ quidquam vel mihi, vel alii cuiquam pendat *necesse est*. Verùm quamprimùm trajecerit, equidem discedam: erga eos autem, qui *apud exercitum* manebunt et rebus conficiendis erunt idonei, *sic* se gerat, ut ipsi visum fuerit.

a Βουλευσάμενοι ἀπαγγελεῖν·] Sic rectè cum *Stephano* legitur. MS. Eton. et edit. quædam vet. dant βουλευόμενοι ἀπαγγέλλειν: in *Leunclav.* etiam reperitur ἀπαγγέλλειν. Cæterùm, observante *Steph.* cum ἔφασαν jungitur ἀπαγγελεῖν, perinde ac si diceretur ἔφασαν ἀπαγγελεῖν μετὰ τὸ βουλεύσασθαι.

b Συνδιαβάντα,] In lexicis deest.

c Μηδοσάδην,] Scribitur et Δημοσάδην.

d Ἀλλὰ τὸ μὲν &c.] Sic rectè *Steph.* et *Leunclav.* In MS. Eton. et vet. quibusdam edit. pessimè scribitur Ἀλλὰ τὸ μὲν στράτευμα οὐ διαβήσεται. *Muretus* legit Ἀλλὰ τὸ μὲν στράτευμα μου διαβήσεται. Et *Steph.* quidem στράτευμα μου detortum fuisse suspicatus est.

e Τελείτω] Vide p. 189. n. a.

f Ἐπικαιρίους] Vide K. Π. p. 322. n. 1. Edit. Oxon. 1727.

g Προςφερέσθω,] Vide p. 328. n. c.

Ἐκ τούτου διαβαίνουσι πάντες εἰς Βυζάντιον οἱ στρατιῶται· καὶ μισθὸν μὲν οὐκ ἐδίδου ὁ Ἀναξίβιος· [a] ἐκήρυξε δὲ, λαβόντας τὰ ὅπλα καὶ τὰ σκεύη τοὺς στρατιώτας ἐξιέναι, ὡς ἀποπέμψων τε ἅμα [b] καὶ ἀριθμὸν ποιήσων. Ἐνταῦθα οἱ στρατιῶται ἤχθοντο ὅτι οὐκ εἶχον ἀργύριον ἐπισιτίζεσθαι εἰς τὴν πορείαν, καὶ ὀκνηρῶς συνεσκευάζοντο.

Καὶ ὁ Ξενοφῶν Κλεάνδρῳ [c] τῷ ἁρμοστῇ ξένος γεγενημένος, προςελθὼν ἠσπάζετο αὐτὸν, ὡς ἀποπλευσόμενος ἤδη. Ὁ δ' αὐτῷ λέγει. Μὴ ποιήσῃς ταῦτα· [d] εἰ δὲ μὴ, ἔφη, αἰτίαν ἕξεις· ἐπεὶ καὶ νῦν τινὲς ἤδη σὲ αἰτιῶνται, ὅτι οὐ ταχὺ ἐξέρπει τὸ στράτευμα. Ὁ δ' εἶπεν, Ἀλλ' αἴτιος μὲν ἔγωγε οὐκ εἰμὶ τούτου, οἱ δὲ στρατιῶται αὐτοὶ [e] ἐπισιτισμοῦ δεόμενοι, καὶ οὐκ ἔχοντες, διὰ τοῦτο ἀθυμοῦσι [f] πρὸς τὴν ἔξοδον. [g] Ἀλλ' ὅμως, ἔφη, ἐγώ σοι συμβουλεύω ἐξελθεῖν μὲν ὡς πορευσόμενον· ἐπειδὰν δ' ἔξω γένηται τὸ στράτευμα, τότε ἀπαλλάττεσθαι. Ταῦτα τοίνυν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ἐλθόντες πρὸς Ἀναξίβιον διαπραξόμεθα οὕτως. Ἐλθόντες ἔλεγον ταῦτα.

Exin milites universi in Byzantium trajiciunt; et stipendium quidem iis non dabat Anaxibius: at præconis voce edixit, ut sumptis armis vasísque milites *oppido* excederent, quasi eos dimittere simul et numerum inire vellet. Hìc graviter ferebant milites se non habere pecuniam, quâ commeatum ad iter redimerent, atque adeò segniter vasa colligebant.

Ac Xenophon Cleandro *Byzantii* præfecto hospitio junctus, adiit eum et salutavit, quasi qui jam jam *indè* soluturus esset. At ille dicit ei, Nè feceris hoc: sin aliter, inquit, culpâ teneberis; cùm nunc etiam tibi jam culpæ dent nonnulli, quòd non celeritèr *sed ex oppido velut* rependo egreditur exercitus. Et *Xenophon*, At ego certè quidem, ait, ejus *rei* non sum auctor; verùm milites ipsi quòd commeatu egeant, nec *quidquam* habeant, idcircò segnibus sunt ad exeundum animis. At ego tamen, inquit *Cleander*, id tibi consilii do ut, quasi proficisci *cum iis* velis, *oppido* exeas: cúmque extra *id* fuerint, tum *demùm* discedas. Hæc ergo, ait Xenophon, ad Anaxibium profecti ità conficiamus. *Ad quem* cùm venissent exponebant ea. Hortatus autem est ille ut

a Ἐκήρυξε] Vide p. 396. n. b.

b Καὶ ἀριθμὸν ποιήσων.] Vide p. 304. n. g.

c Τῷ ἁρμοστῇ ξένος] Vide p. 411. n. b. Sub finem libri sexti pag. 418. dixerat de seipso Noster et Cleandro, καὶ ξενίαν συνεβάλοντο. Adi p. 93. n. e.

d Εἰ δὲ μὴ,] Vide p. 352. n. e.

e Ἐπισιτισμοῦ] *Hesych.* Ἐπισιτισμὸν, ἐφοδιασμόν.

f Πρὸς τὴν ἔξοδον.] Vide pag. 297. n. h.

g Ἀλλ' ὅμως, &c.] Ità edit. *Steph.* et *Leunclav.* In *Flor.* aliísque libris legitur Ἀλλ' ὁ μὲν ἔφη &c.

Ὁ δ᾽ ἐκέλευσεν οὕτω ποιεῖν, [a] καὶ τὴν ταχίστην ἐξιέναι συνεσκευασμένους· καὶ [b] προσανειπεῖν, ὃς ἂν μὴ παρῇ [c] εἰς τὴν ἐξέτασιν καὶ τὸν ἀριθμὸν, ὅτι [d] αὐτὸς αὑτὸν αἰτιάσεται. [e] Ἐντεῦθεν ἐξῄεσαν οἵ τε στρατηγοὶ πρῶτον, καὶ οἱ ἄλλοι. Καὶ ἤδη τε πάντες πλὴν ὀλίγων ἔξω ἦσαν, καὶ Ἐτεόνικος εἱστήκει παρὰ τὰς πύλας, ὡς, ὁπόταν ἔξω γένωνται πάντες, ἀποκλείσων τὰς πύλας, καὶ τὸν μοχλὸν ἐμβαλῶν.

Ὁ δὲ Ἀναξίβιος, συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς λοχαγοὺς, [f] ἔλεγε, Τὰ μὲν ἐπιτήδεια, ἔφη, λαμβάνετε ἐκ τῶν Θρᾳκίων κωμῶν· (εἰσὶ δὲ αὐτόθι πολλαὶ κριθαὶ καὶ πυροὶ, καὶ τἄλλα τὰ ἐπιτήδεια) λαβόντες δὲ πορεύεσθε εἰς τὴν Χεῤῥόνησον, ἐκεῖ δὲ Κυνίσκος ὑμῖν μισθοδοτήσει. Ἐπακούσαντες δέ τινες τῶν στρατιωτῶν ταῦτα, ἢ καὶ τῶν λοχαγῶν τις, [g] διαγγέλλει εἰς τὸ στράτευμα. Καὶ οἱ μὲν στρατηγοὶ ἐπυνθάνοντο περὶ τοῦ Σεύθου, πότερα πολέμιος εἴη ἢ φίλος· καὶ πότερα [h] διὰ τοῦ ἱεροῦ ὄρους δέοι πορεύεσθαι, ἢ κύκλῳ διὰ μέσης τῆς Θρᾴκης.

ità facerent, ac quamprimùm collectis vasis exirent *copiæ;* atque insuper denuntiandum curarent futurum, ut is qui recensui *agendo* numeróque ineundo non interfuerit, seipsum culpâ oneret. Mox deinde duces primùm exiêrunt, ac *posteà* cæteri. Jámque adeò omnes, præter paucos, extra oppidum erant, et Eteonicus ad portas stabat, ut, cùm egressi essent omnes, portas occluderet, ac pessulum obderet.

Anaxibius autem, convocatis ducibus et cohortium præfectis, Commeatus, inquit, è vicis Thraciis sumite; (est ibi utique multum hordei triticíque, et aliæ res necessariæ) *quos* cùm sumpseritis in Cherronesum pergite, atque illic Cyniscus stipendium vobis numerabit. Hæc cùm fortè audîssent militum nonnulli, vel è cohortium etiam præfectis aliquis ad exercitum effert. Et duces quidem de Seuthe percontabantur, utrùm hostis esset an amicus: ac utrùm iter per montem sacrum sit faciendum, an circulatim per mediam Thraciam.

a Καὶ τὴν ταχίστην] Vide p. 238. n. b.

b Προσανειπεῖν,] In lexicis non comparet.

c Εἰς τὴν ἐξέτασιν] Vide p. 304. n. g.

d Αὐτὸς αὑτὸν &c.] Sic *Steph.* et *Leunclav.* In edit. vet. scribitur αὐτὸς αὐτον &c.

e Ἐντεῦθεν] Vide p. 407. n. b.

f Ἔλεγε, Τὰ μὲν — ἔφη,] Vide p. 374. n. d.

g Διαγγέλλει εἰς &c.] Eadem est loquendi ratio, quæ reperitur Joh. VIII. 26. — ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον. Frustrà itaque fuit Cl. *Millius* Prolegom. N. Test. pag. 21. cùm hanc quoque phrasin Solœcismis suis adnumeravit.

h Διὰ τοῦ ἱεροῦ &c.] *Scholiast.* ad *Apollon. Rhod.* Argon. lib. 2. v. 1017. adnotatis de monte sacro, cujus meminit Noster p. 274. addit, ἔστι καὶ ἄλλο ἱερὸν ὄρος Θρᾴκης.

[a] Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα διελέγοντο, [b] οἵ γε στρατιῶται ἀναρπάσαντες τὰ ὅπλα [c] θέουσι δρόμῳ πρὸς τὰς πύλας, ὡς πάλιν [d] πρὸς τὸ τεῖχος εἰσιόντες. Ὁ δὲ Ἐτεόνικος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ὡς εἶδον προσθέοντας τοὺς ὁπλίτας, συγκλείουσι τὰς πύλας, καὶ τὸν μοχλὸν ἐμβάλλουσιν. Οἱ δὲ στρατιῶται ἔκοπτον τὰς πύλας, καὶ ἔλεγον ὅτι ἀδικώτατα πάσχοιεν ἐκβαλλόμενοι εἰς τοὺς πολεμίους· καὶ κατασχίσειν τὰς πύλας ἔφασαν, εἰ μὴ ἑκόντες ἀνοίξουσιν. Ἄλλοι δ' [e] αὐτῶν ἔθεον παρὰ τὴν θάλατταν, καὶ [f] παρὰ τὴν χηλὴν τοῦ τείχους [g] ὑπερβάλλουσιν εἰς τὴν πόλιν· ἄλλοι δ' οἳ ἐτύγχανον [h] ἔνδον ὄντες τῶν στρατιωτῶν, ὡς ὁρῶσι τὰ ἐπὶ ταῖς πύλαις πράγματα, διακόψαντες ταῖς ἀξίναις τὰ κλεῖθρα, ἀναπεταννύουσι τὰς πύλας· οἱ δ' εἰσπίπτουσιν.

Ὁ δὲ Ξενοφῶν, ὡς εἶδε τὰ γιγνόμενα, δείσας μὴ ἐφ' ἁρπαγὴν τράποιτο τὸ στράτευμα, καὶ ἀνήκεστα κακὰ γένοιτο τῇ πόλει, καὶ αὐτῷ, καὶ τοῖς στρατιώταις, ἔθει, καὶ συνεισπίπτει εἴσω τῶν πυλῶν σὺν τῷ ὄχλῳ. Οἱ δὲ Βυζάντιοι, ὡς εἶδον τὸ στράτευμα βίᾳ εἰσπῖπτον, φεύγουσιν ἐκ τῆς

Dum illi de his inter se colloquebantur, milites correptis armis cursu ad *oppidi* portas tendunt, quasi rursùs intrà muros ingredi vellent. At Eteonicus et qui cum eo *erant*, ut adcurrentes viderunt gravis armaturæ milites, portas occludunt, ac pessulum obdunt. Milites autem portas pulsabant, séque gravissimâ aiebant injuriâ adfici, qui hostibus objicerentur; ac diffissuros se portas aiebant, nisi *eas* sponte suâ aperirent. Ex iis verò alii ad mare currebant, et juxta muri chelen in urbem evadunt: alii de militibus qui intus fortè erant, ut quid ad portas ageretur viderunt, asciis ubi claustra perscidissent, portas patefaciunt: illíque *adeò* irrumpunt.

Xenophon, cùm quid accideret videret, veritus nè ad *urbis* direptionem se converteret exercitus, atque *indè* mala gravissima in urbem, et sese, et milites *ipsos* redundarent, currebat *ipse*, et cum turbâ intrà portas unà irruit. At Byzantii, ut vi exercitum *in urbem* irruere viderunt, de foro in naves alii, alii

a Ἐν ᾧ] Adi p. 295. n. b.

b Οἵ γε &c.] Sic legendum conjecit *Steph*. Vulgò, οἵτε &c.

c Θέουσι δρόμῳ] Vide p. 67. n. d.

d Πρὸς τὸ τεῖχος] MS. Eton. εἰς τὸ τεῖχος &c.

e Αὐτῶν] In MSto Eton. deest.

f Παρὰ τὴν χηλὴν] *Schol.* ad *Thucyd.* l. 1. c. 63. Χηλὴ, inquit, καλεῖται οἱ ἔμπροσθεν τοῦ πρὸς θάλασσαν τείχους προβεβλημένοι λίθοι, διὰ τὴν τῶν κυμάτων βίαν, μὴ τὸ τεῖχος βλάπτοιτο· εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἐοικέναι χηλῇ βοός. Sic et *Suid.* ad v. Adde *J. Poll.* l. 1. segm. 102. n. 22.

g Ὑπερβάλλουσιν] MS. Eton. dat. ὑπερβαίνουσιν, ex interpretamento. Vide p. 215. n. e.

h Ἔνδον] Vide p. 254. n.

ἀγορᾶς, οἱ μὲν εἰς τὰ πλοῖα, οἱ δὲ οἴκαδε· ὅσοι δὲ ἔνδον ἐτύγχανον ὄντες, ἔξω· οἱ δὲ καθεῖλκον [a] τὰς τριήρεις, ὡς ἐν ταῖς τριήρεσι σώζοιντο· πάντες δὲ ᾤοντο ἀπολωλέναι, ὡς ἑαλωκυίας τῆς πόλεως. Ὁ δὲ Ἐτεόνικος εἰς τὴν [b] ἄκραν ἀποφεύγει. Ὁ δὲ Ἀναξίβιος καταδραμὼν ἐπὶ τὴν θάλατταν, ἐν ἁλιευτικῷ πλοίῳ περιέπλει εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ εὐθὺς μεταπέμπεται ἐκ Χαλκηδόνος φρουρούς· οὐ γὰρ [c] ἱκανοὶ ἐδόκουν εἶναι οἱ ἐν τῇ ἀκροπόλει σχεῖν τοὺς ἄνδρας.

Οἱ δὲ στρατιῶται ὡς εἶδον τὸν Ξενοφῶντα, προσπίπτουσιν αὐτῷ πολλοὶ, καὶ λέγουσι, Νῦν [d] σοι ἔξεστιν, ὦ Ξενοφῶν, ἀνδρὶ γενέσθαι. [e] Ἔχεις πόλιν, ἔχεις τριήρεις, ἔχεις χρήματα, ἔχεις ἄνδρας τοσούτους. Νῦν, εἰ βούλοιο, σύ τε ἡμᾶς ὀνήσαις, καὶ ἡμεῖς σὲ [f] μέγαν ποιήσαιμεν. Ὁ δὲ ἀπεκρί-

domum fugiunt; ac quotquot intus erant, foras *exeunt:* alii triremes deducebant, ut in triremibus incolumes evaderent: omnes periisse se putabant, tanquam si urbs capta esset. In arcem autem fugit Eteonicus. Et Anaxibius ad mare cùm decurrisset, navigio piscatorio in urbis arcem circumvehebatur, ac statim è Chalcedone præsidiarios *milites* arcessit: neque enim ii, qui erant in arce, virorum *istorum* impetum sustinere posse videbantur.

At milites ubi Xenophontem viderunt, frequentes ad eum adcurrunt, atque *ità* adloquuntur, Nunc tibi licet, Xenophon, virum te præbere. Urbem habes, habes triremes, habes pecuniam, tot viros habes. Nunc, si volueris, et tu nobis utilitatem adferre poteris, et nos te magnum efficere. Respondit ille,

a Τὰς τριήρεις, ὡς ἐν ταῖς &c.] Similiter paulò suprà p. 424. καὶ Ἐτεόνικος εἱστήκει παρὰ τὰς πύλας, ὡς — ἀποκλείσων τὰς πύλας, &c. Apud Latinos usitata est eadem loquendi ratio. Vide sis *Sanct.* Min. l. 2. c. 9.

b Ἄκραν — ἀκρόπολιν,] Prior vox ab *Amasæo* redditur *promontorium*, posterior, *arcem*. Utramque voce *arcem* rectiùs, opinor, *Leunclav.* expressit. *Hesych.* Ἄκρα, ἀκρόπολις. *Tho. Magist.* Οὐ μόνον ἄκρα πόλις ἡ ἀκρόπολις, ἀλλὰ καὶ ἄκρα μόνον. *Phavorin.* Ἄκρα, ἀκρόπολις. Ἄκρα πόλις ἀντὶ τοῦ ἀκρόπολις λέγομεν, καὶ ἄκρα μόνον. Eadem itidem loca Noster verbis diversis designavit suprà p. 321. ubi vide n. a.

c Ἱκανοὶ] Vide p. 411. n. a.

d Σοὶ ἔξεστιν, — ἀνδρὶ γενέσθαι.] Eâdem constructione usus est Noster p. 170. ὡς ἀγαθοῖς τι ὑμῖν προσήκει εἶναι. Et *Plato* de Repub. l. 2. haud ità longè ab init. καὶ αὐτῷ (Gygi) οὕτω συμβαίνειν, στρέφοντι μὲν εἴσω τὴν σφενδόνην, ἀδήλῳ γίγνεσθαι· ἔξω δὲ, δήλῳ. *Aristot.* etiam Ethic. Nicom. l. 3. c. 7. ἐφ' ἡμῖν ἔσται τὸ ἐπιεικέσι καὶ φαύλοις εἶναι. Et *Ælian.* H. V. l. 9. c. 9. Ἔμελλε δὲ αὐτῷ καὶ καλῷ εἶναι &c. Eandem et Latini usurpârunt: *Cicer.* Tusc. Disput. l. 1. c. 15. *Licuit esse otioso Themistocli* — Adde sis *Sanct.* Min. l. 4. c. 12. Cæterùm, de vi vocis ἀνὴρ vide suprà p. 54. n. a.

e Ἔχεις πόλιν, &c.] Sic suprà p. 167. unâ eâdémque voce orationem pulchrè inchoatam vidimus: ubi vide n. d. p. 166. Cæterùm, esse hujusmodi repetitionum apud *Ciceronem* exempla notissimum est.

f Μέγαν] Adi p. 170. n. b.

νατο, Ἀλλ' εὖτε λέγετε, καί ποιήσω ταῦτα. Εἰ δὲ τούτων ἐπιθυμεῖτε, [a] θέσθε τὰ ὅπλα ἐν τάξει ὡς τάχιστα· βουλόμενος αὐτοὺς κατηρεμῆσαι, καὶ αὐτὸς παρηγγύα ταῦτα, καὶ τοὺς ἄλλους ἐκέλευσε παρεγγυᾶν, καὶ τίθεσθαι τὰ ὅπλα. Οἱ δὲ, αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν ταττόμενοι, οἵ τε ὁπλῖται ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ εἰς πεντήκοντα ἐγένοντο, καὶ οἱ πελτασταὶ ἐπὶ τὸ κέρας [b] ἑκάτερον παραδεδραμήκεσαν. Τὸ δὲ χωρίον [c] οἷον κάλλιστον ἐκτάξασθαί ἐστι, τὸ Θρᾴκιον καλούμενον, ἔρημον οἰκιῶν καὶ πεδινόν. Ἐπεὶ δὲ [d] ἔκειτο τὰ ὅπλα, καὶ κατηρεμήθησαν, συγκαλεῖ Ξενοφῶν τὴν στρατιὰν, καὶ λέγει τάδε.

" [e] Ὅτι μὲν ὀργίζεσθε, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, καὶ νομί-
" ζετε δεινὰ πάσχειν ἐξαπατώμενοι, οὐ θαυμάζω. Ἐὰν δὲ
" τῷ θυμῷ χαριζώμεθα, καὶ Λακεδαιμονίους τε τοὺς παρόν-
" τας [f] τῆς ἐξαπάτης τιμωρησώμεθα, καὶ τὴν πόλιν τὴν
" [g] οὐδὲν αἰτίαν διαρπάσωμεν, ἐνθυμήθητε ἃ ἔσται ἐντεῦθεν.

Enimverò rectè loquimini, atque hæc faciam. Verùm si hæc expetitis, quamprimùm in ordine armati consistite: quòd volebat *utique* eos pacare, *ideò* tum ipse cohortatione hâc utebatur, tum alios *duces eâdem* cohortatione uti, atque ut *milites sui* armati consisterent *curare*, jussit. Illi sponte suâ sese instruentes, brevi tempore gravis armaturæ milites in quinquagenos erant dispositi, et peltastæ ad utrumque cornu cursu se receperant. Locus *is*, qui Thracius adpellatur, ad struendam aciem quàm pulcherrimus est, ab ædibus vacuus et campestris. Posteaquam arma ritè disposita, *militès*que pacati erant, Xenophon convocat exercitum, et hâc oratione usus est,

" Vos quidem, milites, irasci, et existimare gravi vos, quippe fraude decep-
" tos, injuriâ adfici, non miror. At iræ si obsequamur, et de Lacedæmoniis
" qui adsunt ob fraudem pœnas sumamus, urbémque nihil culpandum diripia-
" mus, quæ deinde *sequutura* sint apud animos vestros expendite. Hostes

a Θέσθε τὰ ὅπλα] Vide p. 398. n. n. et p. 229. n. a.

b Ἑκάτερον] MS. Eton. edit. *Flor.* aliæque dant ἑκάτεροι. Rectiùs legitur cum *Amas.* et *Leunclav.* ἑκάτερον.

c Οἷον κάλλιστον] Sic suprà p. 277. χωρίον οἷον χαλεπώτατον.

d Ἔκειτο τὰ ὅπλα,] Vide p. 228. n. e.

e Ὅτι μὲν ὀργίζεσθε, ὦ &c.] De artificio hujus orationis vide Clar. *Blackw.* Class. Sacr. v. 1. p. 112. edit. 1. Adde omnino *Chionis* epist. de Byzantio à Xenophonte conservato.

f Τῆς ἐξαπάτης &c.] Supple ἕνεκα: quæ itidem exaudienda est præpositio *Hesiod.* ἔργ. v. 329. Κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχου, &c. *Euripid.* Orest. v. 749. — ἴσως σοὶ θυγατέρος θυμούμενος. *Homer.* Il. γ'. v. 366. Ἦ τ' ἐφάμην τίσεσθαι Ἀλέξανδρον κακότητος. *Eustath.* p. 424. edit. *Rom.* ἤγουν, ἕνεκεν τῆς κακίας. Ἀττικὴν ἔχει ἔλλειψιν. *Isocrat.* Panegyr. p. 73. edit. *Steph.* καὶ πολλῶν μὲν οἱ πατέρες ἡμῶν Μηδισμοῦ θάνατον κατέγνωσαν· i. e. ἕνεκα Μηδισμοῦ.

g Οὐδὲν αἰτίαν] Plenè, κατ' οὐδὲν &c. Similiter *Homer.* Il. α'. v. 153.

—— οὔτι μοι αἴτιοί εἰσιν.

“ Πολέμιοι μὲν ἐσόμεθα ἀποδεδειγμένοι Λακεδαιμονίοις τε καὶ τοῖς συμμάχοις· οἷος δὲ πόλεμος ἂν γένοιτο, εἰκάζειν δὴ πάρεστιν, ἑωρακότας καὶ ἀναμνησθέντας τὰ νῦν δὴ γεγενημένα. Ἡμεῖς γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι [a] εἰσήλθομεν εἰς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς συμμάχους, ἔχοντες τριήρεις, τὰς μὲν ἐν θαλάττῃ, τὰς δ' [b] ἐν τοῖς νεωρίοις, οὐκ ἐλάττους τετρακοσίων, ὑπαρχόντων δὲ πολλῶν χρημάτων ἐν τῇ πόλει, καὶ προσόδου οὔσης κατ' ἐνιαυτὸν [c] ἀπό τε τῶν ἐνδήμων καὶ ἐκ τῆς ὑπερορίας, οὐ μεῖον χιλίων ταλάντων· ἄρχοντές τε τῶν νήσων ἁπασῶν, καὶ ἔν τε τῇ Ἀσίᾳ πόλεις πολλὰς ἔχοντες, καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἄλλας τε πολλάς, καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ Βυζάντιον, ὅπου νῦν ἐσμέν, ἔχοντες, κατεπολεμήθημεν οὕτως, ὡς [d] πάντες ἐπίστασθε. Νῦν δὲ δὴ [e] τί οἰόμεθα παθεῖν, Λακεδαιμονίων μὲν καὶ τῶν Ἀχαιῶν συμμάχων ὑπαρχόντων, Ἀθηναίων δέ, καὶ ὅσοι ἐκείνοις τότε ἦσαν σύμμαχοι, πάντων [f] προσγεγενημένων; Τισσαφέρνους δέ, καὶ τῶν [g] ἐπὶ

“ sanè tum Lacedæmoniis tum sociis *eorum* palàm facti erimus: ac bellum quale futurum sit, jam *iis* licet conjicere, qui et viderunt et memoriâ repetunt *ea*, quæ non ità pridem acciderunt. Nos utique Athenienses bellum adversùs Lacedæmonios *eorúm*que socios suscepimus, cùm in mari alias, alias in navalibus triremes, non pauciores quadringentis haberemus; cúmque magna esset in urbe *nostrâ* pecuniæ copia, esset etiam reditus quotannis tam de civibus quàm de locis exteris, non minùs mille talentorum; *ii-dém*que insulis omnibus imperaremus, et urbes multas in Asiâ teneremus, in Europâ multas etiam alias, atque hoc ipsum *adeò* Byzantium, ubi nunc sumus, teneremus, ità *tamen* debellati sumus, utì nôstis omnes. Jam verò *quid nos* subituros existimamus, cùm Lacedæmonii et Achæi societate juncti sint, cùm *ad hos* Athenienses etiam, et quotquot illis tum erant societate conjuncti, accesserint omnes? cùm Tissaphernes, cæterique barbari omnes

a Εἰσήλθομεν εἰς τὸν &c.] Similiter dicitur *Thucyd.* l. 5. c. 36. ἐς σπονδὰς ἐσελθεῖν. Bellum autem, opinor, vult illud, quod apud Ægos flumen confecit Lysander, classis Atheniensium potitus, anno ante natum Christum 405. Vide sis *C. Nep.* in Lysand. et *Justin.* l. 5. c. 6 et seq. et Nostrum *Hist. Gr.* l. 2. sub init.

b Ἐν τοῖς νεωρίοις,] *Hesych.* Νεώριον, λιμήν. *Harpocrat.* Νεώρια καὶ νεώσοικοι· μή ποτε νεώρια λέγεται ὁ τόπος ἅπας, εἰς ὃν ἀνέλκονται αἱ τριήρεις, καὶ πάλιν ἐξ αὐτοῦ καθέλκονται. *Phavor.* Νεώριον λιμήν· ἤγουν ὁ τόπος ὁ περιέχων τὰ πλοῖα, ἡνίκα ἂν ἑλκυσθῶσι.

c Ἀπό τε τῶν ἐνδήμων &c.] MS. Eton. ἀπό τε τῶν ἐν δήμῳ. Cæterùm, cum ὑπερορίας intellige γῆς vel χώρας. *Hesych.* et *Phavor.* Ὑπερόριος, ἐκτὸς τῶν ὁρίων.

d Πάντες ἐπίστασθε.] MS. Eton. πάντες ὑμεῖς ἐπίστασθε.

e Τί οἰόμεθα] Idem MS. τί ἂν οἰόμεθα &c.

f Προσγεγενημένων;] Edit. vet. προσγεγε-

" θαλάττῃ ἄλλων βαρβάρων πάντων πολεμίων ἡμῖν ὄντων,
" πολεμιωτάτε δ' αὐτῦ [h] τοῦ ἄνω βασιλέως; [i] ὃν ἤλθομεν
" ἀφαιρησόμενοί τε τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀποκτενοῦντες, εἰ δυναί-
" μεθα. [k] Τέτων δὴ πάντων ὁμῦ ὄντων, ἔστι τις ὕτως
" ἄφρων, ὅςτις οἴεται ἂν ἡμᾶς περιγενέσθαι; Μὴ, πρὸς
" θεῶν, μαινώμεθα, μηδὲ αἰσχρῶς ἀπολώμεθα, πολέμιοι
" ὄντες καὶ τοῖς πατράσι, καὶ τοῖς [l] ἡμετέροις αὐτῶν φίλοις
" τε καὶ [m] οἰκείοις. Ἐν γὰρ ταῖς πόλεσιν εἰσὶ πάντες,
" ταῖς ἐφ' ἡμᾶς [n] στρατευσομέναις· καὶ δικαίως· εἰ βάρ-
" βαρον μὲν πόλιν ὐδεμίαν ἠθελήσαμεν κατασχεῖν, [o] καὶ
" ταῦτα, κρατῦντες· Ἑλληνίδα δὲ, εἰς ἣν πρῶτον ἤλθομεν
" πόλιν, ταύτην [p] ἐξαλαπάξομεν. Ἐγὼ μὲν τοίνυν εὔχο-
" μαι, πρὶν ταῦτα ἐπιδεῖν ὑφ' ἡμῶν γενόμενα, μυρίας ἐμέ
" γε κατὰ τῆς γῆς ὀργυιὰς γενέσθαι. Καὶ ὑμῖν συμβυ-
" λεύω, Ἕλληνας ὄντας, τοῖς Ἑλλήνων προεστηκόσι πειθο-
" μένυς πειρᾶσθαι τῶν δικαίων τυγχάνειν. Ἐὰν δὲ μὴ δύ-

" maris adcolæ nobis hostes sint, cum maximè hostili sit in nos animo rex
" ipse superioris Asiæ? quem imperio spoliatum et, si potuissemus, etiam in-
" terfectum venimus. His utique omnibus conjunctis, ecquis tam demens est,
" qui nos superiores evasuros existimet? Nè, per deos, insaniamus, néve tur-
" piter pereamus, dum et patribus, et amicis nostris propinquísque hostes
" reddimur. Nam in *illis hi* sunt omnes civitatibus, quæ bellum nobis illatu-
" ræ sunt; ac jure *sanè:* si nullam quidem urbem barbaram, idque, victoriâ
" potiti, voluerimus occupare; Græcam verò, in quam primùm venimus ur-
" bem, eam vastaverimus. Equidem opto, priusquam hæc à nobis facta vi-
" deam, me sanè decies mille orgyias infra terram esse *detrusum*. Vobis e-
" tiam id consilii dabo ut, cùm Græci sitis, salvo erga eos qui sunt Græco-
" rum principes obsequio, jus obtinere conemini. Quòd si id *obtinere* non

νημένων; quas perperam sequutus est *Amas.* MS. Eton. προγεγιγνημένοι. Legitur etiam, teste *Stephano*, ἀρχαίων. Idem optimè reponendum curavit προσγεγιγνημένων.

g Ἐπὶ θαλάττῃ] Vide p. 29. n. d.

h Τῦ ἄνω βασιλέως;] Vide p. 1. n. a.

i Ὃν ἤλθομεν ἀφαιρησόμενοι] Vide p. 326. n. b.

k Τέτων δὴ πάντων &c.] *Amas.* vertit, *Hæc cùm nobis simul omnia adversentur &c.* Minùs perité. Voces enim istæ respiciunt Lacedæmonios, Achæos, aliósque modò memoratos.

l Ἡμετέροις αὐτῶν] Similiter *Homer.* Il. γ'. v. 180. Δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, *&c.* Eandem loquendi formam usurpâsse Latinos docebit *Sanct.* Min. l. 2. c. 13.

m Οἰκείοις.] Vide p. 182. n. a.

n Στρατευσομέναις·] Hanc scripturam ex MSto Eton. restitui. Vulgò legitur στρατευομέναις.

o Καὶ ταῦτα,] *Æschin.* dial. 2. sect. 13. — πότερον ἐπιμελητέον ἐστὶ τύτε ὡς ὠφελίμυ ὄντος, ἢ ῦ, καὶ ταῦτα, ὑ τῶν &c. Id. dial. 3. sect. 2. — καὶ ταῦτα, ἐφ' ὅσια παρακαλῶν. Adde p. 378. n. b. Heb. XI. 12.

p Ἐξαλαπάξομεν.] Ex poëticis illis est,

« νησθε ταῦτα, ἡμᾶς δεῖ ἀδικουμένους τῆς [a] γοῦν Ἑλλάδος « μὴ στέρεσθαι. Καὶ νῦν μοι δοκεῖ [b] πέμψαντας Ἀνα- « ξιβίῳ εἰπεῖν ὅτι ἡμεῖς οὐδὲν βίαιον ποιήσοντες παρεληλύ- « θαμεν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλ', ἢν μὲν δυνώμεθα, παρ' ὑμῶν « ἀγαθόν τι [c] εὑρίσκεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ δηλώσοντες « ὑμῖν ὅτι οὐκ ἐξαπατώμενοι, ἀλλὰ πειθόμενοι ἐξερχό- « μεθα."

Ταῦτα ἔδοξε· καὶ πέμπουσιν [d] Ἱερώνυμόν τε Ἠλεῖον ἐροῦντα ταῦτα, καὶ Εὐρύλοχον Ἀρκάδα, καὶ Φιλήσιον Ἀχαιόν. Οἱ μὲν ταῦτα ᾤχοντο ἐροῦντες. Ἔτι δὲ [e] καθημένων τῶν στρατιωτῶν, [f] προσέρχεται Κυρατάδης Θηβαῖος, [g] ὃς οὐ φεύγων τὴν Ἑλλάδα περιῄει, ἀλλὰ [h] στρατηγιῶν, καὶ [i] ἐπαγ-

« poteritis, *hoc tamen* nobis, injuriâ licèt adficiamur, curæ esse oportet, « ut nè Græciâ saltem exulemus. Atque hoc tempore censeo missis nuntiis « Anaxibio significandum, non ut vi uteremur ullâ in urbem *hanc* nos rediis- « se, sed ut, si poterimus, commodi aliquid à vobis consequeremur: sin mi- « nùs, ut saltem vobis ostenderemus nos non dolo deceptos, sed parendi « studio excessisse."

Hæc *omnibus* fieri placuit: atque *adeò* mittunt Hieronymum Eleum, qui hæc exponeret, et Eurylochum Arcadem, et Philesium Achæum. Hi quidem hæc ut exponerent abiêrunt. Dum milites *eodem* adhuc *loco* manebant, Cyratades Thebanus *ad eos* accedit, qui non Græciæ exul huc illuc vagabatur,

quibus sæpenumerò utitur Xenophon. In edit. vet. malè scribitur ἐξαλλαπάξομεν.

a Γοῦν Ἑλλάδος μὴ &c.] Suprà p. 411. rem ferè eandem his expressit vocibus, Οὔκουν δεῖ — ἡμᾶς — τῆς Ἑλλάδος ἀποσχίσθαι, &c. Placuit hìc quoque Nostro poëticum adhibere verbum, quo et alibi usus est, pro communi στερεῖσθαι.

b Πέμψαντας &c.] Vide p. 408. n. e.

c Εὑρίσκεσθαι·] Quo sensu venit id verbi *Ælian*. H. V. l. 3. c. 17. καὶ αὐτοὶ σωτηρίαν εὕραντο. Confer Matth. XI. 29. XVI. 25. Luc. I. 30. Apud Latinos similiter *invenire* valet *acquirere*, *consequi*, &c.

d Ἱερώνυμόν τε &c.] Hujus supra meminit p. 161. alterius, p. 228. tertii, p. 165.

e Καθημένων τῶν &c.] *Thucyd*. l. 4. c. 124. ἐβούλετο προϊέναι ἐπὶ τὰς τοῦ Ἀῤῥιβαίου κώμας, καὶ μὴ καθῆσθαι. Schol. Καὶ μὴ καθῆσθαι] ἀργὸς εἶναι. Eadem nonnunquam est apud Latinos vis τοῦ *sedere*.

f Προσέρχεται Κυρατάδης &c.] Mox infrà legimus — καὶ τότε προσελθὼν &c. quâ de repetitione vide p. 411. n. e. Cæterùm, in MSto Eton. scribitur Κοιρατάδης.

g Ὃς οὐ φεύγων τὴν Ἑλλάδα &c.] *Leunclav*. vertit — *qui non exilii causâ per Græciam hinc indè obvagabatur*: habet *Amas*. etiam — *Græciam peragrabat*: utroque peperam, utì mihi quidem videtur, jungente voces τὴν Ἑλλάδα cum περιῄει, quas jure optimo φεύγων sibi vindicat.

h Στρατηγιῶν,] MS. Eton. στρατηγῶν malè. *Hesych*. Στρατηγιᾷν, τὸ ἐπιθυμεῖν τῆς στρατιᾶς. Reposuerim, στρατηγίας. *Suid*. Στρατηγιᾷν, ἐπιθυμεῖν τῆς στρατηγίας, καὶ στρατηγιῶντα, στρατηγίας ὀρεγόμενον.

i Ἐπαγγελλόμενος,] *Phavor*. Ἐπαγγέλλομαι, τὸ ὑπισχνοῦμαι, καὶ ὁμολογῶ. Suid. Ἐπαγγέλλεται· παρακαλεῖ, ἀξιοῖ. Idem, λέγουσι δὲ τὸ ἐπαγγέλλεσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ προστάττειν, ἢ αἰτεῖσθαι: quæ ex *Harpocrat*. sumpsisse videtur.

γελλόμενος, εἴ τις ἢ πόλις ἢ ἔθνος στρατηγῦ δέοιτο· καὶ τότε προσελθὼν ἔλεγεν ὅτι ἕτοιμος εἴη ἡγεῖσθαι αὐτοῖς [a] εἰς τὸ Δέλτα καλούμενον τῆς Θρᾴκης, ἔνθα [b] πολλὰ καὶ ἀγαθὰ λήψοιντο· [c] ἔς τε δ' ἂν μολῶσιν, εἰς ἀφθονίαν παρέξειν ἔφη καὶ σῖτα καὶ ποτά.

Ἀκούϐσι ταῦτα οἱ στρατιῶται, καὶ τὰ παρὰ Ἀναξιϐίϐ ἅμα ἀπαγγελλόμενα· ἀπεκρίνατο γὰρ ὅτι πειθομένοις αὐτοῖς ϐ μεταμελήσει, ἀλλὰ [d] τοῖς τε οἴκοι τέλεσι ταῦτα ἀπαγγελεῖ, καὶ αὐτὸς βϐλεύσοιτο περὶ αὐτῶν ὅ, τι δύναιτο ἀγαθόν. Ἐκ τϐτϐ οἱ στρατιῶται τόν τε Κυρατάδην δέχονται στρατηγὸν, καὶ ἔξω τοῦ τείχϐς ἀπῆλθον. Ὁ δὲ Κυρατάδης [e] συντάσσεται αὐτοῖς εἰς τὴν ὑστεραίαν παρέσεσθαι ἐπὶ τὸ στράτευμα, ἔχων καὶ [f] ἱερεῖα καὶ μάντιν, καὶ σῖτα καὶ ποτὰ τῇ στρατιᾷ. Ἐπεὶ δ' ἐξῆλθον, ὁ Ἀναξίϐιος ἔκλεισε τὰς πύλας, [g] καὶ ἐκήρυξεν ὅτι ὅςτις ἂν [h] ἁλῷ ἔνδον ὢν τῶν στρατιωτῶν, πεπράσεται. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Κυρατάδης

sed muneris imperatorii cupidus, et ultro se offerens, si qua vel civitas vel natio ducis egeret: *iisque adeò ad eos* cùm id temporis accessisset, paratum se esse aiebat ad deducendum eos in *locum* Thraciæ, qui Delta adpellatur, ubi multa bona essent nacturi: ac dum iter facerent, *ipsis* se tum esculenta tum potulenta copiosè suppeditaturum.

Audiunt hæc milites, simúlque ea quæ ab Anaxibio renuntiabantur: *is* enim futurum respondit, ut ipsos obedientiæ nequaquam pœniteret, sed hæc se patriæ magistratibus renuntiaturum, ipsúmque eorum commodo quàm posset optimè consulturum. Tum Cyratadem milites ducem accipiunt et extra muros abiêrunt. Et Cyratades iis constituit postridie se ad exercitum cum animantibus et vate, cum potulentis et esculentis in usum exercitûs, adfuturum. Postquam verò excessissent *urbe*, portas clausit Anaxibius, et per præconem prædicavit fore ut, si quis militum deprehenderetur intùs, vendere-

a Εἰς τὸ — τῆς &c.] Intellige, χωρίον. *Eustath.* ad *Dionys.* v. 242. Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Ξενοφῶν ἱστορεῖ καὶ τῆς Θρᾴκης τόπον εἶναί τινα Δέλτα καλύμενον.

b Πολλὰ καὶ ἀγαθὰ] Vide p. 390. n. i.

c Ἔς τε δ' ἂν μολῶσιν,] Sic MS. Eton. edit. *Flor.* aliæque: at *Steph.* et *Leunclav.* malè dederunt -- πολῶσιν. *Hesych.* et *Phavor.* Μολεῖν, ἔρχεσθαι, τρέχειν, ἐλθεῖν, δραμεῖν. *Sophoc.* Ajac. v. 713. Μολὼν ἄναξ Ἀπόλλων

Ὁ &c. Ibid. v. 1202. -- ἵστ' ἐγὼ μόλω, &c.

Τάφυ &c.

d Τοῖς τε οἴκοι τέλεσι] Lege p. 139. n. d.

e Συντάσσεται] MS Eton. συντίθενται, ex interpretamento. In eodem MSto locus sic legitur, ἐκ τϐτϐ οἱ στρατιῶται τόν τε Κυρατάδην συντίθενται αὐτοῖς εἰς τὴν &c. iis omnibus omissis, quæ inter Κυρατάδην et συντάσσεται apud alios libros reperiuntur.

f Ἱερεῖα,] Adi p. 396. n. e.

g Καὶ ἐκήρυξεν] Vide p. 423. n. a.

h Ἁλῷ ἔνδον] Vide p. 255. n. a. et p. 425. n. h.

μὲν ἔχων τὰ ἱερεῖα καὶ τὸν μάντιν, ἧκε· καὶ ἄλφιτα φέροντες εἵποντο αὐτῷ εἴκοσιν ἄνδρες, καὶ ἄλλοι οἶνον εἴκοσιν ἄνδρες, καὶ ἐλαιῶν τρεῖς, καὶ σκορόδων εἷς ἀνὴρ ὅσον ἐδύνατο μέγιστον φορτίον, καὶ ἄλλος κρομμύων. Ταῦτα δὲ [a] καταθέμενος ὡς ἐπὶ [b] δάσμευσιν, ἐθύετο.

Ξενοφῶν δὲ μεταπεμψάμενος Κλέανδρον, ἐκέλευέν οἱ διαπρᾶξαι ὅπως εἰς τὸ τεῖχός τε εἰσέλθοι, καὶ ἀποπλεύσαι ἐκ Βυζαντίου. Ἐλθὼν δὲ Κλέανδρος, Μάλα μόλις, ἔφη, διαπραξάμενος ἥκω· λέγειν γὰρ Ἀναξίβιον ὅτι οὐκ ἐπιτήδειον εἴη τοὺς μὲν στρατιώτας πλησίον εἶναι τοῦ τείχους, Ξενοφῶντα δὲ ἔνδον· τοὺς Βυζαντίους δὲ στασιάζειν καὶ πονηροὺς εἶναι πρὸς ἀλλήλους· ὅμως δὲ εἰσιέναι, ἔφη, ἐκέλευσεν, [c] εἰ μέλλει σὺν ἑαυτῷ ἐκπλεῖν. Ὁ μὲν οὖν Ξενοφῶν ἀσπασάμενος τοὺς στρατιώτας, εἴσω τοῦ τείχους ἀπῄει σὺν Κλεάνδρῳ.

Ὁ δὲ Κυρατάδης τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ οὐκ ἐκαλλιέρει, οὐδὲ διεμέρισεν οὐδὲν τοῖς στρατιώταις· τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὰ μὲν ἱερεῖα εἱστήκει παρὰ τὸν βωμὸν, καὶ Κυρατάδης [d] ἐστεφανωμένος, ὡς θύσων· προσελθὼν δὲ Τιμασίων ὁ Δαρδανεὺς, καὶ Νέων ὁ [e] Ἀσιναῖος, καὶ Κλεάνωρ ὁ Ὀρχομένιος,

tur. Postridie Cyratades cum animantibus et vate venit: atque eum viri sequebantur viginti, qui farinam, et viginti alii qui vinum, tres item qui olearum sarcinam, *quam potuêre maximam*, gestabant, ac unus alliorum sarcinam, cæparum item alius, quàm maximam potuit, *portabat*. Hæc ubi tanquam *in singulos* dividenda deponi jussisset, sacra facere instituit.

At Xenophon cùm ad se Cleandrum arcessîsset, hortatur *id* sibi impetraret ut intra muros ingrederetur, et è Byzantio solveret. Cleander ubi rediisset, Ægrè admodum, inquit, re impetratâ venio: dicere enim *aiebat* Anaxibium minimè commodum esse, milites haud procul à muris esse, Xenophontem intùs; Byzantios autem seditiosè se gerere sibíque invicem infestos esse: sed tamen, inquit, introire jussit, si *quidem* secum *inde* enavigare velit. Quare Xenophon, militibus salutatis, cum Cleandro intra muros ingressus est.

At Cyratades primo quidem die *hostiis cæsis* non litavit, neque *adeò* quidquam militibus distribuit: postridie ad aram stabant victimæ, Cyratadésque coronâ redimitus, ut qui sacra facturus esset: at *eum* cùm adiisset Timasion Dardanus, Neon etiam Asinensis, et Cleanor Orchomenius, Cyra-

a Καταθέμενος] Respice p. 24. n. d.

b Δάσμευσιν,] *Steph.* ad hanc vocem citat tantùm *Hesychium:* nè hunc quidem *Constant.*

c Εἰ μέλλει &c.] MS. Eton. εἰ μέλλει σὺν αὐτῷ &c. Perperam.

d Ἐστεφανωμένος,] Consule p. 236. n. b.

ἔλεγον Κυρατάδῃ μὴ θύειν, ὡς οὐχ ἡγησόμενον τῇ στρατιᾷ, εἰ μὴ δώσει τὰ ἐπιτήδεια. [f] Ὁ δὲ κελεύει διαμετρεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ πολλῶν ἐνέδει αὐτῷ, ὥςτε ἡμέρας σῖτον ἑκάστῳ γενέσθαι τῶν στρατιωτῶν, ἀναλαβὼν τὰ ἱερεῖα ἀπῄει, καὶ τὴν στρατηγίαν ἀπειπών.

Νέων δὲ ὁ Ἀσιναῖος, καὶ Φρυνίσκος [g] Ἀχαιὸς, καὶ Τιμασίων Δαρδανεὺς [h] ἐπέμενον τῇ στρατιᾷ καὶ εἰς κώμας τῶν Θρᾳκῶν προςελθόντες τὰς κατὰ Βυζάντιον, ἐστρατοπεδεύοντο. Καὶ οἱ στρατηγοὶ ἐστασίαζον, Κλεάνωρ μὲν καὶ Φρυνίσκος πρὸς Σεύθην βουλόμενοι [i] ἄγειν· (ἔπειθε γὰρ αὐτοὺς, καὶ ἔδωκε τῷ μὲν ἵππον, τῷ δὲ γυναῖκα) Νέων δὲ εἰς Χερρόνησον· οἰόμενος, εἰ ὑπὸ Λακεδαιμονίοις [k] γένοιτο, παντὸς ἂν προεστάναι τοῦ στρατεύματος. Τιμασίων δὲ προυθυμεῖτο πέραν εἰς τὴν Ἀσίαν πάλιν διαβῆναι, οἰόμενος ἂν οἴκαδε κατελθεῖν. Καὶ οἱ στρατιῶται ταῦτα ἐβούλοντο. Διατριβομένου δὲ τοῦ χρόνου, πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν, [l] οἱ μὲν, τὰ ὅπλα ἀποδιδόμενοι κατὰ τοὺς χώρους, ἀπέπλεον ὡς

tadi interdicebant nè sacrificaret, quippe qui exercitui præfuturus non esset, nisi commeatus dederit. Tum ille *omnia* certâ mensurâ distribui jubet. Cùm autem ei multa abessent, ut militum cuique *unius duntaxat* diei victus suppeteret, receptis animantibus, abivit, abdicato etiam munere imperatorio.

Neon autem Asinensis, et Phryniscus Achæus, et Timasion Dardanus apud exercitum permansêre, progressique Thracum in vicos ad Byzantium versùs *sitos*, castra sunt metati. Atque *ibi tum* duces inter se dissidebant, volentibus Cleanore ac Phrynisco ad Seuthen *copias* ducere; (nam hos *ille ut ità vellent* adduxerat, cùm uni equum utique dedisset, fœminam alteri) Neone verò in Cherronesum; quòd futurum existimaret ut, si in ditionem Lacedæmoniorum venisset, copiis universis *ipse* præesset. At Timasion ulteriùs in Asiam rursùs trajicere vehementer cupiebat, ratus *hâc* se *ratione* in patriam redire posse. Milites etiam id *fieri* volebant. Dum autem terebatur tempus, ex militibus multi, armis per agros distractis, *indè*, utì *sanè* poterant,

e Ἀσιναῖος,] Pro quo invenitur etiam scriptum, teste *Steph.* Ἀθηναῖος.

f Ὁ δὲ κελεύει διαμετρεῖσθαι.] In MSto Eton. desunt omnia.

g Ἀχαιὸς, καὶ Τιμασίων &c.] MS. Eton. habet — Ἀχαιὸς, καὶ Φιλήσιος Ἀχαιὸς, καὶ Ξανθικλῆς Ἀχαιὸς, καὶ Τιμασίων &c.

h Ἐπέμενον — προςελθόντες τὰς] In MSto Eton. legitur ἐπόμενοι — προελθόντες κατὰ &c. sine articulo. Ac προελθόντες quidem, pro προςελθόντες, reponendum, haud malè statuit olim *Leunclavius*.

i Ἄγειν·] Vide p. 259. n. h.

k Γένοιτο,] MS. Eton. γένοιντο.

l Οἱ μὲν, τὰ ὅπλα ἀποδιδόμενοι &c.] *Muretus* legit οἱ μὲν τὰ ὅπλα ἀποδιδόμενοι ἀπέπλεον, ὡς ἐδύναντο· οἱ δὲ καὶ εἰς τὰς πόλεις κατεμίγνυντο. quæ interjecta sunt delet. Tu vide sis p. 400. n. k.

ἐδύναντο· οἱ δὲ, καὶ διδόντες τὰ ὅπλα κατὰ τοὺς χώρους, εἰς τὰς πόλεις κατεμίγνυντο. Ἀναξίβιος δ' ἔχαιρεν ἀκούων διαφθειρόμενον τὸ στράτευμα· τούτων γὰρ γιγνομένων,[a] ᾤετο μάλιστα χαρίζεσθαι Φαρναβάζῳ.

Ἀποπλέοντι δὲ Ἀναξιβίῳ ἐκ Βυζαντίου συναντᾷ Ἀρίσταρχος ἐν Κυζίκῳ, διάδοχος Κλεάνδρῳ, Βυζαντίου δὲ ἁρμοστής· ἔλεγε δὲ καὶ ὅτι ναύαρχος διάδοχος Πῶλος[b] ὅσον οὐ παρείη ἤδη εἰς Ἑλλήσποντον. Καὶ ὁ Ἀναξίβιος τῷ μὲν Ἀριστάρχῳ[c] ἐπιστέλλει, ὁπόσους ἂν εὕροι ἐν Βυζαντίῳ τῶν Κύρου στρατιωτῶν ὑπολελειμμένους, ἀποδόσθαι· ὁ δὲ Κλέανδρος οὐδένα ἐπεπράκει, ἀλλὰ καὶ τοὺς κάμνοντας ἐθεράπευεν, οἰκτείρων, καὶ ἀναγκάζων οἰκίᾳ δέχεσθαι· Ἀρίσταρχος δ' ἐπεὶ ἦλθε τάχιστα οὐκ ἐλάττους τετρακοσίων ἀπέδοτο. Ἀναξίβιος δὲ παραπλεύσας εἰς Πάριον,[d] πέμπει παρὰ Φαρνάβαζον κατὰ τὰ συγκείμενα. Ὁ δ' ἐπεὶ ᾔσθετο Ἀρίσταρχόν τε ἥκοντα εἰς Βυζάντιον ἁρμοστὴν, καὶ Ἀναξίβιον οὐκέτι ναυαρχοῦντα, Ἀναξιβίου μὲν ἠμέλησε, πρὸς Ἀρίσταρχον δὲ[e] διεπράττετό τε τὰ αὐτὰ περὶ τοῦ Κυρείου στρατεύματος, ἅπερ καὶ πρὸς Ἀναξίβιον.

partim navigabant; partim, armis etiam per agros traditis, in oppida incolis immisti se recipiebant. Gaudebat autem Anaxibius, ubi copias dissipari audiisset: nam hæc cùm *ità* fierent, Pharnabazo *se* maximè gratificari putabat.

At Anaxibio è Byzantio solventi obviam venit apud Cyzicum Aristarchus, Cleandro successor *constitutus*, ac Byzantii præfectus: aiebat autem Polum, qui in navarchi munus etiam successerat, tantùm non ad Hellespontum jam adesse. Et Anaxibius Aristarchum jubet *eos* vendere Cyri milites, quotcunque in Byzantio relictos reperiret: Cleander certè neminem *eorum* vendiderat; imò etiam ægros curaverat, cùm miseraretur *eos*, et *cives* domo excipere cogeret: at Aristarchus quamprimùm Byzantium venit, non pauciores quadringenis vendidit. Anaxibius autem in Parium cùm navigâsset, ad Pharnabazum mittit secundùm pacta. Is verò ubi animadvertit Aristarchum præfecturâ auctum Byzantium venire, nec Anaxibium ampliùs navarchi fungi munere, Anaxibium sanè neglexit, et cum Aristarcho de Cyri copiis ea ipsa transegit, quæ *priùs* cum Anaxibio *transegerat*.

a Ὤιετο — χαρίζεσθαι] *Leunclav.* vertit, *gratificaturum se* &c. quasi legisset ᾤετο — χαριεῖσθαι, vel ᾤετο — ἂν χαρίζεσθαι. Vide sis p. 30. n. d.

b Ὅσον οὐ] *Thom. Magist.* Οὐ μόνον, Ὅσον οὔπω πάρεστι, φαμὲν, ἀλλὰ καὶ ὅσον οὐ πάρεστιν· ὡς Θουκυδίδης· ἀγγέλλεται αὐτοῖς τὰς ἐκ Πελοποννήσου ναῦς ὅσον οὐ [illegible] Exstant verba *Thucyd.* l. 8. c. 26. ubi tamen pro ὅσον οὐ legitur ὅσον οὐ.

c Ἐπιστέλλει,] Adi p. 307. n. h.

d Πέμπει — κατὰ &c.] I. e. *Stephano*

Ἐκ τούτου δὴ Ἀναξίβιος καλέσας Ξενοφῶντα, κελεύει [f] πάσῃ τέχνῃ πλεῦσαι ἐπὶ τὸ στράτευμα ὡς τάχιστα, καὶ συνέχειν τε [g] τὸ στράτευμα, καὶ συναθροίζειν τῶν διεσπαρμένων ὡς ἂν πλείστους δύνηται, καὶ παραγαγόντα εἰς Πέρινθον, διαβιβάζειν εἰς τὴν Ἀσίαν ὅτι τάχιστα· καὶ δίδωσιν αὐτῷ τριακόντορον καὶ ἐπιστολὴν, καὶ ἄνδρα συμπέμπει κελεύσοντα τοὺς Περινθίους ὡς τάχιστα Ξενοφῶντα [h] προπέμψαι τοῖς ἵπποις ἐπὶ τὸ στράτευμα. Καὶ ὁ μὲν Ξενοφῶν διαπλεύσας ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸ στράτευμα· οἱ δὲ στρατιῶται ἐδέξαντο ἡδέως, καὶ εὐθὺς εἵποντο ἄσμενοι, ὡς διαβησόμενοι ἐκ τῆς Θρᾴκης εἰς τὴν Ἀσίαν.

Ὁ δὲ Σεύθης ἀκούσας ἥκοντα πάλιν Ξενοφῶντα, πέμψας πρὸς αὐτὸν κατὰ θάλατταν Μηδοσάδην, ἐδεῖτο τὴν στρατιὰν ἄγειν πρὸς ἑαυτόν· ὑπισχνούμενος αὐτῷ ὅ, τι ᾤετο λέγων [i] πείσειν. Ὁ δ' ἀπεκρίνατο αὐτῷ ὅτι οὐδὲν οἷόν τε εἴη τούτων γενέσθαι. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀκούσας ᾤχετο. Οἱ δ' Ἕλληνες ἐπεὶ ἀφίκοντο εἰς Πέρινθον, Νέων μὲν ἀποσπάσας, ἐστρατοπεδεύσατο χωρὶς, ἔχων ὡς ὀκτακοσίους ἀνθρώ-

Ibi tum Anaxibius arcessito Xenophonte, hortatur *eum* ut omni artificio quàm celerrimè ad exercitum naviget, copiásque contineat, et ex iis qui hinc indè sparsi erant quàm possit plurimos colligat, *eós*que eùm Perinthum deduxerit, in Asiam quàm citissimè transportet: ei dat etiam triginta remorum navem et epistolam, unáque virum *cum eo* mittit qui Perinthiis præciperet, ut Xenophontem equis quamprimùm ad exercitum deducerent. Atque Xenophon navi transvectus venit ad exercitum; militésque *eum* cum voluptate exceperunt, ac statim libenter sequebantur, utpote è Thraciâ in Asiam trajecturi.

At Seuthes posteaquam Xenophontem rursùs venisse audiisset, misso ad eum per mare Medosade, rogabat ut ad se copias duceret; cùm *simul* ei promissa faceret, quibus factis se *id* persuasurum putabat. Ei respondit *Xenophon* eorum nihil fieri posse. Et is quidem his auditis abiit. Græci autem cùm Perinthum pervenissent, Neon *suis ab exercitu* abstractis, castra seorsum

exponente, *misit ad Pharnabazum pro iis, quæ pollicitus erat, obtinendis.* Vel, *ut is, quæ pollicitus erat, præstaret.*

e Διαπράττετό τι] Mavult *Muret.* διέπραττε τότε. *Steph.* quoque vel τι expungendum, vel legendum διέπραττε τότε, monet. Cæterùm, vide sis p. 421.

f Πάσῃ τέχνῃ πλεῦσαι] In MSto. Eton. reperitur πάσῃ τέχνῃ καὶ μηχανῇ πλεῦσαι &c. quas quidem voces similiter conjunctas videre est *Thucyd.* l. 5. c. 18. μήτε τέχνῃ, μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ.

g Τὸ στράτευμα,] Sic MS. Eton. edit. vet. et *Leunclav.* At in *Steph.* legitur συνέχειν τε αὐτὸ καὶ &c. Sed de iteratâ voce στράτευμα vide p. 414. n. b.

h Προπέμψαι] Pro quo ibidem legitur διαπεράσαι.

i Πείσειν.] Sic rectè libri editi. At in MSto Eton. comparet ποιήσειν.

πους· τὸ δ' ἄλλο στράτευμα πᾶν [a] ἐν τῷ αὐτῷ παρὰ τὸ τεῖχος τῶν Περινθίων ἦν.

Μετὰ ταῦτα Ξενοφῶν μὲν ἔπραττε περὶ πλοίων, ὅπως ὁτιτάχιστα διαβαῖεν εἰς τὴν Ἀσίαν. [b] Ἐν δὲ τούτῳ ἀφικόμενος Ἀρίσταρχος ἐκ Βυζαντίου ἁρμοστὴς, ἔχων δύο τριήρεις, πεπεισμένος ὑπὸ Φαρναβάζου, τοῖς τε ναυκλήροις ἀπεῖπε μὴ διάγειν· [c] ἐλθών τε ἐπὶ τὸ στράτευμα, εἶπε τοῖς στρατιώταις, μὴ περαιοῦσθαι εἰς τὴν Ἀσίαν. Ὁ δὲ Ξενοφῶν [d] ἔλεγεν ὅτι Ἀναξίβιος ἐκέλευσε, καὶ ἐμὲ πρὸς τοῦτο ἔπεμψεν ἐνθάδε. Πάλιν δ' Ἀρίσταρχος ἔλεξεν, Ἀναξίβιος μὲν οὐκ ἔστι ναύαρχος, ἐγὼ δὲ [e] τῇδε ἁρμοστής· εἰ δέ τινα ὑμῶν λήψομαι, ἐν τῇ θαλάττῃ καταδύσω. Ταῦτα εἰπὼν, ᾤχετο εἰς τὸ τεῖχος. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ μετεπέμπετο τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς τοῦ στρατεύματος. Ἤδη δὲ ὄντων πρὸς τῷ τείχει, ἐξαγγέλλει τις τῷ Ξενοφῶντι ὅτι, εἰ εἴσεισι, συλληφθήσεται, καὶ ἢ αὐτοῦ τι πείσεται, ἢ καὶ Φαρναβάζῳ παραδοθήσεται. Ὁ δὲ, ἀκούσας ταῦτα, αὐτοὺς μὲν προπέμπεται, αὐτὸς δ' εἶπεν ὅτι [f] θῦσαί τι βούλοι-

habebat, cum octingentis ferè hominibus: reliquæ copiæ omnes *loco* eodem propter Perinthiorum mœnia erant *constituta*.

Secundùm hæc de navigiis agebat Xenophon, utì quamprimùm in Asiam trajicerent. Intereà verò cùm Aristarchus præfectus è Byzantio venisset, duabus cum triremibus, à Pharnabazo persuasus, naucleris nè *quemquam* transportarent interdixit; et ad exercitum profectus, militibus edixit, nè *quis in* Asiam trajiceret. At Xenophon aiebat Anaxibium *id sibi* mandâsse; *méque adeò, inquit idem*, hâc de causâ huc misit. Retulit autem *hæc* Aristarchus, Anaxibius non est navarchus, ego verò hoc in loco munere fungor præfecti: quòd si quem vestrûm cepero, mari demergam. Hæc ubi dixisset, in oppidum discessit. Postridie duces *idem* et cohortium in exercitu præfectos *ad se* arcessivit. Cúmque jam prope ab oppido abessent, exponit quidam Xenophonti futurum ut, si introiret, comprehenderetur, et vel isthic aliquid *supplicii* perferret, vel etiam Pharnabazo traderetur. Ille, hæc ubi audisset, eos quidem deducit, sese verò aiebat velle sacrum aliquod facere. Atque

a Ἐν τῷ αὐτῷ] Vide p. 385. n. b.

b Ἐν δὲ τούτῳ] Vide p. 339. n. c. Cæterùm, εἰς τὴν Ἀσίαν, quæ modò præcesserant, in MSto Eton. desunt.

c Ἐλθών τε] Sic rectè MS. Eton. In editis legitur ἐλθὼν δὲ &c. *Steph.* etiam τε pro δὲ reponi voluit. Pro μὴ διάγειν, quæ in cæteris libris exstant, in MSto eodem legimus μηδὲν ἄγειν.

d Ἔλεγεν ὅτι — καὶ ἐμὲ &c.] De transitione hâc vide p. 330. n. a.

e Τῇδε] *Phavor.* Τῇδε, ἀντὶ τοῦ ἐνταῦθα (scrib. ἐνθάδε) λέγουσιν Αἰολεῖς. *Moschop.* Τῇδε, ἀντὶ ἐνταῦθα.

f Θῦσαί τι — ἐθύετο εἰ &c.] Consule p. 393. n. n. et p. 374. n. f.

το. Καὶ ἀπελθὼν ἐθύετο εἰ προεῖεν [a] αὐτὸν οἱ θεοὶ πειρᾶσθαι πρὸς Σεύθην ἄγειν τὸ στράτευμα· ἑώρα γὰρ οὔτε διαβαίνειν ἀσφαλὲς ὄν, τριήρεις ἔχοντος τοῦ κωλύσοντος· οὔτ' εἰς Χερρόνησον ἐλθὼν κατακλεισθῆναι ἐβούλετο, καὶ τὸ στράτευμα ἐν [b] πολλῇ σπάνει πάντων γενέσθαι· ἔνθα δὴ πείθεσθαι μὲν ἀνάγκη τῷ ἐκεῖ ἁρμοστῇ, τῶν δὲ ἐπιτηδείων οὐδὲν ἔμελλεν ἕξειν τὸ στράτευμα.

Καὶ ὁ μὲν ἀμφὶ ταῦτα εἶχεν· οἱ δὲ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ ἥκοντες παρὰ τοῦ Ἀριστάρχου, ἀπήγγελλον ὅτι νῦν μὲν ἀπιέναι σφᾶς κελεύει, τῆς δείλης δὲ ἥκειν· [c] ἔνθα καὶ δήλη μᾶλλον ἐδόκει εἶναι ἡ ἐπιβουλή. Ὁ οὖν Ξενοφῶν, ἐπεὶ ἐδόκει [d] τὰ ἱερὰ γενέσθαι καὶ ἑαυτῷ καὶ τῷ στρατεύματι, ἀσφαλῶς πρὸς Σεύθην ἰέναι, παραλαβὼν Πολυκράτην τὸν Ἀθηναῖον λοχαγὸν, καὶ παρὰ τῶν στρατηγῶν ἑκάστου ἄνδρα ([e] πλὴν παρὰ Νέωνος) ᾧ ἕκαστος ἐπίστευεν, ᾤχετο [f] τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὸ Σεύθου στράτευμα ἑξήκοντα στάδια. Ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦσαν αὐτοῦ, ἐπιτυγχάνει [g] πυροῖς ἐρήμοις· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ᾤετο μετακεχωρηκέναι ποι τὸν

adeò cùm discessisset, per exta quærebat permitteréntne sibi dii, id operam daret, ut ad Seuthen exercitum duceret: videbat enim neque tutum esse trajicere, cùm is, qui prohibiturus esset, triremes haberet; neque in Cherronesum profectus *istic* concludi volebat, et in magnâ rerum omnium penuriâ exercitum versari: ubi sanè loci istius præfecto parere necesse *foret*, cùm *tamen* commeatum nihil habiturus esset exercitus.

Atque his quidem de rebus occupatus erat *Xenophon:* duces autem et cohortium præfecti, ab Aristarcho reversi, renuntiabant jussisse eum, nunc quidem ipsos abire, redire verò sub vesperam: ibi tum insidiæ magìs etiam manifestæ esse videbantur. Itaque Xenophon, ubi exta felicia esse videbantur *atque adeò* tum sibi tum exercitui tutam ad Seuthen profectionem polliceri, adsumpto Polycrate Atheniensi cohortis præfecto, et abs quovis duce (præterquam abs Neone) viro, cui quisque fidebat, noctu ad Seuthæ exercitum contendit, sexaginta *qui* stadia *aberat*. Cúmque ab iis prope abessent, ignes *quosdam* desertos offendit: atque *adeò* primùm Seuthen aliquò secessis-

a Αὐτὸν] MS. Eton. dat. αὐτῷ.

b Πολλῇ] In eodem MSto deest; utì et δὴ, quæ mox sequitur.

c Ἔνθα] Vide p. 183. n. d. Sic suprà sæpissimé.

d Τὰ ἱερὰ γενέσθαι καὶ &c.] Sic rectè in edit. plerisque legitur. MS. Eton. exhibet τὰ ἱερὰ καλὰ εἶναι καὶ &c. Tu vide sis p. 418. n. d.

e Πλὴν παρὰ Νέωνος] Hic utique, referente Nostro p. 435. ἀποσπάσας ἐστρατοπεδεύσατο χωρὶς, &c.

f Τῆς νυκτὸς] Adi p. 387. n. e.

g Πυροῖς ἐρήμοις·] MS. Eton. et edit.

Σεύθην. Ἐπειδὴ δὲ θορύβου τε ᾔσθετο καὶ σημαινόντων ἀλλήλοις τῶν περὶ Σεύθην, κατέμαθεν ὅτι τούτου ἕνεκα τὰ πυρὰ [a] προκεκαυμένα εἴη τῷ Σεύθῃ [b] πρὸ τῶν νυκτοφυλάκων, ὅπως οἱ μὲν φύλακες μὴ ὁρῷντο ἐν τῷ σκότει ὄντες, μήθ' ὅπου εἶεν· οἱ δὲ προσιόντες μὴ λανθάνοιεν, ἀλλὰ διὰ τὸ φῶς καταφανεῖς εἶεν. Ἐπεὶ δὲ ᾔσθετο, προπέμπει τὸν ἑρμηνέα ὃν ἐτύγχανεν ἔχων, καὶ εἰπεῖν κελεύει Σεύθῃ ὅτι Ξενοφῶν πάρεστι, βουλόμενος συγγενέσθαι αὐτῷ. Οἱ δ' ἤροντο, εἰ ὁ Ἀθηναῖος, [c] ὁ ἀπὸ τῦ στρατεύματος. Ἐπειδὴ δ' ἔφη οὗτος εἶναι, ἀναπηδήσαντες [d] ἐδίωκον· καὶ ὀλίγον ὕστερον παρῆσαν πελτασταὶ [e] ὅσον διακόσιοι, καὶ παραλαβόντες Ξενοφῶντα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἦγον πρὸς Σεύθην. Ὁ δ' ἦν [f] ἐν τύρσει μάλα φυλαττόμενος, καὶ ἵπποι περὶ αὐτὴν κύκλῳ ἐγκεχαλινωμένοι· διὰ γὰρ τὸν φόβον τὰς μὲν ἡμέρας ἐχίλυ τοὺς ἵππυς, τὰς δὲ νύκτας [g] ἐφυλάττετο· ἐλέγετο γὰρ καὶ πρόσθεν [h] Τήρης, ὁ τύτυ πρόγονος, ἐν ταύ-

se arbitrabatur. Verùm ubi tumultum sentiebat, militésque Seuthæ sibi invicem *omnia* significantes, intellexit eâ de causâ Seuthen ignes ante nocturnos excubitores accendisse, ut nè conspicerentur excubitores tenebris *utique* tecti, neque quo loco essent *perspici posset:* at illi *contrà*, qui accederent, minimè laterent, sed per *ignium* lucem essent conspicui. *Id* ubi animadvertit, quem fortè tunc habebat interpretem, præmittit, ac dicere Seuthæ jubet, adesse Xenophontem, qui cupiat ipsum convenire. Interrogabant illi, *num is sit* Atheniensis ille, de *Græcorum* exercitu. Illum *ipsum* esse cùm dixisset, exultantes *ad Seuthen* properabant: atque paulò pòst peltastæ *circiter* ducenti aderant, adsumptúmque Xenophontem cum suis ad Seuthen ducebant. Erat is in turri *quâdam, ubi* sibi valde cavebat, equíque *eam* frenati undique *circumstabant:* nam præ metu equos interdiu pascebat, noctu excubias agebat: etenim ferebatur antehac etiam Teres, hujus progenitor, cùm

quædam vet. dant πύργοις ἐρήμοις. Sed πυροῖς in vet. cod. invenit *Steph.* et sequentia lectionem hanc comprobant. Vocat autem (verba sunt *Stephani*) ignes desertos, circa quos nulli custodes erant.

a Προκεκαυμένα εἴη τῷ &c.] Eodem planè modo suprà p. 199. dicitur συνηγμένα ἦν τῷ &c. ubi vide n. d.

b Πρὸ τῶν νυκτοφυλάκων,] Sic MS. Eton. et edit. *Flor.* atque hanc scripturam sententiâ suâ comprobavit *Steph.* In plerisque edit. legitur πρὸς τῶν &c. Vide sis p. 239. n. a. Cæterùm, νυκτοφύλαξ in lexicis non comparet: in iisdem deest etiam προκαίομαι.

c Ὁ ἀπὸ τῦ στρατεύματος.] Idem exstat loquendi genus Matth. XV. 1. Marc. XV. 43. Joh. I. 45. Act. X. 38. et alibi sæpé.

d Ἐδίωκον·] *Phavor.* Διώκειν ἐνίοτε τὸ ἁπλῶς κατὰ σπυδὴν ἐλαύνειν — καὶ ἐπὶ τῦ διελθεῖν.

e Ὅσον] Adi p. 399. n. e.

f Ἐν τύρσει] Vide p. 296. n. g.

g Ἐφυλάττετο·] Vide p. 121. n. d.

h Τήρης, ὁ τύτυ &c.] *Thucyd.* lib. 2. c

τῃ τῇ χώρᾳ πολὺ ἔχων στράτευμα, ὑπὸ τούτων τῶν ἀνδρῶν πολλοὺς ἀπολέσαι, καὶ τὰ σκευοφόρα ἀφαιρεθῆναι· ἦσαν δ' οὗτοι [a] Θυνοὶ, πάντων λεγόμενοι εἶναι μάλιστα νυκτὸς πολεμικώτατοι.

Ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦσαν, ἐκέλευεν εἰςελθεῖν Ξενοφῶντα ἔχοντα δύο, οὓς βούλοιτο. Ἐπειδὴ δὲ ἔνδον ἦσαν, ἠσπάζοντο μὲν πρῶτον ἀλλήλους, καὶ κατὰ τὸν Θρᾴκιον νόμον [b] κέρατα οἴνου προὔπινον· (παρῆν δὲ καὶ Μηδοσάδης τῷ Σεύθῃ, ὅςπερ ἐπρέσβευεν αὐτῷ πάντοσε) ἔπειτα δὲ Ξενοφῶν ἤρχετο λέγειν, [c] Ἔπεμψας πρὸς ἐμὲ, ὦ Σεύθη, εἰς Χαλκηδόνα πρῶτον Μηδοσάδην τουτονὶ, δεόμενός μου συμπροθυμηθῆναι διαβῆναι τὸ στράτευμα ἐκ τῆς Ἀσίας· καὶ ὑπισχνούμενος, εἰ ταῦτα πράξαιμι, εὖ ποιήσειν, ὡς ἔφη Μηδοσάδης οὑτοσί. Ταῦτα εἰπὼν, ἐπήρετο τὸν Μηδοσάδην εἰ ἀληθῆ ταῦτ' εἴποι. Ὁ δ' ἔφη. Αὖθις ἦλθε Μηδοσάδης οὗτος, ἐπεὶ ἐγὼ διέβην πάλιν ἐπὶ τὸ στράτευμα ἐκ Παρίου, ὑπισχνούμενος, εἰ

magnas in hâc ipsâ regione copias haberet, earum complures, ab his ipsis viris *cæsas* amisisse, impedimentísque fuisse exutus: hi autem erant Thyni, qui noctu maximè omnium esse bellicosissimi dicebantur.

Cùm *jam* propiùs accessissent, jussit *Seuthes* Xenophontem cum duobus, quos vellet, ingredi. Posteaquam ingressi essent, primùm se mutuò salutabant, ac more Thracio vini cornua *sibi* propinabant: (aderat autem Seuthæ Medosades quoque, qui ab eo legatus quoquoversus mitti solebat) deinde Xenophon *his* uti verbis cœpit, Medosadem hunc, Seuthe, primùm Chalcedonem ad me misisti, me rogans id operam studiosè unà *tecum* darem, ut exercitus *noster* ex Asiâ trajiceret; additâ etiam *hâc* pollicitatione *te*, si id facerem, gratiam relaturum, utì *quidem* Medosades hic aiebat. Hæc fatus, Medosadem interrogabat num ex veritate hæc proferret. Ille *vera esse* dixit. Rursùs, *inquit Xenophon*, Medosades hic *ad me* venit, posteaquam è Pario ad

29. Ὁ δὲ Τήρης οὗτος (nam hunc, opinor, vult Noster) ὁ τοῦ Σιτάλκου πατὴρ, πρῶτος Ὀδρύσαις τὴν μεγάλην βασιλείαν ἐπιπλέον τῆς ἄλλης Θρᾴκης ἐποίησε. De Sitalcâ nonnihil jam suprà dictum p. 365. n. d.

a Θυνοὶ] MS. Eton. Βιθυνοί.

b Κέρατα οἴνου &c.] *Athen*. lib. 11. c. 7. Κέρας· Τοὺς πρώτους λέγεται τοῖς κέρασι τῶν βοῶν πίνειν· — ὅτι δὲ τοῖς κέρασιν ἔπινον, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ μέχρι νῦν λέγεσθαι, ὅταν συμμίσγωσι τῷ οἴνῳ τὸ ὕδωρ, κεράσαι φάσκοντες· καὶ τὸ ἀγγεῖον δὲ, ἐν ᾧ κιρνᾶται ὁ οἶνος, κρατὴρ, ἀπὸ τοῦ συγκιρνᾶσθαι ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ, ἀπὸ τοῦ κέρατος, οἷον κερατὴρ, ἀπὸ τοῦ εἰς τὸ κέρας ἐγχεῖσθαι τὸ πόμα. Dein (paucis interjectis) pergit, Ξενοφῶν δ' ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς Ἀναβάσεως διηγούμενος τὸ παρὰ τῷ Θρᾳκὶ Σεύθῃ συμπόσιον, γράφει οὕτως· Ἐπεὶ δὲ Ξενοφῶν σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ εἰςῆλθε πρὸς τὸν Σεύθην, ἠσπάζοντο μὲν πρῶτον ἀλλήλους, καὶ μετὰ τὸν Θρᾴκιον νόμον κέρατα οἴνου προὔτεινον. Scrib. προὔπινον. Adde p. 364. n. d. et *Phavorin*. in v. Κέρας.

c Ἔπεμψας — Μηδοσάδην &c.] De quo suprà p. 422. de τουτονὶ vide p. 49. n. b.

ἄγοιμι τὸ στράτευμα πρὸς σὲ, τἄλλα τέ σοι [a] φίλῳ χρήσεσθαι καὶ ἀδελφῷ, [b] καὶ τὰ ἐπὶ θαλάττῃ μοὶ χωρία, ὧν σὺ κρατεῖς, ἔσεσθαι παρὰ σοῦ. Ἐπὶ τούτοις πάλιν ἐπήρετο Μηδοσάδην εἰ ἔλεγε ταῦτα. Ὁ δὲ συνέφη καὶ ταῦτα. Ἴθι νῦν, ἔφη, ἀφήγησαι τούτῳ, τί σοι ἀπεκρινάμην ἐν Χαλκηδόνι. Πρῶτον ἀπεκρίνω [c] ὅτι τὸ στράτευμα διαβήσοιτο εἰς Βυζάντιον, καὶ οὐδὲν τούτου ἕνεκα δέοι τελεῖν οὔτε σοὶ οὔτ' ἄλλῳ· αὐτός τ', ἐπεὶ διαβαίης, ἀπιέναι ἔφησθα· καὶ ἐγένετο οὕτως, ὥσπερ σὺ ἔλεγες. Τί γὰρ ἔλεγον, ἔφη, ὅτε κατὰ [d] Σηλυμβρίαν ἀφίκου; Οὐκ ἔφησθα οἷόν τ' εἶναι, ἀλλ' εἰς Πέρινθον ἐλθόντας διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν. Νῦν τοίνυν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, πάρειμι καὶ ἐγὼ καὶ οὗτος Φρυνίσκος, εἷς τῶν στρατηγῶν, καὶ Πολυκράτης οὗτος, εἷς τῶν λοχαγῶν· καὶ ἔξω εἰσὶν ἀπὸ τῶν στρατηγῶν ὁ πιστότατος ἑκάστῳ, πλὴν [e] Νέωνος τοῦ Λακωνικοῦ. Εἰ οὖν βούλει πιστοτέ-

exercitum iterum trajeci, *simúlque* pollicitus *est*, si copias *Græcas* ad te ducerem, cùm aliis in rebus te pro amico et fratre me habiturum, tum ad mare *sita* oppida, quæ tuâ sunt in potestate, mihi à te *data* fore. Tum rursus Medosadem interrogabat num hæc dixisset. Ille verò et hæc *ità esse* concedebat. Age jam, inquit *Xenophon*, huic narrato, quid apud Chalcedonem tibi responderim. Primùm, *ait*, respondisti in Byzantium trajecturas copias, nec opus esse ut vel tibi vel cuivis alii quidquam hujus *rei* causâ penderet *aliquis*; *té*que ipsum, quamprimùm trajecisses, *ab exercitu* discessurum aiebas: atque ità sanè, uti tu dicebas, evenit. At enim, aiebat *Xenophon*, quid dicebam cùm Selymbriam *ad me* perveniebas? Negabas fieri posse, sed ad Perinthum profectos in Asiam trajicere *debere*. Enimverò, inquit Xenophon, jam et ipse adsum et *mecum unà* Phryniscus hic, ducum unus, et Polycrates hic, cohortium præfectorum unus: sunt foris etiam à ducibus *missi*, *eorum* cuique fidelissimi, præterquam à Neone Laconico. Quare si rem majori fide

a *Φίλῳ χρήσεσθαι*] MS. Eton. *φίλῳ μοι χρήσεσθαι &c.*

b *Καὶ τὰ ἐπὶ θαλάττῃ*] In eodem MSto legimus *καὶ ὅσα παρὰ θαλάττῃ &c.* Adi p. 304. n. e.

c *Ὅτι τὸ στράτευμα* &c.] Vide p. 422 et seq.

d *Σηλυμβρίαν*] MS. Eton. dat *Σαλαβρίαν*. Edit. *Flor.* *Σηλυβρίαν*. De quo loco *Leunclavius* sic: "Ego cùm istic essem, "nec à Turcis, nec ab ipsis Græcis ali"ter hoc oppidum nominari audivi, quàm "*Σηλυβρίαν*, Silyuriam, non Selybriam, "minùs Selymbrian: quod sanè cùm cor"ruptum esse judicem marginibus alte"ram illam scripturam (scil. *Σηλυβρίαν*, "*Selybrian*) adnotavi." Hæc ille. Apud *Ptolem.* quidem l. 3. c. 11. scribitur *Σηλυβρία*. *Strabone* etiam lib. 7. p. 491. interprete, *Σηλυβρία* est ἡ τοῦ Σήλυος πόλις, cùm *βρία* sonet *πόλις*, eodem auctore, *Θρᾳκιστί*. At vulgatam scripturam satis tuentur alii. *Herodot.* lib. 6. c. 33. edit. *Gron.* — *καὶ Σηλυμβρίη τε καὶ* &c. *Steph. Byz.* *Σηλυμβρία πόλις Θρᾴκης· ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Σήλυος. Βρία γὰρ κατὰ Θρᾷκας ἡ πόλις.* Adde *Plin.* H. N. l. 4. c. 11. *Mel.* l. 2. c. 2. *Xen.* Hist. Gr. l. 1. haud longè ab init.

e *Νέωνος τοῦ Λακωνικοῦ.*] Idem *Ἀσιναίου*

ραν εἶναι τὴν πρᾶξιν· καὶ ἐκείνους κάλεσον. Τὰ δὲ ὅπλα σὺ ἐλθὼν εἰπὲ, ὦ Πολύκρατες, ὅτι ἐγὼ κελεύω καταλιπεῖν· καὶ αὐτὸς ἐκεῖ καταλιπὼν τὴν μάχαιραν εἴσιθι.

Ἀκούσας ταῦτα ὁ Σεύθης εἶπεν ὅτι οὐδενὶ ἂν ἀπιστήσειεν Ἀθηναίων· [a] καὶ γὰρ ὅτι συγγενεῖς εἶεν εἰδέναι, καὶ φίλους εὔνους ἔφη νομίζειν. Μετὰ ταῦτα δ' ἐπεὶ εἰσῆλθον οὓς ἔδει, πρῶτον Ξενοφῶν ἐπήρετο Σεύθην, [b] τί δέοιτο χρῆσθαι τῇ στρατιᾷ. Ὁ δ' εἶπεν ὧδε, Μαισάδης ἦν μοι πατὴρ, ἐκείνου δ' ἦν ἀρχὴ [c] Μελανδέπται, καὶ Θυνοὶ, καὶ Θρανίψαι. Ἐκ ταύτης οὖν τῆς χώρας, ἐπεὶ τὰ [d] Ὀδρυσσῶν πράγματα [e] ἐνόσησεν, ἐκπεσὼν ὁ πατὴρ, αὐτὸς μὲν θνήσκει νόσῳ· ἐγὼ δ' ἐξετράφην ὀρφανὸς παρὰ [f] Μηδόκῳ τῷ νῦν βασιλεῖ. Ἐπεὶ δὲ [g] νεανίσκος ἐγενόμην, οὐκ ἐδυνάμην ζῆν εἰς ἀλλοτρίαν τράπεζαν ἀποβλέπων· καὶ ἐκαθεζόμην [h] ἐνδίφριος αὐτῷ ἱκέτης δοῦναί μοι ὁπόσους [i] δυνατὸς εἴη ἄνδρας, ὅπως καὶ τοὺς

vis agi, fac et illi arcessantur. Tu verò, Polycrates, *ad eos* proficiscere dictóque me hortari, ut arma *foris* relinquant; ac ipse gladio illic relicto ingredere.

Hæc cùm Seuthes audiisset, nulli se dixit Atheniensi diffidere: etenim scire se aiebat *eos* esse *sibi* cognatos, atque *adeò* amicos *eos* benevolos *esse* existimare. Secundùm hæc ubi ii, quos oportebat, ingressi fuerant, primùm Seuthen interrogabat Xenophon, quam ad rem exercitûs uti operâ cuperet. In hunc autem ille modum loquutus est, Mæsades mihi pater fuit, ac sub illius imperio erant Melandeptæ, et Thyni, et Thranipsæ. Ex hâc tandem regione, cùm res Odryssarum laborarent, exactus pater, morbo ille quidem interiit: atque ego *parente* orbus apud Medocum, qui nunc rerum potitur, educatus sum. Posteaquam adolevi, non potui *sic* vivere, ut alienam ad mensam *usque* respicerem: atque adeò in sellâ sedebam ei supplex ut mihi daret quot posset viros, quò et eis, qui nos ejecerant, si quod possem, incom-

plerumque dici solet. *Steph.* Byz. Ἀσίνη, πόλις Λακωνικὴ — τὸ ἐθνικὸν, Ἀσιναῖος, καὶ Ἀσινεὺς *&c.* Adi *Indic. Geograph.*

a Καὶ γὰρ ὅτι συγγενεῖς &c.] *Thucyd.* 2. c. 101. Περδίκκας δὲ (scil. Ἀλεξάνδρου) — Στρατονίκην τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν δίδωσι Σεύθῃ, *&c.*

b Τί δέοιτο &c.] Hanc lectionem ex MSto Eton. restitui. Edit. *Flor.* et *Leunclav.* exhibent τί οἴοιτο — *Steph.* ὅ, τι οἴοιτο &c. Eodem illo verbo δέομαι mox infrà utitur Seuthes, dum Xenophontis interrogationi respondet. Vide etiam p. 97. c.

c Μελανδέπται, &c.] MS. Eton. Μελανδῖται — Τρανίξαι.

d Ὀδρυσσῶν] Scribi solet etiam cum simpl. σ.

e Ἐνόσησεν,] *Hesych.* Νοσῶν, (ἃ νοσέω) στασιάζειν. Add. *Jul. Poll.* l. 8. segm. 152. Eandem vim obtinet verbum apud *Demosth.* Phil. 3. haud ità longè ab init. ὡς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσιν ἐν αὐτοῖς.

f Μηδόκῳ] *Leunclav.* legendum suspicatur Ἀμάδοκος.

g Νεανίσκος] Vide p. 96. n. d.

h Ἐνδίφριος] In MSto Eton. edit. *Flor.* aliísque vet. ἐν δίφροις. At in iisdem li-

ἐκβαλόντας ἡμᾶς, εἴ τι δυναίμην, κακὸν ποιοίην, καὶ ζῴην μὴ εἰς τὴν ἐκείνου τράπεζαν ἀποβλέπων, [k] ὥσπερ κύων. Ἐκ τούτου μοι δίδωσι τοὺς ἄνδρας καὶ τοὺς ἵππους, οὓς ὑμεῖς ὄψεσθε, ἐπειδὰν ἡμέρα γένηται. Καὶ νῦν ἐγὼ ζῶ τούτους ἔχων, ληϊζόμενος τὴν ἐμαυτοῦ πατρῴαν χώραν. [l] Εἰ δέ μοι ὑμεῖς παραγένοισθε, οἶμαι ἂν σὺν τοῖς θεοῖς ῥᾳδίως ἀπολαβεῖν τὴν ἀρχήν. Ταῦτ᾽ ἐστὶν, ἃ ἐγὼ [m] ὑμῶν δέομαι.

Τί οὖν ἂν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, σὺ δύναιο, εἰ ἔλθοιμεν, τῇ τε στρατιᾷ διδόναι καὶ τοῖς λοχαγοῖς καὶ τοῖς στρατηγοῖς, λέξον· ἵνα οὗτοι [n] ἀπαγγείλωσιν. Ὁ δὲ ὑπέσχετο τῷ μὲν στρατιώτῃ [o] Κυζικηνὸν, τῷ δὲ λοχαγῷ διμοιρίαν, τῷ δὲ στρατηγῷ τετραμοιρίαν· καὶ γῆν ὁπόσην ἂν βούλωνται, καὶ ζεύγη, καὶ χωρίον ἐπὶ θαλάττῃ τετειχισμένον. Ἂν δ᾽, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ταῦτα [p] πειρώμενος μὴ διαπράξωμαι, ἀλλά τις φόβος ὑπὸ Λακεδαιμονίων ᾖ, δέξῃ [q] εἰς τὴν σαυτοῦ, ἄν τις βούληται ἀπιέναι πρός σε; Ὁ δ᾽ εἶπε, Καὶ ἀδελφοὺς γε ποιήσομαι, καὶ ἐνδιφρίους, καὶ κοινωνοὺς ἁπάντων ὧν ἂν δυνώ-

modum ferrem, neque *ità* viverem ut, tanquam canis, ad ipsius mensam *semper* respicerem. Tum *ille* mihi et viros dedit et equos, quos, ubi dies illuxerit, vos videbitis. Atque *adeò* jam cum his ità vivo, ut è regione meâ patriâ mihi prædæ sint agendæ. Quòd si ad me vos accesseritis, facilè me diis juvantibus imperium recuperaturum arbitror. Hæc sunt, quæ à vobis ego peto.

Quid ergo tu, inquit Xenophon, exercitui et præfectis cohortium et ducibus dare possis, si ad te veniamus, exponito; ut *id* hi *cæteris* renuntient. Et ille militi Cyzicenum pollicebatur, cohortis præfecto duplum, duci quadruplum; et agri quantum vellent, et *boum* juga, et oppidum munitum ad mare *situm*. Quòd si, ait Xenophon, hæc *ità* moliar ut non perficiam, sed metus quidam *nobis* à Lacedæmoniis sit *injectus*, tuámne in *regionem nostrâm aliquem* admittes, qui ad te conferre se velit? Aiebat is, Et fratres sanè *eos* faciam, et sellarum compotes, et participes omnium, quæ parare potuerimus. Tibi

bris mox infrà reperitur ἐνδιφρίους. Dicebantur autem ἐνδίφριοι, οἱ ἐν τοῖς δίφροις, utì Noster infrà, παρὰ Σεύθῃ καθήμενοι.

i Δυνατὸς] MS. Eton. δυνατόν· cui recepta anteferenda est.

k Ὥσπερ κύων.] In eod. MSto desunt.

l Εἰ δέ μοι] In *Steph*. edit. legitur operarum, dubio procul, vitio, Εἰ δὲ μὴ &c.

m Ὑμῶν] In MSto Eton. non reperitur.

n Ἀπαγγείλωσιν.] Sic rectè MS. Eton. edit. vet. et *Steph*. Paulò infrà, καὶ ἀπήγγειλαν ἕκαστοι &c. Pessimè *Leunclav.* dedit ἐπαγγείλωσιν.

o Κυζικηνὸν, τῷ δὲ &c.] Vide p. 377. n. b. Cæterùm, de istiusmodi donorum analogiâ lege sis quæ scripsit *Lips.* de milit. Rom. l. 5. dial. 16.

p Πειρώμενος μὴ &c.] MS. Eton. πειρώμενοι μὴ διαπράξωμεν, &c.

q Εἰς τὴν] *Scil*. χώραν. Vide p. [illegible] n. d.

μεθα [a] κτήσασθαι. Σοὶ δ', ὦ Ξενοφῶν, καὶ θυγατέρα δώσω, [b] καὶ εἴ τις σοί ἐστι θυγάτηρ, [c] ὠνήσομαι Θρακίῳ νόμῳ· καὶ Βισάνθην οἴκησιν δώσω, ὅπερ ἐμοὶ κάλλιστον χωρίον ἐστι [d] τῶν ἐπὶ θαλάττῃ.

'Ακέσαντες ταῦτα, [e] καὶ δεξιὰς δόντες καὶ λαβόντες, [f] ἀπήλαυνον· καὶ πρὸ ἡμέρας ἐγένοντο ἐπὶ τῷ στρατοπέδῳ, καὶ ἀπήγγειλαν ἕκαστοι τοῖς πέμψασιν. 'Επεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ὁ μὲν 'Αρίσταρχος πάλιν ἐκάλει τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγούς· τοῖς δ' ἔδοξε τὴν μὲν πρὸς 'Αρίσταρχον ὁδὸν ἐᾶσαι, τὸ δὲ στράτευμα συγκαλέσαι. Καὶ συνῆλθον πάντες, πλὴν οἱ Νέωνος· οὗτοι δὲ [g] ἀπεῖχον ὡς δέκα στάδια. 'Επεὶ δὲ συνῆλθον, ἀναστὰς Ξενοφῶν εἶπε τάδε,

"Ἄνδρες, διαπλεῖν μὲν ἔνθα βουλόμεθα, [h] 'Αρίσταρχος
"ὅδε, τριήρεις ἔχων, κωλύει· ὥστ' εἰς πλοῖα οὐκ ἀσφαλὲς
"ἐμβαίνειν· οὗτος δὲ αὐτὸς εἰς Χεῤῥόνησον κελεύει βίᾳ
"[i] διὰ τοῦ ἱερῦ ὄρους πορεύεσθαι· ἢν δὲ κρατήσαντες τούτου,

verò, Xenophon, etiam filiam dabo, ac si tibi filia est, *eam* more Thracio emam; atque Bisanthem dabo ubi habitet, quod mihi oppidum eorum *omnium quæ* ad mare *sita sunt* pulcherrimum est.

Hæc cùm audiissent, dextrásque dedissent et *vicissim* accepissent, discesserunt: ac ante diem *exortum* ad castra venerunt, et *rem* singuli, *uti gesta erat*, iis narrabant, à quibus missi fuerant. Ubi verò illuxit dies, Aristarchus iterum duces et cohortium præfectos *ad se* vocabat: his visum est ad Aristarchum non esse eundem, sed exercitum esse convocandum. Atque adeò convenerunt omnes, præterquam Neonis *copiæ;* hæ autem decem ferè stadia *ab illis* aberant. Posteaquam convenissent, Xenophon surgens hâc oratione usus est,

" Quominùs, viri, eò navigemus quò volumus, Aristarchus hic, à triremi-
" bus instructus, vetat: adeò ut haud tutum sit in navigia conscendere: is
" verò ipse *nos* per montem sacrum in Cherronesum vi penetrare jubet: quòd

a Κτήσασθαι.] MS. Eton. dat κτασθαι.

b Καὶ εἴ τις σοί &c.] Adi sis p. 4. Dissertat. 1. K. Π. præmissæ Edit. Oxon. 1727.

c 'Ωνήσομαι.] Consule *Archæol.* Gr. l. 4. c. 11. Adde *Thevenotii* iter orientale l. 1. c. 41.

d Τῶν ἐπὶ θαλάττῃ.] *Scil.* κωμίων, Quâ de ellipsi vide p. 304. n. e.

e Καὶ δεξιὰς δόντες &c.] Respice p. 117. n. e.

f 'Απήλαυνον·] Vide p. 191. n. e.

g 'Απεῖχον] Sic rectè MS. Eton. Vulgò scribitur περιεῖχον.

h 'Αρίσταρχος ὅδε, &c.] Respice p. 436. et p. 424. Cæterùm, in MS. Eton. deest ὅδε.

i Διὰ τῦ ἱερῦ ὄρυς] Vide p. 424. n. h.

"ἐκεῖσε ἔλθωμεν, οὔτε πωλήσειν ἔτι φησὶν [a] ὑμᾶς, ὥσπερ "ἐν Βυζαντίῳ, οὔτε ἐξαπατήσεσθαι ἔτι ὑμᾶς, ἀλλὰ [b] λή"ψεσθαι μισθὸν μᾶλλον· οὔτε περιόψεσθαι ἔτι, ὥσπερ νυνὶ, "ἐνδεομένους τῶν ἐπιτηδείων. Οὗτος μὲν ταῦτα λέγει· Σεύ"θης δὲ φησὶν, ἂν πρὸς ἐκεῖνον [c] ἴητε, εὖ ποιήσειν ὑμᾶς. "Νῦν οὖν σκέψασθε πότερον ἐνθάδε μένοντες τοῦτο [d] βουλεύ"σεσθε, ἢ εἰς τὰ ἐπιτήδεια ἐπανελθόντες. Ἐμοὶ μὲν οὖν "δοκεῖ, ἐπεὶ ἐνθάδε οὔτε ἀργύριον ἔχομεν, ὥστε ἀγοράζειν, "οὔτε ἄνευ ἀργυρίου [e] ἐῶσι λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια, ἐπανελ"θόντας εἰς τὰς κώμας, ὅθεν οἱ ἥττους ἐῶσι λαμβάνειν, "ἐκεῖ ἔχοντας τὰ ἐπιτήδεια, καὶ ἀκούοντας [f] ὅ, τι τὶς "ὑμῶν δεῖται, αἱρεῖσθαι ὅ, τι ἂν ὑμῖν δοκῇ κράτιστον "εἶναι. Καὶ [g] ὅτῳ, ἔφη, ταῦτα δοκεῖ, ἀράτω τὴν χεῖρα."
[h] Ἀνέτειναν πάντες. "Ἀπιόντες τοίνυν, ἔφη, συσκευάζεσ"θε· καὶ ἐπειδὰν παραγγείλῃ τὶς, ἕπεσθε τῷ ἡγου"μένῳ."

Μετὰ τοῦτο Ξενοφῶν μὲν ἡγεῖτο, οἱ δ' εἵποντο. Νέων δὲ

"si hoc superato illuc veniamus, nec *jam* se vos ampliùs venditurum ait, utì "apud Byzantium *fecerat*, nec vos ampliùs circumventurum, sed stipendium "potiùs accepturos *vos*; nec ampliùs se *vos* neglecturum, utì nunc, dum "commeatu egetis. Hæc ille dicit: at Seuthes, si ad ipsum vos conferatis, "se vobis commodaturum ait. Nunc igitur considerate utrùm hìc manere "ac de hoc deliberare velitis, an ad *loca ubi* commeatus *haberi poterit* rever"si. Ipse certè quidem censeo, cùm hìc neque pecuniam habeamus, quâ "*quid* emamus, neque sine pecuniâ commeatum sumere *nos* sinant, ut in vi"cos regressi, unde *eum* victi sumere *nos* sinant, et ibi commeatum parantes, "atque audientes quam ad rem vestrâ quis indigeat operâ, deligamus quod "vobis optimum esse videbitur. Et cui vestrûm hæc probantur, *is* manum "tollat." Sustulerunt omnes. "Abite igitur, inquit, et sarcinis collec"tis *ad iter* vosmet parate; cúmque denuntiaverit aliquis, ducem sequi"mini."

Posteà Xenophon ducem se præbuit, *eúmque* sequebantur illi. At Neon

a Ὑμᾶς, ὥσπερ &c.] MS. Eton. ἡμᾶς: et sic mox infrà — ἔτι ἡμᾶς &c. Porrò vide p. 434. Edit. *Steph.* dat ὥσπερ ὁ ἐν &c.

b Λήψεσθαι] Idem MS. dat. λήψεσθε: in quo etiam μᾶλλον, quod mox sequitur, deest.

c Ἴητε,] Sic optimè MS. Eton. Vulgò legitur ἦτε.

d Βουλεύσεσθε,] Edit. *Leunclav.* perperam exhibet βουλεύησθε. Ipse sequutus sum MS. Eton. edit. *Flor.* et *Steph.*

e Ἐῶσι] I. e. *Incolæ*. Vid. p. 377. n. g.

f Ὅ, τι τὶς &c.] Vide p. 280. n. a.

g Ὅτῳ, ἔφη,] Sic MS. Eton. In libris vulgatis legitur ὅτῳ ὑμῖν quod ferri nequit. *Muret.* rectiùs legit ὑμῶν.

h Ἀνέτειναν πάντες.] Vide p. 181. n. f.

καὶ παρὰ Ἀριστάρχου ἄλλοι ἔπειθον ἀποτρέπεσθαι· οἱ δὲ οὐχ ὑπήκουον. Ἐπεὶ δὲ ὅσον τριάκοντα σταδίους προεληλύθεσαν, ἀπαντᾷ Σεύθης. Καὶ ὁ Ξενοφῶν ἰδὼν αὐτὸν, προσελάσαι ἐκέλευσεν, [a] ὅπως πλείστων ἀκουόντων εἴποι αὐτῷ, ἃ ἐδόκει συμφέρειν. Ἐπεὶ δὲ προσῆλθεν, εἶπεν ὁ Ξενοφῶν, Ἡμεῖς πορευόμεθα ὅπου μέλλει τὸ στράτευμα ἕξειν τροφήν· ἐκεῖ δὲ ἀκούοντες καὶ σοῦ [b] καὶ τῶν τοῦ Λακωνικοῦ, αἱρησόμεθα ἃ ἂν κράτιστα δοκοίη εἶναι. Ἢν οὖν ἡμῖν ἡγήσῃ ὅπου πλεῖστά ἐστιν ἐπιτήδεια, ὑπὸ σοῦ νομιοῦμεν [c] ξενίζεσθαι. Καὶ ὁ Σεύθης εἶπεν, Ἀλλὰ οἶδα κώμας πολλὰς ἀθρόας, καὶ πάντα ἐχούσας τὰ ἐπιτήδεια, ἀπεχούσας ἡμῶν ὅσον [d] διελθόντες ἂν ἡδέως ἀριστῷμεν. Ἡγοῦ τοίνυν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο εἰς αὐτὰς [e] τῆς δείλης, συνῆλθον οἱ στρατιῶται, καὶ εἶπε Σεύθης τοιάδε, Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, δέομαι ὑμῶν στρατεύεσθαι σὺν ἐμοί· καὶ ὑπισχνοῦμαι ὑμῖν [f] τοῦ μηνὸς δώσειν Κυζικηνὸν, [g] λοχαγοῖς τε καὶ στρατηγοῖς τὰ νομιζόμενα· ἔξω δὲ τούτων, τὸν ἄξιον τι-

aliique ab Aristarcho *missi* regressum suadebant; *quibus* illi non auscultabant. Cúmque ad triginta stadia processissent, Seuthes *eis* occurrit. Et Xenophon eum conspicatus, *ipsos* adequitaret hortatus est, ut ipsi quamplurimis audientibus *ea* diceret, quæ ex re fore viderentur. Cùm accessisset, Xenophon *ità* loquutus est, Nos *eò* pergimus, ubi exercitus nacturus est alimenta; ibi et te et Laconici *nuntiis* auditis, quæ optima videbuntur esse deligemus. Quare si nos *eò* duces, ubi plurimus est commeatus, hospitio nos abs te arbitrabimur excipi. Et Seuthes, Novi verò, inquit, multos vicos confertos, copiâque rerum omnium abundantes, qui *tanto* à nobis spatio distant, quanto confecto jucundè pransuri simus. Ducito igitur, inquit Xenophon. Cúmque tempore pomeridiano ad eos accessissent, convenêre milites et hujusmodi orationem habuit Seuthes, Ego, viri, à vobis peto ut mecum expeditionem suscipiatis; atque *adeò* menstruum stipendium vobis Cyzicenum *me* daturum polliceor, cohortiúmque præfectis et ducibus quæ *his dari* consueve-

a Ὅπως πλείστων] MS. Eton. habet ὅπως ἐπιπλείστων.

b Καὶ τῶν τοῦ Λακωνικοῦ,] I. e. καὶ τῶν τοῦ Ἀριστάρχου ἀγγέλων vel ἐπαγγελμάτων.

c Ξενίζεσθαι.] MS. Eton. et edit. *Flor.* dant ἐξενίσθαι.

d Διελθόντες —— ἀριστῷμεν.] In MSto Eton. legitur ἀπελθόντες —— ἀριστώητε. Quam si quis sequatur lectionem, mutet idem oportebit ἡμῶν in ὑμῶν.

e Τῆς δείλης,] Vide p. 62. n. c.

f Τοῦ μηνὸς — Κυζικηνὸν,] Respice p. 338. n. a. et b. Cæterùm, in MSto Eton. inter δώσειν et Κυζικηνὸν exstant τοῖς στρατιώταις.

g Λοχαγοῖς τε καὶ στρατηγοῖς τὰ &c.] Scil. τῷ μὲν λοχαγῷ διμοιρίαν, τῷ δὲ στρατηγῷ τετραμοιρίαν, utì Seuthes suprà p. 442. pollicitus est. Vide n. f. p. 443.

μήσω· σῖτα δὲ καὶ ποτὰ, ὥσπερ καὶ νῦν, ἐκ τῆς χώρας λαμβάνοντες ἕξετε· ὁπόσα δὲ ἂν [a] ἁλίσκηται, ἀξιώσω αὐτὸς ἔχειν, ἵνα ταῦτα [b] διατιθέμενος ὑμῖν τὸν μισθὸν πορίζω. Καὶ τὰ μὲν [c] φεύγοντα καὶ ἀποδιδράσκοντα ἡμεῖς ἱκανοὶ ἐσόμεθα διώκειν καὶ μαστεύειν· ἢν δέ τις ἀνθίστηται, σὺν ὑμῖν πειρασόμεθα χειροῦσθαι. Ἐπήρετο Ξενοφῶν, Πόσον δὲ ἀπὸ θαλάττης ἀξιώσεις συνέπεσθαί σοι τὸ στράτευμα; Ὁ δ' ἀπεκρίνατο, Οὐδαμῇ [d] πλεῖον ἑπτὰ ἡμερῶν, μεῖον δὲ πολλαχῇ.

[e] Μετὰ ταῦτα [f] ἐδίδοτο λέγειν τῷ βουλομένῳ. Καὶ ἔλεγον πολλοὶ [g] κατὰ ταυτὰ, ὅτι παντὸς ἄξια λέγει Σεύθης· [h] χειμὼν γὰρ εἴη, καὶ οὔτε οἴκαδε ἀποπλεῖν [i] τῷ βουλομένῳ δυνατὸν εἴη, διαγενέσθαι τε [k] ἐν φιλίᾳ οὐχ οἷόν τ' εἴη, εἰ

runt: præter hæc, dignum præmiis ornabo: esculenta verò et potulenta de *hoc* agro, utì modò, sumpta vobis suppetent: quæ autem capta fuerint, *ea* ut ipse obtineam æquum censebo, quò iis venditis stipendium vobis suppeditem. Ac nos quidem terga dantes et aufugientes persequi poterimus et investigare; quòd si quis resistat, *cum* vestrâ ope nostram in potestatem redigere conabimur. *Ibi tum* Xenophon interrogabat, Quàm longè à mari ut te sequatur exercitus æquum censebis? Respondit ille, Nusquam longiùs septem dierum *itinere*, ac sæpè minùs.

Secundùm hæc *cuique* facta, qui *quidem* vellet, dicendi potestas. Atque multi pariter dixerunt, Seuthen quantivis æstimanda proponere: hyemem enim adesse, neque domum navigare, qui vellet, posse: neque fieri posse ut in ami-

a Ἁλίσκηται,] MS. Eton. ἁλίσκηντι.

b Διατιθέμενος] *Hesych.* Διαθήσει, τιμωρήσεται — πράσει. *Phavor.* Διαθέσει, (scrib. διαθήσει) τιμωρήσεται, — ἢ πράξει. Repone πράσει. Etymol. m. et *Suid.* Διατίθεσθαι, λαμβάνεται ἐπὶ τοῦ πωλεῖν τὰ προσόντα. *Suid.* et *Phavor.* Διαθέσθαι, ἀντὶ τοῦ ἀποδόσθαι. *Thom. Magist.* Διατίθεμαι παθητικῶς, τὸ διάκειμαι, καὶ τὸ πωλῶ. Hæc utique verbi vis est K. Π. p. 300. Edit. Oxon. 1727. πωλεῖν δὲ τοὺς καπήλους καὶ ἐμπόρους — καὶ ταῦτα διατιθεμένους, &c. Et *Arrian.* de exped. Alex. l. 1. c. 2. Ἀλέξανδρος δὲ τὴν μὲν λείαν — Λυσανίᾳ καὶ Φιλώτᾳ παραδοὺς διατίθεσθαι. Et rectiùs forsan eadem illi vis tributa fuerit suprà p. 418. Οἱ δὲ στρατιῶται, διαθέμενοι τὸν σῖτον, ὃν &c.

c Φεύγοντα καὶ ἀποδιδράσκοντα] Vide sis p. 342. n. c. et p. 105. n. b. Et de μαστεύειν p. 338. n. g.

d Πλεῖον ἑπτὰ ἡμερῶν,] Supple, πλεῖον ἢ ὁδὸν, &c. Integrè Noster mox infrà dicit, ὅτι Μηδοκος μὲν ἄνω εἴη δώδεκα ἡμερῶν ἀπὸ θαλάττης ὁδὸν, &c.

e Μετὰ ταῦτα] Edit. *Steph.* exhibet Μετὰ δὲ ταῦτα &c.

f Ἐδίδοτο] Vide p. 413. n. a.

g Κατὰ ταυτὰ,] Vulgò, κατὰ ταῦτα. quam si scripturam mavis, phrasis exponenda videtur *in his* utique conditionibus, quas proposuit *Seuthes. Muret.* mavult κατὰ ταυτά. Add. p. 290. n. e. et p. 377. n. d.

h Χειμὼν γὰρ εἴη,] MS. Eton. repræsentat χειμὼν μὲν γὰρ &c.

i Τῷ βουλομένῳ] Idem MS. τῷ τοῦτο βουλομένῳ &c.

k Ἐν φιλίᾳ] Adi sis p. 418. n. i. Porrò, pro εἴη, quod mox sequitur, MS. Eton. dat. ἦν. Malé.

δέοι ὠνουμένους ζῆν· ἐν δὲ τῇ πολεμίᾳ διατρίβειν καὶ τρέφεσθαι ἀσφαλέστερον μετὰ Σεύθου, ἢ μόνους· ὄντων ἀγαθῶν τοσούτων· εἰ δὲ μισθὸν προσλήψοιντο, [a] εὕρημα ἐδόκει εἶναι. [b] Ἐπὶ τούτοις εἶπε Ξενοφῶν, Εἴ τις ἀντιλέγει, λεγέτω· εἰ δὲ μὴ, [c] ἐπιψηφίζεσθε ταῦτα. Ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς ἀντέλεγεν, ἐπεψηφίσαντο, καὶ ἔδοξε ταῦτα. Εὐθὺς δὲ Σεύθῃ εἶπεν ὅτι συστρατεύσοιντο αὐτῷ.

Μετὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄλλοι κατὰ τάξεις ἐσκήνησαν· στρατηγοὺς δὲ καὶ λοχαγοὺς ἐπὶ δεῖπνον Σεύθης ἐκάλεσε, πλησίον κώμην ἔχων. Ἐπεὶ δ' ἐπὶ θύραις ἦσαν, ὡς ἐπὶ δεῖπνον ἰόντες, [d] ἦν τις Ἡρακλείδης Μαρωνείτης· οὗτος προσιὼν ἑνὶ ἑκάστῳ, οὕστινας ᾤετο ἔχειν τὶ δοῦναι Σεύθῃ, πρῶτον μὲν πρὸς Παριανούς τινας, οἳ παρῆσαν φιλίαν διαπραξόμενοι [e] πρὸς

eorum regione permanerent, *iis* si vivendum sit quæ coëmerent: at in hostili agro commorari *eos* et ali *posse* tutiùs cum Seuthe, quàm si soli sint; cùm tot se offerant commoda: quòd si insuper stipendium acciperent, lucri *id* loco fore videbatur. Post hæc Xenophon, Si quis, ait, *quidquam* velit contradicere, proferat: sin autem, suffragiis hæc comprobate. Cùm nemo contradiceret, ea suffragiis comprobârunt, atque decretum de his factum est. Statímque Seuthæ narrat *Xenophon*, velle eos unà cum ipso expeditionem suscipere.

Post hæc alii quidem secundùm ordines *suos* tabernacula posuerunt: duces verò et præfectos cohortium ad cœnam invitavit Seuthes, qui *tum* vicum, qui propè aberat, tenebat. Et cùm *jam* ad portas adessent, tanquam ad cœnam ingressuri, Heraclides quidam *ibi* erat Maronites: is singulos adgressus, quos habere arbitraretur, Seuthæ quod donarent, primùm quidem Parianos quos-

a Εὕρημα] Vide p. 114. n. b. *Hesych.* et *Phavor.* Εὕρημα, ἐπιτυχία. Adpositè ad hunc locum.

b Ἐπὶ τούτοις] Consule p. 211. n. a. et p. 368. n. a.

c Ἐπιψηφίζεσθε] Sic partim ex MSto Eton. partim ex conjecturâ rescripsi. In MSto legitur, ἐπιψηφιζέσθω. In libris editis, ἐπιψηφίζετε, et paulò post, ἐπεψήφισαν, quod in ἐπεψηφίσαντο, priori emendationi congruenter, mutandum est. Rectè autem ità scripsisse nos, docebit discrimen illud inter activam et mediam verbi hujus formam, quod indicavimus suprà p. 372. n. g. et alibi. Porrò, Noster infrà, hujus ubi decreti meminit, verbo medio utitur: πάντες μὲν ἐλέγετε σὺν Σεύθῃ ἰέναι, πάντες δ' ἐπεψηφίσασθε ταῦτα. Hanc scripturam Cl. etiam *Kustero* placuisse tandem inveni.

d Ἦν τις Ἡρακλείδης &c.] *Demetrius* (qui dicitur) *Phaler.* sect. 156. Καὶ κατηγορίαι δὲ, inquit, ἀποκεκρυμμέναι ἐνίοτε ὁμοιοῦνται χάρισιν· ὥσπερ παρὰ Ξενοφῶντι ὁ Ἡρακλείδης, ὁ παρὰ τῷ Σεύθῃ, προσιὼν τῶν συνδείπνων ἑκάστῳ, καὶ πείθων δωρεῖσθαι Σεύθῃ ὅ τις ἔχει· ταῦτα γὰρ καὶ χάριν τινὰ ἐμφαίνει, καὶ κατηγορίαι εἰσὶν ἀποκεκρυμμέναι. *Athen.* l. 6. c. 13. Ἀγαθαρχίδης δ' ἐν τῇ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν, Ἀρήσιππος, φησὶν, ὁ Σπαρτιάτης, ἄνθρωπος οὐ μετρίως φαῦλος, οὔτε δοκῶν χρηστὸς εἶναι, πιθανὸν δ' ἔχων ἐν κολακείᾳ λόγον, καὶ θεραπεῦσαι τοὺς εὐπόρους μέχρι τῆς τύχης δεινός. Τοιοῦτος ἦν καὶ Ἡρακλείδης ὁ Μαρωνίτης (sic enim apud hunc scribitur) ὁ Ζεύθου (repone ocyùs Σεύθου) τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως κόλαξ, οὗ μνημονεύει Ξενοφῶν ἐν ἑβδόμῃ Ἀναβάσεως.

e Πρὸς Μήδοκον τὸν &c.] Sic MS. Eton et *Muret.* Vulgò, πρὸς Μήδοκον τῶν &c.

[a] διένελα κατὰ μικρὸν, καὶ [b] διεῤῥίπτει οἷς αὐτῷ ἐδόκει καὶ τὰ κρέα ὡσαύτως, ὅσον μόνον γεύσασθαι ἑαυτῷ καταλιπών. Καὶ οἱ ἄλλοι δὲ [c] κατὰ ταῦτα ἐποίουν, καθ' οὓς αἱ τράπεζαι ἔκειντο. Ἀρκὰς δέ τις [d] Ἄριστος ὄνομα, φαγεῖν δεινὸς, τὸ μὲν διαῤῥιπτεῖν [e] εἴα χαίρειν, λαβὼν δὲ εἰς τὴν χεῖρα ὅσον τριχοίνικον ἄρτον, καὶ κρέα θέμενος ἐπὶ τὰ γόνατα, ἐδείπνει· κέρατα δ' οἴνου [f] περιέφερον, καὶ πάντες ἐδέχοντο· ὁ δ' Ἄριστος, ἐπεὶ παρ' αὐτὸν φέρων τὸ κέρας ὁ οἰνοχόος ἦν, [g] εἶπεν, ἰδὼν τὸν Ξενοφῶντα οὐκέτι δειπνοῦντα, Ἐκείνῳ, ἔφη, δός· σχολάζει γὰρ ἤδη, ἐγὼ δ' [h] οὔπω. Ἀκούσας ὁ Σεύθης τὴν φωνὴν, ἠρώτα τὸν οἰνοχόον τί λέγοι. Ὁ δὲ οἰνοχόος εἶπεν· Ἑλληνίζειν γὰρ ἠπίστατο. [i] Ἐνταῦθα μὲν ἤδη γέλως ἐγένετο.

Ἐπεὶ δὲ προὐχώρει [k] ὁ πότος, εἰσῆλθεν [l] ἀνὴρ Θρᾷξ, ἵππον ἔχων λευκόν· καὶ λαβὼν κέρας μεστὸν, εἶπε, Προπίνω σοι, ὦ Σεύθη, καὶ τὸν ἵππον τοῦτον δωροῦμαι, ἐφ' οὗ

indè jaciendo dividebat quibus ipsi visum est; itidémque carnes dividebat, eâ tantùm portione sibi relictâ, quæ ad gustandum satis esset. Alii etiam, juxta quos fercula sita essent, his similia faciebant. Arcas verò quidam, cui nomen Aristus, admodum vorax, cibaria disjiciendi ritum prætermittebat, sumptóque in manum pane trium chœnicum, et carnibus in genua impositis, cœnabat: vini autem cornua circumferebant, omnésque accipiebant: sed Aristus ille, ubi ad eum pincerna cornu ferens venisset, dixit, intuitus Xenophontem non ampliùs cœnantem, Illi tradito: nam illi jam otium est, at mihi nondum. Eam vocem cùm audiisset Seuthes, pincernam interrogabat quid ille diceret. Et rem narrabat pincerna: quippe Græcè loqui callebat. Ibi jam risus factus est.

Cùm autem potatio procederet, Thrax quidam ingressus est, equum album ducens: et sumpto cornu pleno, Propino, inquit, tibi, Seuthe, et equum

a Διέκλα] In lexicis stat ἀδιεσπότως.

b Διεῤῥίπτει] MS. Eton. *Athen.* et edit. quædam vet. ἐῤῥίπτει. In quibus tamen reperitur διαῤῥίπτειν paulò infrà, nisi quòd apud *Athen.* scribatur διαῤῥιπτεῖν.

c Κατὰ ταῦτα] Quidni et hìc, utì suprà p. 446. scripserit aliquis κατὰ ταυτὰ &c.

d Ἄριστος] Apud *Athen.* loco cit. scribitur Ἀρύστας.

e Εἴα χαίρειν,] Elegante hâc phrasi utitur *Æschin.* dial. 2. sect. 38. Ἀλλὰ τούτους μὲν τοὺς λόγους, ἦν δ' ἐγὼ, ἐάσομεν χαίρειν, i. e. *missos faciemus.* Et *Plato* in Phæd. p. 49. edit. *Franc.* — ἐάσας χαίρειν τὸ σῶμα, &c.

f Περιέφερον,] *Scil.* ministri. Vide p. 444. n. e. et p. 439. n. b.

g Εἶπεν, — ἔφη,] Adi p. 424. n. f.

h Οὔπω.] MS. Eton. οὐδέπω. Sed *Athen.* loco cit. receptam lectionem præstat.

i Ἐνταῦθα μὲν ἤδη γέλως ἐγένετο.] In MSto. Eton. desunt. In *Athenæo* reperiuntur.

k Ὁ πότος,] Vide p. 112. n. e.

l Ἀνὴρ Θρᾷξ,] Adi p. 207. n. i.

καὶ διώκων ὃν ἂν ἐθέλῃς, αἱρήσεις, καὶ ἀποχωρῶν οὐ μὴ δείσῃς τὸν πολέμιον. Ἄλλος παῖδα ἀγαγὼν, οὕτως ἐδωρήσατο προπίνων, καὶ ἄλλος ἱμάτια τῇ γυναικί. Καὶ Τιμασίων προπίνων ἐδωρήσατο φιάλην ἀργυρᾶν, καὶ τάπιδα ἀξίαν δέκα μνῶν. Γνήσιππος δέ τις Ἀθηναῖος ἀναστὰς εἶπεν ὅτι ἀρχαῖος εἴη νόμος κάλλιστος, τοὺς μὲν ἔχοντας διδόναι τῷ βασιλεῖ τιμῆς ἕνεκα· τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι διδόναι τὸν βασιλέα· ἵνα κἀγὼ, ἔφη, σοὶ ἔχω δωρεῖσθαι καὶ τιμᾷν. Ὁ δὲ Ξενοφῶν [a] ἠπορεῖτο ὅ, τι ποιήσοι· καὶ γὰρ ἐτύγχανεν, ὡς τιμώμενος, ἐν τῷ πλησιαιτάτῳ δίφρῳ Σεύθῃ καθήμενος. Ὁ δὲ Ἡρακλείδης ἐκέλευσεν αὐτῷ τὸ κέρας ὀρέξαι τὸν οἰνοχόον. Ὁ δὲ Ξενοφῶν (ἤδη γὰρ [b] ὑποπεπωκὼς ἐτύγχανεν) ἀνέστη θαῤῥαλέως δεξάμενος τὸ κέρας, καὶ εἶπεν, " [c] Ἐγὼ δέ σοι, ὦ Σεύθη, δίδωμι ἐμαυτὸν καὶ " τοὺς ἐμοὺς τούτους ἑταίρους, φίλους εἶναι πιστούς· καὶ " οὐδένα ἄκοντα, ἀλλὰ πάντας [d] μᾶλλον ἐμοῦ σοὶ βουλο-

hunc dono, quo *vectus* et persequens quemcunque voles, capies, et retrocedens hostem nequaquam metuas. Alius puerum, quem adduxerat, ità Seuthæ donabat propinans, et alius vestimenta in usum uxoris. Et Timasion ei propinans argenteam phialam, ac tapete minis decem æstimandum, donabat. Et Atheniensis quidam Gnesippus surgens priscum esse morem aiebat pulcherrimúm*que*, ut ii, qui *quid* habeant, regi *aliquid* honoris causâ dent; iis verò, qui nihil habeant, rex *ipse aliquid* det: ut ego quoque, inquit, habeam quod tibi donem et *quo tibi* honorem reddam. At Xenophon quid faceret dubitabat: etenim, ut *vir* honoratus, in sellâ Seuthæ proximâ sedebat. *Jámque* Heraclides pincernæ mandârat, ut ei cornu porrigeret. Et Xenophon (quippe qui jam paulò largiùs bibisset) accepto cornu confidenter surrexit, atque *hæc* verba fecit, " Ego verò, Seuthe, meipsum tibi do meósque hos so-" cios, ut fidi simus amici: neque *horum* quenquam invitum *tibi do*, sed om-

a Ἠπορεῖτο ὅ, τι] MS. Eton. ἠπορεῖτο τι &c. Sed nil mutandum. Similiter *Herodot.* l. 1. c. 47. — ἐπειρωτῶντας ὅ, τι ποιέων τυγχάνοι ὁ &c. Et sic alibi sæpè alii.

b Ὑποπεπωκὼς] *Schol.* ad *Aristoph.* Λυσιστρ. v. 396. Ὑποπεπωκυῖα exponit μεθύουσα· ὑποπίνειν γὰρ, μεθύσκεσθαι. Sic et *Suid.* Pessimè in plerisque libris legitur ὑποπεπτωκώς. Idem mendum in alia tum Xenophontis tum aliorum auctorum invasit loca. Vide sis *Leopard.* emendat. l. 9. c. 23.

c Ἐγὼ δέ σοι, ὦ &c.] Æschinem condiscipulum suum imitatus est Noster, qui auctore *Laërt.* l. 2. segm. 34. Socratem sic adloquutus est, Πένης εἰμὶ, καὶ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω, δίδωμι δέ σοι ἐμαυτόν. Similiter *Seneca* de Benef. l. 1. c. 8. *Socrati cùm multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent; Æschines pauper auditor, Nihil, inquit, dignum te quod dare tibi possim, invenio. -- Itaque dono tibi quod unum habeo, me ipsum — Vides*, inquit idem auctor, *quomodo animus inveniat liberalitatis materiam, etiam inter angustias.*

d Μᾶλλον ἐμοῦ] MS. Eton. dat μᾶλλον ἔτι ἐμοῦ.

“ μένως φίλυς εἶναι. Καὶ νῦν πάρεισιν οὐδέν σε προσαιτῦν-
“ τες, ἀλλὰ καὶ προϊέμενοι καὶ πονεῖν ὑπὲρ σῦ καὶ προ-
“ κινδυνεύειν· μεθ’ ὧν, ἂν οἱ θεοὶ θέλωσι, πολλὴν χώραν
“ τὴν μὲν ἀπολήψῃ, πατρῴαν ὖσαν, τὴν δὲ κτήσῃ· πολλὺς
“ δὲ ἵππυς, πολλὺς δὲ ἄνδρας καὶ γυναῖκας καλὰς κτήσῃ,
“ ὓς ὐ ληΐζεσθαι δεήσει, ἀλλ’ αὐτοὶ φέροντες παρέσονται
“ πρός σε δῶρα.” [a] Ἀναστὰς ὁ Σεύθης συνεξέπιε, καὶ συγκατεσκέδασε τῷ μετ’ αὐτοῦ τὸ κέρας. Μετὰ ταῦτα εἰσῆλθον Κερασουνταῖοι, οἳ σημαίνυσιν αὐλοῖς τε καὶ σάλπιγξιν [b] ὠμοβοΐναις, [c] ῥυθμούς τε καὶ οἷον [d] μαγάδι σαλπίζοντες. Καὶ αὐτὸς Σεύθης ἀναστὰς ἀνέκραγέ τε πολεμικὸν, καὶ ἐξήλατο, ὥσπερ βέλος φυλαττόμενος, μάλα ἐλαφρῶς. Εἰσῄεσαν δὲ καὶ γελωτοποιοί.

“ nes *eo animo*, ut magìs etiam, quàm ipse sim, tibi esse amici velint. Ac
“ jam adsunt, non *ità sanè* ut à te quidquam petant, sed etiam cupidi tum la-
“ bores tum pericula tuâ causâ subeundi; quorum operâ, diis volentibus, re-
“ gionem amplam partim recuperabis, quippe quæ patria sit, aliam acquires:
“ multos prætereà equos, viros multos mulierésque pulchras acquires, quos
“ prædari non necesse erit, sed ipsimet ad te dona ferentes aderunt.” *Tum* surgens Seuthes simul *cum eo* bibit, et cornu in eum, qui unà cum ipso erat, effudit. Post hæc ingressi sunt Cerasuntæi, qui tibiis ac tubis è crudo bovis corio factis signum dant, in numerum et tanquam magade tubis canentes. Ac Seuthes ipse surgens, bellicum quiddam vociferabatur, et, quasi telum vitaret, agiliter admodùm exsiliebat. Ingressi sunt et joculatores.

a Ἀναστὰς ὁ Σεύθης &c.] Sic libri editi, quos vidi, omnes. *Athen.* paulò aliter — Καὶ ὁ Σεύθης ἀναστὰς συνέπιε, καὶ &c. ut in editis Xenoph. exemplaribus. MS. Eton. — συγκατεσκεδάσατο μετὰ τῦτο κέρας. *Suidas:* Κατασκεδάζειν· γενικῇ. Ἔθος ἦν Θρᾳκίοις ἐν τοῖς συμποσίοις, ἵνα, ὅταν πίωσι τῦ οἴνυ οἱ συμπόται ὅσον δύνανται, τὸ λοιπὸν τοῦ οἴνυ καταχέωσι κατὰ τῶν ἱματίων τῶν συμποτῶν· ὅπερ ἔλεγον κατασκεδάζειν. Οὕτω Ξενοφῶν ἐν τῇ ζ´ τῆς τῦ Κύρυ Ἀναβάσεως. Μέμνηται τύτυ καὶ ὁ μέγας Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις. Καὶ ὁ μὲν Ξενοφῶν λέγει· Ἀναστὰς ὡς εὐθὺς συνέπιε, καὶ συγκατεσκεδάσατο τὸ μετ’ αὐτῦ κέρας. Pessimè ὡς εὐθὺς, pro ὁ Σεύθης. Sed et quæ sequuntur sic legenda putat Clar. *Kuster.* — συνεξέπιε, καὶ συγκατεσκεδάσατο εἰς τὸς μετ’ αὐτῦ τὸ κέρας. Opinor, recté. Nisi mavis — συγκατεσκέδασε κατὰ τὸς μετ’ &c. *Leunclav.* autem legit συγκατεσκεδάσατο τῷ &c. atque adeò vertit — *et illi, qui proximus ab ipso erat, partem porrigebat.* Celeber. etiam *Grammius* hoc verbum ex *Eustathio* in textum restituendum censuit. Sed magìs mihi placet verbum vulgatum, tum quòd adferat id *Suidas*, tum quòd *Plato* etiam morem illum vinum effundendi tangat de Leg. l. 1. ferè medio: Σκύθαι δὲ καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι, γυναῖκές τε καὶ αὐτοὶ, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι, καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νενομίκασι. Hæc *Platonis* verba (mutato tantùm, uti fit, ἀκράτῳ in ἀκρατοποσίαις) exscripsit *Athenæus* l. 10. c. 8. extremo.

b Ὠμοβοΐναις,] In quibusdam libris malè scribitur ὁμοβοΐναις, in *Athen.* ὠμοβοΐναις. Adi sis p. 275. n. a.

c Ῥυθμὺς] Vide p. 366. n. b.

d Μαγάδι] MS. Eton. μαγάδων. *Athen.* l. 4. c. ult. Ὁ δὲ μάγαδις καλούμενος αὐλὸς,

Ὡς δ' ἦν ἥλιος ἐπὶ δυσμαῖς, ἀνέστησαν οἱ Ἕλληνες, καὶ εἶπον ὅτι ὥρα εἴη [a] νυκτοφύλακας καθιστάναι, καὶ σύνθημα παραδιδόναι. Καὶ Σεύθην ἐκέλευον παραγγεῖλαι [b] ὅπως εἰς τὰ Ἑλληνικὰ στρατόπεδα μηδεὶς τῶν Θρᾳκῶν εἴςεισι νυκτός· [c] οἵ τε γὰρ πολέμιοι Θρᾷκες ἡμῖν, καὶ ὑμεῖς οἱ φίλοι. Ὡς δ' [d] ἐξῄεσαν, συνανέστη ὁ Σεύθης, [e] οὐδέν τι μεθύοντι ἐοικώς. Ἐξελθὼν δ' εἶπεν, [f] αὐτὲς τοὺς στρατηγὲς ἀποκαλέσας, Ὦ ἄνδρες, οἱ πολέμιοι ἡμῶν οὐκ ἴσασί πω τὴν [g] ἡμετέραν συμμαχίαν· ἢν οὖν ἔλθωμεν ἐπ' αὐτοὺς πρὶν φυλάξασθαι ὥςτε μὴ ληφθῆναι, ἢ παρασκευάσασθαι ὥςτε ἀμύνασθαι, μάλιστα ἂν λάβοιμεν χρήματα καὶ ἀνθρώπους. Συνεπῄνεν ταῦτα οἱ στρατηγοὶ, καὶ ἡγεῖσθαι ἐκέλευον. Ὁ δ' εἶπε, Παρασκευασάμενοι ἀναμενεῖτε· ἐγὼ δ', ὁπόταν καιρὸς [h] εἴη, ἥξω παρ' ὑμᾶς· καὶ τὲς πελταστὰς καὶ ὑμᾶς ἀναλαβὼν, ἡγήσομαι σὺν τοῖς θεοῖς. Καὶ ὁ Ξενοφῶν εἶπε, Σκέψαι τοίνυν, εἴπερ νυκτὸς πορευσόμεθα,

Jam verò sole se inclinante, surrexerunt Græci, ac tempus esse aiebant nocturnos excubitores constituendi, et tesseram dandi. Hortabantur etiam Seuthen ut *suis* denuntiaret nè quis Thracum noctu Græcorum castra ingrederetur: sunt *enim, aiebant,* tam hostili in nos animo Thraces, quàm vos amici. Posteaquam egrederentur, *etiam* Seuthes unà cum ipsis surgebat, ebrio re nullâ similis. Et cùm exiisset, vocatis ad se ducibus ipsis, Necdum, viri, inquit, hostes nostri de societate inter nos initâ quidquam sciunt: quare si in eos invaserimus, priusquam sibi nè capiantur caverint, vel ad *nos* propulsandos se paraverint, *sic* maximè capiemus opes atque homines. Hæc duces *suâ sententiâ* comprobabant, atque ut *in hostem* duceret hortabantur. Et ille, Ubi vos, inquit, *ad iter faciendum* paraveritis, expectate; atque ego, cùm opportunum fuerit, ad vos veniam: peltastísque et vobis adsumptis itineris, diis juvantibus, dux ero. Et Xenophon, At consideres velim, inquit, si quidem

ὁ καὶ παλαιομάγαδις ὀνομαζόμενος, ἐν ταυτῷ ὀξὺν καὶ βαρὺν φθόγγον ἐπιδείκνυνται —— Οἶδα δὲ ὅτι καὶ μάγαδις ὄργανόν ἐστιν ἐντατὸν, καθάπερ καὶ κιθάρα, λύρα, βάρβιτον. Adde *J. Poll.* l. 4. segm. 61. et *Meurs.* lect. Attic. l. 4. c. 20.

a Νυκτοφύλακας] Consule p. 438. n. b.

b Ὅπως —— μηδεὶς —— εἴςεισι] *Steph.* dicendum fuisse suspicatur εἰςίῃ vel potiùs εἰςίοι, non εἴςεισι. Sed cùm εἴςεισι vicem futuri indicativi repræsentet, nihil mutandum videtur. Eâdem constructione utitur *Aristoph.* Νεφ. v. 256. —— ὅπως μὴ θύσετε.

c Οἵ τε γὰρ &c.] Supple, ἔφασαν vel ἔλεγον —— et vide p. 240. n. f. Cæterùm, in MSto Eton. sic se habet locus —— ὥςτε γὰρ Θρᾷκες (omisso πολέμιοι) ὑμῖν καὶ ἡμῖν &c.

d Ἐξῄεσαν,] Idem MS. exhibet ἀνέστησαν.

e Οὐδέν τι] MS. Eton. οὐδὲν ἔτι. Malé. Vide p. 403. n. b.

f Αὐτὲς] Valet hìc forsan μόνους. Vide p. 271. n. b. et p. 109. n. b.

g Ἡμετέραν] Hanc lectionem expressit *Amasæus.* Vulgò legitur ὑμετέραν.

h Εἴη, —— παρ' &c.] MS. Eton. ᾖ —— πρός. Sed nil mutandum.

εἰ ὁ Ἑλληνικὸς νόμος κάλλιον ἔχει· μεθ' ἡμέραν μὲν γὰρ ἐν ταῖς πορείαις [a] ἡγεῖται τοῦ στρατεύματος, ὁποῖον ἀεὶ πρὸς τὴν χώραν συμφέρει, ἐάν τε ὁπλιτικὸν, ἐάν τε ἱππικόν· νύκτωρ δὲ νόμος τοῖς Ἕλλησιν ἐστὶν ἡγεῖσθαι τὸ βραδύτατον· οὕτω γὰρ ἥκιστα διασπᾶται τὰ στρατεύματα, καὶ ἥκιστα λανθάνουσιν ἀποδιδράσκοντες ἀλλήλους· [b] οἱ δὲ διασπασθέντες πολλάκις καὶ περιπίπτουσιν ἀλλήλοις, καὶ ἀγνοοῦντες κακῶς ποιοῦσι καὶ πάσχουσιν. Εἶπεν οὖν Σεύθης, Ὀρθῶς τε λέγετε, καὶ τῷ νόμῳ τῷ ὑμετέρῳ πείσομαι. Καὶ ὑμῖν μὲν ἡγεμόνας δώσω, τῶν πρεσβυτάτων τοὺς ἐμπειροτάτους τῆς χώρας, αὐτὸς δ' ἐφέψομαι τελευταῖος, τοὺς ἵππους ἔχων· ταχὺ γὰρ πρῶτος, ἂν δέῃ, παρέσομαι. [c] Σύνθημα δ' εἶπον [d] Ἀθηναῖοι κατὰ τὴν συγγένειαν. Ταῦτ' εἰπόντες ἀνεπαύοντο.

Ἡνίκα δ' ἦν ἀμφὶ μέσας νύκτας, παρῆν Σεύθης, ἔχων τοὺς ἱππέας τεθωρακισμένους, καὶ τοὺς πελταστὰς σὺν τοῖς ὅπλοις. Καὶ ἐπεὶ παρέδωκε τοὺς ἡγεμόνας, οἱ μὲν

iter noctu nobis faciendum erit, an mos Græcus sit melior quàm vester: nam interdiu exercitum in itineribus *faciendis*, eâ semper *pergendi* ratione *instituti* quæ ad locum convenit, antecedere solet vel gravis armatura vel equitatus; noctu verò moris Græcorum est ut pars *exercitûs* tardissima præcedat: nam ità copiæ minimè distrahuntur, minimèque fieri potest ut alii ab aliis clam secedant: at *partes exercitûs* distractæ sæpè in se invicem incurrunt, et per ignorantiam lædunt et læduntur. Rectè dicitis, ait tandem Seuthes, atque vestro *huic* instituto parebo. Et vobis quidem duces dabo *eos*, qui inter natu maximos regionis sunt *hujus* peritissimi; ipsi autem loco ultimo subsequar cum equitatu: quippe statim, si res poscat, in primâ acie adero. Tesseram autem dabant Athenienses propter cognationem. His dictis quievêre.

Cùm *jam* nox media adpetiisset, Seuthes aderat, cum equitibus loricatis, et cum peltastis armis instructis. Cúmque duces *itineris* dedisset, gravis ar-

a Ἡγεῖται] Sic MS. Eton. Hactenus editi repræsentârunt ἡγεῖσθαι.

b Οἱ δὲ διασπασθέντες &c.] Desunt hæc omnia in MSto Eton. quæ reperiuntur inter ἀλλήλους et καὶ ἀγνοοῦντες.

c Σύνθημα] Adi p. 405. n. h.

d Ἀθηναῖοι κατὰ &c.] MS. Eton. dat Ἀθηναίαν. quam scripturam sequutus, *Minervam* fuisse tesseram, *Binghamus* versionis Anglic. auctor non indoctus autumavit. *Ablancortius* censuisse videtur ipsam vocem Ἀθηναῖοι tesseræ loco propositam fuisse. At ejus potiùs, quæcunque tandem vox esset, auctores, opinor, erant Athenienses; quippe quòd Græci jam militarem operam Seuthæ navarent, qui Atheniensibus cognatione junctus erat: uti suprà p. 441. atque adeò munus hoc ipsis Græci cæteri minùs inviderent.

ὁπλῖται ἡγοῦντο, οἱ δὲ πελτασταὶ εἵποντο, οἱ δὲ ἱππεῖς ὠπισθοφυλάκουν. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἦν, ὁ Σεύθης παρήλαυνεν [a] εἰς τὸ πρόσθεν· καὶ ἐπῄνεσε τὸν Ἑλληνικὸν νόμον· πολλάκις γὰρ ἔφη [b] νύκτωρ αὐτὸς, καὶ σὺν ὀλίγοις πορευόμενος, ἀποσπασθῆναι σὺν τοῖς ἵπποις ἀπὸ τῶν πεζῶν· νῦν δὲ, ὥσπερ δεῖ, ἀθρόοι πάντες ἅμα τῇ ἡμέρᾳ φαινόμεθα. Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν περιμένετε αὐτοῦ, καὶ ἀναπαύεσθε· ἐγὼ δὲ σκεψάμενός τι ἥξω. Ταῦτ' εἰπὼν [c] ἤλαυνε δι' ὄρους, ὁδόν τινα λαβών. Ἐπεὶ δ' ἀφίκετο εἰς χιόνα πολλὴν, ἐσκέψατο [d] ἐν τῇ ὁδῷ, εἰ εἴη ἴχνη ἀνθρώπων ἢ προηγούμενα ἢ ἐναντία. Ἐπεὶ δὲ ἀτριβῆ ἑώρα τὴν ὁδὸν, [e] ἧκει ταχὺ πάλιν, καὶ ἔλεγε, Καλῶς, ὦ ἄνδρες, ἔσται, ἐὰν θεὸς θέλῃ· τοὺς γὰρ ἀνθρώπους λήσομεν ἐπιπεσόντες. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν [f] ἡγήσομαι τοῖς ἵπποις, ὅπως, ἄν τινα ἴδωμεν, μὴ διαφυγὼν σημήνῃ τοῖς πολεμίοις· ὑμεῖς δ' ἕπεσθε· κἂν λειφθῆτε, τῷ στίβῳ τῶν ἵππων ἕπεσθε· [g] ὑπερβάντες δὲ τὰ ὄρη ἥξομεν εἰς τὰς κώμας πολλάς τε καὶ εὐδαίμονας.

maturæ milites præcedebant, peltastæ sequebantur, à tergo agmen tutabantur equites. Cùm illuxisset dies, Seuthes in frontem provectus est; Græcorúmque adeò collaudavit institutum; sæpè enim *accidisse* aiebat ut ipse noctu, cùm vel exiguis cum *copiis* iter faceret, cum equitatu à peditibus divelleretur: nunc, uti *fieri* oportet, simul atque illuxerit dies conferti omnes conspicimur. At vos hìc *me* expectate, ac requiescite; ego aliquid speculatus veniam. Hæc cùm dixisset per montem equo vectus est, viam quandam nactus. Cúmque ad nivem multam venisset, in viâ, exstaréntne hominum vel anteriora spectantia vel contraria vestigia, exploravit. Et ubi viam non tritam esse videbat, celeriter redit et, Præclarè, inquit, viri, res *nobis* succedet, deo volente: nam homines clàm adoriemur. At ego cum equitatu præcedam, ut nè, si quem videamus, elapsus *is* hostibus *adventum nostrum* significet: vos verò sequimini; ac si à tergo relicti fueritis, equorum vestigia sequimini: ubi autem montes superaverimus, ad vicos multos opulentósque veniemus.

a Εἰς τὸ πρόσθεν] Vide p. 202. n. f.

b Νύκτωρ αὐτὸς, &c.] Sic suprà p. 446. ἀξιώσω αὐτὸς ἔχειν. Adde p. 346. n. c.

c Ἤλαυνε] Vide p. 443. n. f.

d Ἐν τῇ ὁδῷ,] In MSto. Eton. desunt. Ibidem pro προηγούμενα, quod paulò pòst sequitur, scribitur πρόσω ἡγούμενα.

e Ἧκει ταχὺ] Idem MS. ἧκε πάλιν, omisso ταχύ. Sed ἧκει Ἀττικὸν est; ἧκον, κοινότερον: uti *Thom. Magist.* in v. Ἧκω.

f Ἡγήσομαι τοῖς ἵπποις,] Supple σὺν τοῖς &c. Vide p. 109. n. b.

g Ὑπερβάντες] MS. Eton. ὑπερβάλλοντες. nec malé. Vide p. 425. n. g. et p. 399. n. c.

Ἡνίκα δὲ ἦν [a] μέσον ἡμέρας, ἤδη τε ἦν ἐπὶ τοῖς ἄκροις, καὶ κατιδὼν τὰς κώμας, ἧκεν ἐλαύνων [b] πρὸς τοὺς ὁπλίτας, καὶ ἔλεγεν, Ἀφήσω ἤδη καταθεῖν τοὺς μὲν ἱππέας εἰς τὸ πεδίον, τοὺς δὲ πελταστὰς ἐπὶ τὰς κώμας. Ἀλλ' ἕπεσθε ὡς ἂν δύνησθε τάχιστα, ὅπως, ἄν τις ὑφιστῆται, ἀλέξησθε. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Ξενοφῶν, κατέβη ἀπὸ τοῦ ἵππου. Καὶ ὃς ἤρετο, Τί καταβαίνεις, ἐπεὶ σπεύδειν δεῖ; Οἶδα, ἔφη, ὅτι οὐκ ἐμοῦ μόνου δέῃ· οἱ δ' ὁπλῖται θᾶττον δραμοῦνται καὶ ἥδιον, [c] ἂν καὶ ἐγὼ πεζὸς ἡγῶμαι.

Μετὰ ταῦτα ᾤχετο καὶ Τιμασίων μετ' αὐτοῦ, ἔχων ἱππέας ὡς τετταράκοντα τῶν Ἑλλήνων. Ξενοφῶν δὲ παρηγγύησε τοὺς [d] εἰς τριάκοντα ἔτη παριέναι [e] ἀπὸ τῶν λόχων εὐζώνους. Καὶ αὐτὸς μὲν [f] ἐτρόχαζε, τούτους ἔχων· Κλεάνωρ δὲ ἡγεῖτο τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. Ἐπεὶ δ' ἐν ταῖς κώμαις ἦσαν, Σεύθης ἔχων ὅσον [g] πεντήκοντα ἱππέας, [h] προσελάσας εἶπε, [i] Τάδε δή, ὦ Ξενοφῶν, ἃ σὺ ἔλεγες· ἔχον-

Cùm meridies adpetiisset, in vertices jam evaserat, et cùm in vicos despexisset, ad gravis armaturæ milites equo incitato venit et, Dimittam, inquit, jam equites ad incursiones in planitiem faciendas, et peltastas in vicos. At sequimini quàm potestis celerrimè, ut, si quis *nobis* restiterit, opem feratis. Hæc cùm audiisset Xenophon, de equo descendit. Et quærebat ille, Cur descendis, cùm festinatione sit opus? Novi, inquit, non me solùm opus esse; et *hi* gravis armaturæ milites celeriùs current ac libentiùs, si et ipse pedes *agmen* duxero.

Post hæc cum eo Timasion etiam abiit, cum Græcorum equitibus ferè quadraginta. Xenophon autem *milites* triginta circiter annos natos, qui expediti essent, à cohortibus *ad se* procedere jussit. Atque ipse cum *his* citato gradu currebat; et Cleanor Græcos cæteros ducebat. Posteaquam verò in vicos venissent, Seuthes, cum equitibus ferè quinquaginta, equo advectus, Hæc sanè, Xenophon, inquit, *evenerunt*, quæ tu dicebas; capti sunt homines:

a Μέσον ἡμέρας,] *Thom. Magist.* Μέσον ἡμέρας, καὶ μεσημβρία, καὶ μεσοῦσα ἡμέρα· μέση δὲ ἡμέρα, κοινόν.

b Πρὸς τοὺς &c.] MS. Eton. — εἰς τοὺς *&c.*

c Ἂν καὶ ἐγὼ] In MSto eodem deest καί. malé.

d Εἰς τριάκοντα] MS. Eton. edit. *Flor.* aliíque libri exhibent πεντήκοντα. Receptam lectionem præstant edit. *Steph.* et *Leunclav.* Vide tamen p. 396. n. f.

e Ἀπὸ τῶν λόχων] In eodem MSto, edit. vet. et *Leunclav.* legitur ἀπὸ τῶν λοχαγῶν. Sed rectiùs *Steph.* scripturam receptam repræsentavit.

f Ἐτρόχαζε,] *Hesych.* et *Phavor.* Τροχάσας, σπεύσας, δραμὼν, προλαβών. *Suid.* Τροχάζειν, διατρέχειν. Eodem hoc verbo usus est Noster *Hist. Gr.* l. 7. ferè medio: καὶ τὸ μὲν πρῶτον ταχέως ἡγῶντο, ἔπειτα δὲ ἐτρόχαζον.

g Πεντήκοντα] MS. Eton. τριάκοντα.

h Προσελάσας] Sic rectè MS. Eton. Vulgò legitur προελάσας. Hæc autem

ται οἱ ἄνθρωποι· ἀλλὰ γὰρ οἱ ἱππεῖς [k] ἔρημοι οἴχονταί μοι, ἄλλος ἀλλαχῇ διώκων· καὶ δέδοικα, μὴ συστάντες ἀθρόοι πού κακόν τι ἐργάσωνται οἱ πολέμιοι. Δεῖ δὲ καὶ ἐν ταῖς κώμαις [l] καταμένειν τινὰς ἡμῶν· μεσταὶ γάρ εἰσιν ἀνθρώπων. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, σὺν οἷς ἔχω, τὰ ἄκρα καταλήψομαι· σὺ δὲ Κλεάνορα κέλευε διὰ τοῦ πεδίου παρατεῖναι τὴν φάλαγγα παρὰ τὰς κώμας. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐποίησαν, συνηλίσθησαν ἀνδράποδα μὲν ὡς χίλια, βόες δὲ δισχίλιοι, καὶ ἄλλα πρόβατα μύρια. Καὶ τότε μὲν αὐτοῦ [m] ηὐλίσθησαν·

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ [n] κατακαύσας ὁ Σεύθης τὰς κώμας παντελῶς, καὶ οὐδεμίαν οἰκίαν λιπὼν, (ὅπως φόβον ἐνθείη καὶ τοῖς ἄλλοις οἷα πείσονται, ἂν μὴ πείθωνται) ἀπῄει πάλιν. Καὶ τὴν μὲν λείαν ἀπέπεμψε [o] διατίθεσθαι Ἡρακλείδῃ εἰς Πέρινθον, [p] ὅπως μισθὸς γένηται τοῖς στρατιώταις· αὐτὸς δὲ καὶ οἱ Ἕλληνες ἐστρατοπεδεύσαντο ἀνὰ τὸ Θυνῶν πεδίον. Οἱ δ' ἐκλιπόντες, ἔφευγον εἰς τὰ ὄρη.

Ἦν δὲ χιὼν πολλὴ, καὶ ψύχος οὕτως, ὥστε τὸ ὕδωρ, ὃ

verùm equites à me soli discesserunt, alio alibi *hostes* persequente: atque adeò metuo nè hostes, densum in globum alicubi collecti, malo *eos* aliquo adficiant. Cæterùm in *his* etiam vicis remanere quosdam nostrûm oportet; sunt enim hominibus referti. Ego verò, inquit Xenophon, cum his qui mihi adsunt, vertices occupabo: tu Cleanori præcipe ut per planitiem phalangem propter vicos extendat. Hæc cùm fecissent, mancipia circiter mille collecta sunt, boves autem bis mille, et pecorum aliorum decem millia. Ac tum quidem ibi commorati sunt.

Postridie Seuthes, cùm vicos prorsus exussisset, ac nè unam quidem domum reliquisset, (quò aliis etiam metum incuteret *de iis* quæ *ipsi* perpessuri essent, nisi ipsi parerent) rursus abivit. Ac prædam quidem ad Perinthum, *ibi* ab Heraclide vendendam, misit; ut *ex eâ* stipendium militibus conficeretur: ipse autem et Græci in Thynorum planitie castra metati sunt. At illi *sedibus suis* relictis in montes se fugâ recipiebant.

Erat autem nix multa, ex frigus *acerbum* adeò, ut aqua, quam ad cœnam

invicem permutari solere plus vice simplici jam suprà notavimus.

i Τάδε δὴ,] Scil. ἐστί. Quâ de ellipsi vide p. 292. n. a.

k Ἔρημοι] I. e. *soli, sine duce cæterisque copiis.* Hos utique paulò antè in planitiem immiserat, p. præced.

l Καταμένειν] Vide p. 416. n. b.

m Ηὐλίσθησαν.] Adi p. 217. n. c.

n Κατακαύσας] Consule p. 24. n. d.

o Διατίθεσθαι] Lege p. 446. n. b.

p Ὅπως μισθὸς &c.] MS. Eton. ὅπως ἂν μισθὸς γένοιτο. Seuthes utique ità statuerat p. 446.

[a] ἐφέροντο ἐπὶ δεῖπνον, ἐπήγνυτο, [b] καὶ ὁ οἶνος ἐν τοῖς ἀγγείοις, καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλῶν καὶ ῥῖνες [c] ἀπεκαίοντο καὶ ὦτα. Καὶ τότε δῆλον ἐγένετο, οὗ ἕνεκα οἱ Θρᾷκες [d] τὰς ἀλωπεκίδας ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι καὶ τοῖς ὠσί, [e] καὶ χιτῶνας οὐ μόνον περὶ τοῖς στέρνοις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῖς μηροῖς· καὶ [f] ζειρὰς μέχρι ποδῶν ἐπὶ τῶν ἵππων ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ χλαμύδας. Ἀφιεὶς δὲ [g] τῶν αἰχμαλώτων ὁ Σεύθης εἰς τὰ ὄρη, [h] ἔλεγεν ὅτι, εἰ μὴ [i] καταβήσονται οἰ-

ferebant *ministri*, *eo* concresceret, et vinum ipsum in vasis; Græcorúmque multorum et nares deurerentur et aures. Atque *ibi* tum perspicuum erat, quamobrem pelles vulpinas circùm capita Thraces et aures gestent, *itémque* tunicas non modò circa pectora, sed *ipsa* etiam femora; sagula etiam ad pedes usque demissa in equis *sedentes* habeant, non chlamydas. Et Seuthes, ex captivis *quibusdam* in montes dimissis, *per eos* denuntiavit, ni descende-

a Ἐφέροντο] Scil. *ministri*. Vide p. 450. n. f. Cæterùm, activè itidem ponitur id verbi p. 408.

b Καὶ ὁ οἶνος ἐν &c.] In MS. Eton. *καὶ ὁ οἶνος ὁ ἐν &c.*

c Ἀπεκαίοντο] Pro quo legitur *ἀπεκαίοντο, ἀπεκρίνοντο, ἀπεκείραντο*. Pessimè. De verbo recepto consule p. 248. n. c.

d Τὰς ἀλωπεκίδας ἐπὶ &c.] Significationis ejus, quam vox ἀλωπεκὶς hoc loco postulat, exemplum se desiderare ait *Steph.* in Thes. nec ullum profert *Constant.* Cæterùm, morem hunc Thracum tangit eruditiss. *Montfauc.* Antiq. illustr. T. 4. part. 1. p. 31. *Herodot.* l. 7. c. 75. Θρήϊκες δὲ ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἀλωπεκέας ἔχοντες, &c.

e Καὶ χιτῶνας οὐ &c.] Libet hìc proferre, quæ de Thraciâ Thraciæque populis cecinit *Ovid.* Trist. l. 3. el. 10. v. 13 et seq.

Nix jacet: et jactam nec sol pluviæve resolvunt:
Indurat Boreas, perpetuámque facit.
Ergo, ubi delicuit nondum prior, altera venit:
Et solet in multis bima manere locis.
Tantaque commoti vis est Aquilonis, ut altas
Æquet humo turres, tectaque rapta ferat.
Pellibus et sutis arcent malè frigora braccis.
Oraque de toto corpore sola patent.
Sæpè sonant moti glacie pendente capilli,
Et nitet inducto candida barba gelu:
Udaque consistunt, formam servantia testæ,
Vina: nec hausta meri, sed data frusta bibunt.

Adde Trist. l. 5. el. 7. v. 49.

f Ζειρὰς] Sic scribendum ἐξ Ἐτονένσις: cùm libri hactenus editi mendosè repræsentent ζεῖρας. Etymol. m. Ζειραὶ, χιτῶνες ἀνακεκολπωμένοι, ἢ ἀνάκωλοι. Ξενοφῶν Καὶ ζειρὰς μέχρι τῶν ποδῶν ἐπὶ τῶν ἵππων ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ χλαμύδα. Ubi notandum articulum ante ποδῶν reperiri, sicut in MSto Eton. *Harpocrat.* Ζειρὰ, ἤτοι σειρὰ, ὥς τινες, ἦν ἔνδυμά τι, ὃ ἐπενδύονται μετὰ τοὺς χιτῶνας, ὥσπερ ἐφαπτίδας. Deinde, citato Lysiâ, verba hæc Xenoph. adducit, malè scribens ἐν ἵππῳ ἀναβάσιμοι, pro ἐν ἐφέδρῳ. Adde *Suid. Phavor.* et *Hesych.* De Arabibus sic *Herodot.* l. 7. c. 69. ζειρὰς ὑπεζωσμένοι ἦσαν. et c. 75. Θρήϊκες δὲ, ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἀλωπεκέας ἔχοντες, ἐστρατεύοντο, περὶ δὲ τὸ σῶμα κιθῶνας· ἐπὶ δὲ, ζειρὰς περιβεβλημένοι ποικίλας.

g Τῶν αἰχμαλώτων] Supple τινάς. Vide p. 221. n. e. Adde p. 454. lin. 10.

h Ἔλεγεν ὅτι, — ὅτι] Adi p. 336. n. d.

i Καταβήσονται οἰκήσοντες] In loco vertendo lectionem hanc, *καταβήσονται καὶ οἰκήσονται, ὅτι &c.* expressit *Leunclav.* vulgatam *Amas.* opinor, rectiùs.

κήσοντες καὶ πείσονται, ὅτι κατακαύσει καὶ τούτων τὰς κώμας καὶ τὸν σῖτον, καὶ ἀπολοῦνται τῷ λιμῷ. [a] Ἐκ τούτου κατέβαινον καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες καὶ οἱ πρεσβύτεροι· οἱ δὲ νεώτεροι ἐν ταῖς ὑπὸ τὸ ὄρος κώμαις ηὐλίζοντο. Καὶ ὁ Σεύθης καταμαθὼν, ἐκέλευσε τὸν Ξενοφῶντα τῶν ὁπλιτῶν τοὺς νεωτάτους λαβόντα συνέπεσθαι. Καὶ [b] ἀναστάντες τῆς νυκτὸς ἅμα τῇ ἡμέρᾳ παρῆσαν ἐπὶ ταῖς κώμαις· καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι ἐξέφυγον· (πλησίον γὰρ ἦν τὸ ὄρος) ὅσους δὲ κατέλαβον, κατηκόντισεν ἅπαντας ὁ Σεύθης.

[c] Ἐπισθένης δὲ ἦν τις Ὀλύνθιος παιδεραστὴς, ὃς ἰδὼν καλὸν παῖδα [d] ἡβάσκοντα ἄρτι, πέλτην ἔχοντα, μέλλοντα ἀποθνήσκειν, προσδραμὼν Ξενοφῶντα ἱκέτευσε βοηθῆσαι παιδὶ καλῷ. Καὶ ὃς προσελθὼν τῷ Σεύθῃ δεῖται μὴ ἀποκτεῖναι τὸν παῖδα· καὶ τοῦ Ἐπισθένους διηγεῖται τὸν τρόπον, καὶ ὅτι λόχον ποτὲ συνελέξατο, σκοπῶν οὐδὲν ἄλλο, ἢ εἴ τινες εἶεν καλοί· καὶ μετὰ τούτων ἦν ἀνὴρ ἀγαθός. Ὁ δὲ Σεύθης ἤρετο, Ἦ καὶ ἐθέλοις ἂν, ὦ Ἐπίσθενες, [e] ὑπὲρ

rent ad sedes suas incolendas, et *ipsi* parerent, ipsorum etiam se vicos exusturum et frumentum, ipsósque *adeò* fame perituros. Ibi tum et mulieres et pueri et seniores descenderunt: at juniores in vicis sub monte *sitis* commorati sunt. Et Seuthes id ubi intellexisset, Xenophontem hortatus est, ut adsumptis ex gravi armaturâ natu maximis *ipsum* sequeretur. Atque adeò cùm noctu surrexissent, primâ luce ad vicos venerunt: ac *hostium* maxima pars *indè* fugâ abivit; (nam mons erat in vicino) quoscunque verò ceperunt, *eos* omnes jaculis confixit Seuthes.

Erat autem Olynthius quidam puerorum amator Episthenes, qui cùm puerum pulchrum jam pubescentem, peltam tenentem, *mox* moriturum conspiceret, ad Xenophontem adcurrit suppliciterque *eum* oravit, ut opem puero formoso ferret. Et is ad Seuthen progressus rogabat nè puerum interficeret; *simúl*que Episthenis ingenium narrat, eúmque *adeò* cohortem aliquando collegisse, cùm nihil aliud spectaret, quàm si qui formosi essent; et cum his strennum se virum præbere *consuevisse*. Quærebat Seuthes, Vellésne, Epis-

a Ἐκ τούτου] Sic rectè edit. *Steph.* In aliis perperam legitur Ἐκ τούτων &c.

b Ἀναστάντες] Consule p. 214. n. f.

c Ἐπισθένης δὲ &c.] Idem forsan hìc Olynthius, qui suprà p. 260. Amphipolitanus dicebatur. Λακωνικὸς itidem p. 440. n. e. adpellatur Νέων, qui dici solet aliàs Ἀσιναῖος. *Steph.* Byz. Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην, ἥτις &c. — τὸ ἐθνικὸν Ἀμφιπολίτης. Idem, Ὄλυνθος, πόλις Θρᾴκης, πρὸς τῇ Σιθωνίᾳ τῆς Μακεδονίας — ὁ πολίτης, Ὀλύνθιος, &c.

d Ἡβάσκοντα ἄρτι,] *Thom. Magist.* Ἡβᾶν — κάλλιον ἢ ἡβάσκειν. Adcuratiùs *Mœris* Attic. Ἡβάσκειν, ἐπὶ τῶν παίδων ἀρχομένων ἡβᾶν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, Ἀττικῶς. Idem, Ἄρτι, οἱ μὲν Ἀττικοὶ τὸ πρὸ ὀλίγου· οἱ δὲ Ἕλληνες καὶ περὶ τοῦ νῦν λέγουσιν.

e Ὑπὲρ τούτου ἀποθανεῖν;] Mox leges — εἰ παίσειεν αὐτὸν ἀντὶ ἐκείνου. Phrasi illâ

τούτου ἀποθανεῖν; Ὁ δ᾽ ἐπανατείνας τὸν τράχηλον, Παῖε, εἶπεν, εἰ κελεύει ὁ παῖς, καὶ μέλλει χάριν εἰδέναι. Ἐπήρετο ὁ Σεύθης τὸν παῖδα εἰ παίσειεν αὐτὸν ἀντὶ ἐκείνου. Οὐκ εἴα ὁ παῖς, ἀλλ᾽ ἱκέτευε μηδέ ἕτερον κατακαίνειν. Ἐνταῦθα δὴ ὁ Ἐπισθένης περιλαβὼν τὸν παῖδα, εἶπεν, Ὥρα σοι, ὦ Σεύθη, περὶ τοῦδε μοι διαμάχεσθαι· οὐ γὰρ μεθήσω τὸν παῖδα. Ὁ δὲ Σεύθης γελῶν, ταῦτα μὲν εἴα· ἔδοξε δ᾽ αὐτῷ αὐτοῦ αὐλισθῆναι, [a] ἵνα μὴ ἐκ τούτων τῶν κωμῶν οἱ ἐπὶ τοῦ ὄρους τρέφοιντο. Καὶ αὐτὸς μὲν ἐν τῷ πεδίῳ ὑποκαταβὰς [b] ἐσκήνου· Ξενοφῶν δὲ ἔχων τοὺς ἐπιλέκτους, ἐν τῇ ὑπὸ τὸ ὄρος ἀνωτάτω κώμῃ, καὶ οἱ ἄλλοι [c] Ἕλληνες, ἐν τοῖς ὀρεινοῖς τοῖς καλουμένοις Θρᾳξὶ, πλησίον κατεσκήνησαν.

[a] προμαχῶνας καὶ ἄνδρας πολλοὺς καὶ μαχίμους ἔχουσα) διορύττειν ἐπεχείρησαν [b] τὸν πύργον. Ὁ δὲ τοῖχος ἦν ἐπὶ ὀκτὼ πλίνθων [c] γηΐνων τὸ εὖρος. Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ διωρώρυκτο· καὶ ὡς τὸ πρῶτον διεφάνη, ἐπάταξεν ἔνδοθεν [d] βουπόρῳ τις ὀβελίσκῳ διαμπερὲς τὸν μηρὸν τοῦ ἐγγυτάτω· [e] τὸ δὲ λοιπὸν ἐκτοξεύοντες ἐποίουν μηδὲ παριέναι ἔτι ἀσφαλὲς εἶναι. Κεκραγότων δ' αὐτῶν καὶ [f] πυρσευόντων, ἐκβοηθοῦσιν Ἰταβέλιος μὲν ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἐκ Κομανίας δὲ [g] ὁπλῖται φρουροὶ, καὶ ἱππεῖς Ὑρκάνιοι, καὶ οὗτοι βασιλέως μισθοφόροι, ὡς ὀγδοήκοντα, καὶ ἄλλοι πελτασταὶ εἰς ὀκτακοσίους· ἄλλοι δ' ἐκ Παρθενίου, ἄλλοι δ' ἐξ Ἀπολλωνίας, καὶ ἐκ τῶν πλησίον χωρίων, καὶ ἱππεῖς.

Ἐνταῦθα δὴ ὥρα ἦν πῶς ἔσται ἡ ἄφοδος σκοπεῖν· καὶ λαβόντες ὅσοι ἦσαν βόες καὶ πρόβατα, [h] ἤλαυνον, καὶ τὰ ἀνδράποδα ἐντὸς [i] πλαισίου ποιησάμενοι· οὐ τοῖς χρήμασιν

tos et ad pugnandum idoneos) eam perfodere conati sunt. Murus autem erat octo laterum terreorum latitudine. Die verò illucescente perfossus erat; et ubi primùm *pervia* adparebat, eorum quidam, qui erant intus, veru transfigendis bobus facto femur ejus, qui *ad turrim* proximè accesserat, transfodit: deinde sagittas excutiendo efficiebant ut ampliùs nè *illam versùs* progredi quidem tutum esset. Clamantibus autem iis et faces accensas tollentibus, Itabelius cum copiis suis, *itém*que ex Comaniâ gravis armaturæ milites præsidiarii, equitésque Hyrcanii, iíque regis stipendiarii, ferè octoginta, et alii peltastæ circiter octingenti, ad opem ferendam excurrunt: alii item, *iidém*que equites, ex Parthenio, alii ex Apolloniâ, et locis vicinis.

Ibi jam tempuse rat ut quomodo fieret discessus considerarent: atque adeò bobus, quotquot *isthìc* erant, et ovibus sumptis, *itém*que mancipiis intrà quadratum agmen receptis, progrediebantur; non jam de opibus cogitantes, sed

a Προμαχῶνας] In lexicis reperitur vox sine auctore. Lexic. Gr. Lat. vet. Προμαχιὼν, *propugnaculum*. Exstat etiam προμαχιῶνες apud *J. Poll.* l. 7. segm. 120.

b Τὸν πύργον.] Vocem hanc et τύρσιν tanquam synonymas adhibuit *Hesych.* utì videre est suprà p. 242. n. c. Confer p. 426. n. b.

c Γηΐνων] Auctorem non agnoscunt Lexic.

d Βουπόρῳ τις ὀβελίσκῳ] *Leunclav.* vertit, *veru pungendis bobus facto* &c. *Hesych.* et *Phavor.* Βουπόρους ὀβελοὺς, μεγάλους ὀβελίσκους. Horum meminit etiam *J. Poll.* l. 9. segm. 77. ubi doctiss. *Hemsterh.* scribit se existimare *verua* quæcunque majora, quorum præcipuè in assandâ bovinâ erat usus, isto nomine adpellata. *Suid.* etiam verba hæc Xenoph. citat in v. Ὀβελός: ubi ἔνδον pro ἔνδοθεν exhibet.

e Τὸ δὲ λοιπὸν] Vide p. 102. n. c.

f Πυρσευόντων,] *Suid.* Πυρσεύω· πῦρ ἐξάπτω. Καὶ πυρσεύω σοι τὴν σωτηρίαν· ἀντὶ τοῦ ἐκφαίνω &c. sumptâ metaphorâ à φρυκτωροῖς, qui in speculis sublatâ face navigantibus aut errantibus noctu ostendunt, quò cursum dirigant.

g Ὁπλῖται φρουροὶ, &c.] MS. Eton. exhibet ὁπλῖται Ἀσσύριοι καὶ Ὑρκάνιοι ἱππεῖς &c.

h Ἤλαυνον,] Vide p. 455. n. c. A *Leunclav.* construitur id verbi cum βόες καὶ πρόβατα: idémque adeò vertit *abigebant omnia*.

i Πλαισίου] Adi p. 195. n. g.

ἔτι προσέχοντες τὸν νοῦν, ἀλλὰ μὴ φυγὴ εἴη ἡ ἄφοδος, εἰ καταλιπόντες τὰ χρήματα ἀπίοιεν, καὶ οἵ τε πολέμιοι θρασύτεροι εἶεν, καὶ οἱ στρατιῶται ἀθυμότεροι· νῦν δὲ ἀπῄεσαν ὡς περὶ τῶν χρημάτων μαχούμενοι. Ἐπεὶ δὲ ἑώρα [a] Γογγύλος ὀλίγους μὲν τοὺς Ἕλληνας, πολλοὺς δὲ τοὺς ἐπικειμένους, ἐξέρχεται καὶ αὐτὸς [b] βίᾳ τῆς μητρὸς, τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἔχων, βουλόμενος [c] συμμετασχεῖν τοῦ ἔργου· συνεβοήθει δὲ καὶ [d] Προκλῆς ἐξ [e] Ἐλισάρνης καὶ Τευθρανίας, ὁ ἀπὸ Δαμαράτου. [f] Οἱ δὲ περὶ Ξενοφῶντα, ἐπεὶ πάνυ ἤδη ἐπιέζοντο ὑπὸ τῶν τοξευμάτων καὶ σφενδονῶν, πορευόμενοι κύκλῳ, ὅπως τὰ ὅπλα ἔχοιεν πρὸ τῶν τοξευμάτων, [g] μόλις διαβαίνουσι τὸν [h] Κάϊκον ποταμὸν, τετρωμένοι ἐγγὺς οἱ ἡμίσεις. Ἐνταῦθα καὶ Ἀγασίας Στυμφάλιος ὁ λοχαγὸς τιτρώσκεται, τὸν πάντα χρόνον μαχόμενος πρὸς τοὺς πολεμίους. Καὶ διασώζονται ἀνδράποδα ὡς διακόσια ἔχοντες, καὶ [i] πρόβατα ὅσον θύματα.

nè discessus fugæ similis esset, si relictis rebus *jam partis* abirent, atque tum hostes audaciores, tum milites animis essent demissioribus: jam verò ità discedebant, ut pro rebus *his* pugnaturi *viderentur*. Cùm autem Gongylus Græcos esse paucos videret, multósque esse qui *eos* urgerent, ipse quoque invitâ matre cum suis copiis egreditur, quippe qui vellet unà *cum aliis* facti particeps esse: opem simul ferebat etiam Procles ex Elisarne ac Teuthraniâ, qui à Damarato *genus ducebat*. Ii autem qui circa Xenophontem erant, cùm jam sagittis et fundis valde premerentur, *sic* iter facientes *ut* in orbem *agmen converterent*, quò haberent arma sagittis opposita, difficulter Caïcum amnem transeunt, cùm dimidia propè pars saucia esset. Ibi tum Agasias etiam Stymphalius cohortis præfectus vulneratus est, qui perpetuò adversùs hostes dimicâsset. Atque *ità* salvi tandem evadunt, cùm mancipia haberent ferè ducenta, et pecora *quæ* ad sacrificia satìs *essent*.

a Γογγύλος] De quo p. 497.

b Βίᾳ τῆς μητρὸς,] Vis phraseos omnino latuit versionis Angl. auctorem. Sed sic sæpè scriptores elegantissimi. *Thucyd*. l. 1. c. 43. μήτε ξυμμάχους δέχησθε βίᾳ ἡμῶν, &c. Idem l. 1. c. 68. βίᾳ ἡμῶν εἶχον — i. e. *invitis nobis*. Similiter *Isocrat*. in *Hel*. laud. p. 214. edit. *Steph*. — βίᾳ Θηβαίων —

c Συμμετασχεῖν] Verbi hujus nulla à Lexicogr. proferuntur exempla: cùm tamen eo usi fuerint auctores optimi. *Euripid*. Bacc. v. 63. — συμμετασχήσω χορῶν. *Lucian*. in *Ioaridem*. haud ità longè ab init. — ὥστ' αὐτὸν οὐκ ἀνασχέσθαι συμμετασχεῖν αὐτῷ &c.

d Προκλῆς, — ὁ ἀπὸ &c.] Suprà p. 92. — ἦλθε Προκλῆς, ὁ Τευθρανίας ἄρχων γεγονὼς, ἀπὸ Δαμαράτου τοῦ &c. ubi vide n. a. Perperam *Amas*. vertit — *à Damarato missus Procles* &c. Locum etiam malè distinxit *Steph*. vet edit. sequutus; nimirum sic — Προκλῆς ἐξ Ἐλισάρνης, καὶ Τευθρανίας ὁ ἀπὸ &c.

e Ἐλισάρνης] Scribitur et Ἀλισάρνης.

f Οἱ δὲ περὶ Ξενοφῶντα,] Adi p. 387. n. c.

g Μόλις] Inspice p. 302. n. d.

h Κάϊκον] MS. Eton. dat Κάρκασον;

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ θυσάμενος ὁ Ξενοφῶν, ἐξάγει νύκτωρ πᾶν τὸ στράτευμα, ὅπως [k] ὁτιμακροτάτην ἔλθοι τῆς Λυδίας, [l] ὥςτε μὴ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι φοβεῖσθαι, ἀλλ' ἀφυλακτεῖν. Ὁ δ' Ἀσιδάτης, ἀκούσας ὅτι [m] πάλιν ἐπ' αὐτὸν τεθυμένος εἴη Ξενοφῶν, [n] καὶ παντὶ τῷ στρατεύματι ἥξει, [o] ἐξαυλίζεται εἰς κώμας ὑπὸ τὸ Παρθενικὸν πόλισμα [p] ἐχούσας. Ἐνταῦθα οἱ περὶ Ξενοφῶντα συμπεριτυγχάνουσιν αὐτῷ, καὶ λαμβάνουσιν αὐτὸν, καὶ γυναῖκα, καὶ παῖδας, καὶ τοὺς ἵππους, καὶ πάντα [q] τὰ ὄντα· καὶ οὕτω [r] τὰ πρότερα ἱερὰ ἀπέβη. Ἔπειτα πάλιν ἀφικνοῦνται εἰς Πέργαμον. Ἐνταῦθα [s] τὸν θεὸν οὐκ ᾐτιάσατο ὁ Ξενοφῶν· συνέπραττον γὰρ καὶ οἱ Λάκωνες, καὶ οἱ λοχαγοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ, καὶ οἱ στρατιῶται, ὥςτε ἐξαίρετα λαμβάνειν, καὶ ἵππους, καὶ ζεύγη, καὶ τἄλλα· ὥςτε ἱκανὸν εἶναι καὶ ἄλλον ἤδη εὖ ποιεῖν.

Postero die Xenophon factâ re sacrâ copias omnes noctu educit, ut quàm longissimè progrederetur in Lydiam, adeò ut *hostes*, propter eà quòd ipse propè esset, metum non haberent, sed incautè se gererent. At Asidates, cùm audiisset Xenophontem iterum *de copiis* adversùs ipsum *ducendis* exta consuluisse, totóque cum exercitu venturum, *turre relictâ* in vicos castra movet sub oppidum Parthenicum pertingentes. Hìc Xenophon ipsiúsque milites in eum incidunt, et ipsum capiunt, et uxorem, et liberos, et equos, et bona omnia: atque ità priora *quæ portenderant* exta evenerunt. Pergamum deinde rursus perveniunt. Ibi tum deum Xenophon non culpabat: nam conjunctâ operâ effeçêre Lacones, et cohortium præfecti, et duces alii, et milites, ut eximia acciperet, et equos, et juga, et alia *quædam:* adeò ut jam alii etiam benefacere posset.

quam lectionem expressit *Amas.* Tu vide sis *Ind.* modò adpellatum.

i Πρόβατα ὅσον θύματα.] Sic suprà p. 449. dixit — παῖδα καὶ ὅσον ἐφόδιον.

k Ὁτιμακροτάτην] Supple ὁδὸν, et vide p. 393. n. n.

l Ὥςτε μὴ] MS. Eton. εἰς τὸ μὴ &c.

m Πάλιν ἐπ' αὐτὸν τεθυμένος] Plenè scripseris — πάλιν περὶ τοῦ ἰέναι ἐπ' αὐτὸν τεθυμένος &c.

n Καὶ παντὶ τῷ &c.] Vide p. 483. n. a.

o Ἐξαυλίζεται] In lexicis frustrà quæsiveris: quod et de συμπεριτυγχάνουσιν, paulò pòst occurrente, notandum venit.

p Ἐχούσας.] Idem valet ἔχω *Herodot.* l. 4. c. 42. ὅς, ἐπεί τε τὴν διώρυχα ἐπαύσατο ὀρύσσων τὴν ἐκ τοῦ Νείλου ἔχουσαν εἰς τὸν Ἀράβιον κόλπον, &c. *Thucyd.* l. 6. c. 62. ἔσχον ἐς Ἱμέραν &c.

q Τὰ ὄντα·] *Phavor.* Ὄντα καὶ τὰ ὑπάρχοντα κοινῶς, ἤτοι τὰ ἐν περιουσίᾳ κτήματα.

r Τὰ πρότερα ἱερὰ &c.] Respicit ea, quæ dixerat Agasias Eleus p. 498. ὅτι κάλλιστα εἶεν τὰ ἱερὰ &c. Noster, quod ad phrasin adtinet, similiter Κ. Π. p. 498. Edit. Oxon. 1727. — πῶς ἀποβέβηκε τὰ ἐκ τῶν &c.

s Τὸν θεὸν οὐκ ᾐτιάσατο] Jovem *scil.* Milichium, de quo p. 496. Cæterùm, in MSto Eton. et edit. vet. deest οὐκ ante verbum: in edit. *Steph.* et *Leunclav.* legitur — τὸν θεὸν ἠσπάσατο — Sed rectè tandem *Leunclav.* veterum librorum lectionem admittendam censuit, modò ut verbo recepto particula negandi fuerit præposita.

[a] Ἐκ τούτου Θίμβρων παραγενόμενος παρέλαβε τὸ στράτευμα, καὶ συμμίξας τῷ ἄλλῳ Ἑλληνικῷ ἐπολέμει πρὸς Τισσαφέρνην καὶ Φαρνάβαζον.

Ἄρχοντες δὲ οἵδε τῆς [b] βασιλέως χώρας, ὅσην ἐπήλθομεν, Λυδίας, [c] Ἀρτίμας· Φρυγίας, [d] Ἀρτακάμας· Λυκαονίας καὶ Καππαδοκίας, [e] Μιθραδάτης· Κιλικίας, [f] Συέννεσις· Φοινίκης καὶ Ἀραβίας, [g] Δέρνης· Συρίας καὶ Ἀσσυρίας, [h] Βέλεσις· Βαβυλῶνος, [i] Ῥωπάρας· Μηδείας, [k] Ἀρβάκας· Φασιανῶν καὶ Ἑσπεριτῶν, [l] Τηρίβαζος· ([m] Καρδοῦχοι δὲ, καὶ [n] Χάλυβες, καὶ [o] Χαλδαῖοι, καὶ [p] Μάκρωνες, καὶ [q] Κόλχοι, καὶ [r] Μοσύνοικοι, καὶ [s] Κοῖτοι, καὶ [t] Τιβαρηνοὶ, αὐτόνομοι) Παφλαγονίας, [u] Κορύλας· Βιθυνῶν, [x] Φαρνάβαζος· τῶν ἐν Εὐρώπῃ Θρακῶν, [y] Σεύθης.

Secundùm hæc cùm venisset Thimbron exercitum accepit, et cùm eum reliquis copiis Græcis conjunxisset bellum Tissapherni et Pharnabazo intulit.

Præsides autem tractûs regis *imperio subjecti*, quem peragravimus, hi *erant*, Lydiæ, Artimas; Phrygiæ, Artacamas; Lycaoniæ et Cappadociæ, Mithradates; Ciliciæ, Syennesis; Phœniciæ et Arabiæ, Dernes; Syriæ et Assyriæ, Belesis; Babylonis, Roparas; Mediæ, Arbacas; Phasianorum et Hesperitarum, Teribazus; (Carduchi verò, et Chalybes, et Chaldæi, et Macrones, et Colchi, et Mosynœci, et Cœti, et Tibareni sui juris *erant*) Paphlagoniæ, Corylas: Bithynorum, Pharnabazus; Thracum in Europâ *sitorum*, Seuthes.

a Ἐκ τούτου Θίμβρων &c.] De quo vide p. 468. Adde omnino quæ scripsit Noster *Hist. Gr.* l. 3. sub init.

b Βασιλέως] Vide p. 383. n. b.

c Ἀρτίμας·] Ἀρτάμαν quendam Noster, Phrygiæ magnæ principem, memorat Κ. Π. p. 102. Edit. Oxon. 1727.

d Ἀρτακάμας·] Est et nomen Satrapæ, quem Phrygiæ magnæ præfecit Cyrus ille magnus, Κ. Π. p. 638. Edit. Oxon. 1727.

e Μιθραδάτης·] Scribitur etiam Μιθριδάτης. Vide suprà p. 136. n. c. et p. 190. 191.

f Συέννεσις·] De quo vide p. 14 et seq.

g Δέρνης·] Hìc primùm, ni fallor, Nostro memoratus.

h Βέλεσις·] Adi p. 33.

i Ῥωπάρας·] Alibi, quod sciam, apud Xenophontem non occurrit.

k Ἀρβάκας·] P. 56. scribitur Ἀρβάκης.

l Τηρίβαζος·] Noster p. 243. Ὁ δὲ τόπος οὗτος Ἀρμενία ἐκαλεῖτο ἡ πρὸς ἑσπέραν. Unde liquet, per Hesperitas auctorem voluisse Armenios occidentales. Ὕπαρχος δ' αὐτῆς *(scil.* Ἀρμενίας*)* ἦν Τηρίβαζος, &c.

m Καρδοῦχοι] Vide p. 210.

n Χάλυβες,] Vide p. 246. 259. 261. 272.

o Χαλδαῖοι,] Vide p. 232.

p Μάκρωνες,] Vide p. 276.

q Κόλχοι,] Vide p. 279.

r Μοσύνοικοι,] Vide p. 310.

s Κοῖτοι,] Scribitur et Κοῖται. Nomen suprà non occurrit. Vide *Ind. Geogr.*

t Τιβαρηνοὶ, Vide p. 323.

u Κορύλας·] Vide p. 326.

x Φαρνάβαζος·] Vide p. 421.

y Σεύθης.] Vide p. 422.

[a] Ἀριθμὸς συμπάσης τῆς ὁδοῦ τῆς ἀναβάσεως καὶ καταβάσεως, σταθμοὶ διακόσιοι δεκαπέντε, παρασάγγαι χίλιοι ἑκατὸν πεντήκοντα, [b] στάδια τρισμύρια τετρακισχίλια, διακόσια πεντήκοντα πέντε. [c] Χρόνου πλῆθος τῆς ἀναβάσεως καὶ καταβάσεως, ἐνιαυτὸς καὶ τρεῖς μῆνες.

Itineris autem totius adscendendo et descendendo *confecti* mensura *hæc est*, castra ducena quindena, parasangæ mille centum quinquaginta, stadia triginta quatuor mille, ducena quinquaginta quinque. Temporis spatium adscendendo et descendendo *consumpti*, annus et tres menses.

a Ἀριθμὸς—τῆς &c.] Consule p. 102. n. d. et p. 324. n. c. necnon *Præfat.*

b Στάδια τρισμύρια &c.] MS. Eton. στάδια μύρια &c. in quo deest etiam διακόσια.

c Χρόνου πλῆθος &c.] Adi p. 324. n. c. et n. f. Consule *Præfat.*

INDEX GEOGRAPHICUS

URBIUM, OPPIDORUM ET FLUMINUM CLARIORUM, REGIONIBUS ETIAM IPSIS, EARUMQUE INCOLIS SUBINDE MEMORATIS, DE QUIBUS IN 'Αναβάσει FIT MENTIO.



A

ACHERUSIAS Chersonesus. *Quòd Acherusias dicta, juxta Heracleam, undique à mari est alta et prærupta, et in Occidentem vergit ad mare Bithyniæ, — et quòd illic videtur esse ad Inferos Descensus, asserit*, post Nymphim, *Scholiast.* in Apollon. Argon. l. 2. v. 730. et seqq. quos vide. Diodor. Sicul. verò juxta Memphim esse dicit *Acherusiam Paludem*, per quam corpora in pratum quoddam deportabantur, et illic in Cryptis reponebantur. l. 1. p. 61. ubi luculenter ostendit *Græcorum de Inferis Commenta, cum illis quæ in Egypto etiamnum fiant convenire.*

Ænianes, Gens Græca, ad montem Œtam, supra Ætolos, (quibus illos ac *Dolopas* adnumerat Plin.) inter Locros et Doridem, in Confinio Thessaliæ ad quam referuntur *Magnetes*. Variæ autem fuerunt Ænianum migrationes.

Antander, *Urbs sub Ida juxta Mysiam Æolidis*, ad Adramyttenum Sinum *sita, quæ ab Antandro Æolum duce nomen habet, Steph. Byz.* Alii alias nominis Caussas afferunt.

Apollonia; plures fuerunt, etiam in Asiâ minore, urbes illius nominis. Sed procul dubio hæc, de quâ agitur, fuit vel Apollonia ad Rhyndacum fl. vel (quod probabilius videtur) decima Apollonia Stephani, quæ Straboni est Apollonias, juxtà Thyatira, quæ et φρούριον fuisse innuitur.

Arabia. Strabone auctore, *Mesopotamiæ partes ad meridiem, vergentes, et à montibus remotas, siccas et steriles, Arabes Scenitæ incolunt.* Multi autem Arabes, qui in aliis et aliis habitabant locis, ita à tabernaculis cognominati sunt, quæ ciliciis metabantur ubi libuit. Sed Arabiæ istius nomen unde fuerit deductum his etiam verbis indicavit *Strabo. Nam Armeniorum, Syrorum, et Arabum, multum Cognationis præ se ferunt nationes, sermone, vitâ, corporum formâ, maximè ubi degunt in viciniâ: Idque ostendit Mesopotamia, ex tribus his conflata populis; maximè enim in illis similitudo apparet.* En itaque Arabia in Mesopotamiâ! Latrociniis autem dediti semper fuerunt Arabes illi, *Saraceni* posteà vocati teste Ammiano Marcell. quod nomen ab *Essarak* (hoc est Arabicâ linguâ, *λῃστρικοὶ καὶ νομαδικοί*) ut etiam hodie à vicinis dicuntur, deduci putat *Jos. Scaliger. in Emendat. temporum.*

Aramyttium, variè à variis scribitur; Alii enim scribunt cum d, *Adr.* Alii cum t, *Atr.* &c. *Est* autem *urbs*, inquit Steph. *juxtà Caïcum, Mysiæ amnem. Ptolem.* in Phrygiâ majore collocat 'Αδραμύττιον, quæ Sinui dat nomen. Teste *Bocharto*, Nomen הצרא מודי

Atsramudi est *Regio lutosa. Phœnicium* מוד *Mud, pro luto, Philo Byblius μὲν scribit, et exponit* Ἰλὺν, *lutum, vel ὑδατώδους μίξεως σῆψιν, aquosæ mistionis putredinem.*

Araxes, fl. qui Ptolemæo (ut censent Bochart. et Delisle) est Χαβώρας: Straboni Ἀβόῤῥας: Ammiano Marcellino *Aboras*; et Rauwolfio *Chabu*, neglecto *r*. Cellarius verò dissentit, quia propior est *Chaborus* Thapsaco, quàm pro spatio definiti itineris, nempè 50 Parasangarum. Sed fieri potuit, ut Exercitus circumduceretur, vel ut Persæ Itineris Duces falsò supputarent; quorum utrumque sæpè in hâc Expeditione evenisse deprehenditur. Vox *Aras* rapidum alveum significat, unde Persæ nomen illud multis fl. tribuerunt. *Forster*. Cum autem, Ptolem. auctore, plures per Mesopotamiam fluxerint Amnes, quorum non adduxit nomina, relinquitur etiamnum aliquis dubitandi locus, quisnam ille fuerit, quem Araxis nomine designavit Xenophon. Vide *Masca*.

Armenia, ἡ πρὸς Ἑσπέραν, eorum est Regio qui Ἑσπεριτῶν nomine veniunt Ἀναβάσεως extremâ. Hæc verò videtur fuisse Armeniæ Majoris pars maximè occidentalis.

Asine; Plures fuerunt Civitates hujusce Nominis in Peloponneso, ut Messenia et Argolica; Hanc postremam, licèt ab Argis non procul distantem, quidam hìc intelligunt. 'At Scylax et Steph. Asinem stricte loquendo Laconicam agnoscunt. Et Strabo, l. 8. dicit, quòd post Tænarum naviganti versus Onugnathon et Maletis, occurrit Amathus; inde Asine, et Spartæ navale Gythium &c. Vide quoque Thucyd. l. 4. sectt. 13. et 54. et Schol. et Xenoph. Hellen. l. 7.

Aspendus, Pamphyliæ *Urbs valdè populosa, condita ab Argivis*, inquit *Strabo*, *sita* fuit, teste *Arriano, magnâ ex parte, in asperâ præruptaque rupe, quam Eurymedon fl. adluebat.*

Atarneus, est, Civitas Æolidis, ex adverso Lesbi, inter Pitanen et Adramyttium.

B

Bisanthe, dicta et Ῥαίδεστον, auctore Ptol. Samiorum Colonia, juxta Propontidem sita erat in Thraciâ, non valdè procul ab Isthmo Chersonesi nec à Melane fluvio. Seuthes pag. 443. dicit, *hoc sibi oppidum eorum omnium quæ ad mare sita sunt pulcherrimum esse.*

Bithyni iidem sunt qui et Thraces Asiatici. *Isti* enim (Thraces) *transgressi in Asiam, vocati sunt Bithyni, priùs appellati (ut ipsi aiunt) Strymonii*, quòd *Strymonem adcolerent: à suisque Sedibus exacti sunt à Teucris* et *Mysis*, inquit Herodotus; qui etiam inter populos à Crœso subactos recenset Chalybas, Paphlagones, Thracas, Thynos et Bithynos &c. vide et Eustath. ad Dionys. v. 322. Bebrycum autem illa fuit Regio, quam occupârunt Bithyni.

Byzantium, Urbs in Bosphoro Thracio notissima; nunc Constantinopolis dicta. *Byzas* (inquit Eustath. ad Dionys. v. 804.) *dux fuit Classis Megarensium, qui etiam Byzantium condiderunt*. *Cæterùm* (ait Herodotus) *Bosphori locus quem rex Darius*, Scythas invasurus, *ponte commisit, conjectanti mihi medius videtur inter Byzantium et Templum* Mercurii, *quod suprà fauces est*. Is autem locus, teste Polybio, quinque stadiis abest ab Asiâ.

C

Cænæ, Καίναι (verisimiliter pro Καιναί) *est*, inquit *Steph. urbs* ad *Tigrim fl.*

Caïci Campus Mysorum erat, teste *Herodoto*; Cui accedit *Strabo*; *Mysia*, inquit, *in mediterraneis ab Olympeniâ ad Pergamenam est porrecta, et Campum Caïci dictum*; nempè ab illo fl. ipsum alluente, qui in Sinum Elaïticum, Adramytteni partem, inter Pitanem et Elœam, fluit.

Calpes Portus in Thraciâ Asiaticâ situs fuit, et nomen fortasse à Calpâ fl. ipsum alluente accepit, cujus meminit *Ptol.*

Carduchii, *Cardueni*, *Cordæi*, *Gordi*, *Gordiæi*, bodie *Curdes*; Populi ad Tigrim, in Armeniæ et Assyriæ confiniis, habitantes, qui tribuuntur Mediæ à *Stephano*, Parthiæ à Strabone; Parthiæ scil. Regno, non Regioni propriè sic dictæ, quæ procul indè fuit, inter Hyrcaniam et Carmaniam. Hi etiam nunc Hospitibus et viatoribus feri sunt. In Carduchiis autem Montibus (quos vel Tauro cohæsisse, vel ipsius Tauri partem fuisse verisimile est) Arcam Noæ substitisse, non levibus de causis statuêre viri eruditi.

Carmande, scribi debeat Χαρμάνδη, quæ Bocharto est כלמד *Chilmad*, Ezech. xxvii. 23. Syr. כלמדא *Chalmadda*, pro כלמנדא *Chalmanda*, Xenophonti *Charmanda* 70 Intt. vertunt Χαρμάν. De quâ

Steph. citat hæc *Sophæneti*, *in Cyri adscensu*, verba: *Sed juxta Babylonias Pylas* seu Portas, *ultra Euphratem*, *urbs condita erat*, *nomine Charmandé*.

Castoli Planities. Pro Καστωλῦ, nonnulli Κασταλῦ, alii Πακτωλῦ legendum putant; sed Lectio vulgata omninò retinenda esse videtur. *Castoli Campus*, inquit Steph. *Doriensium est*, *uti Xenophon* perhibet. *Sic autem est dictus*, *quòd Lydi Castolas vocant Dorienses*. *Erat verò in Lydiâ urbs Castolus*.

Caystri Campus, cui nomen etiam urbis cum Incolis tribuit Xenophon, ab illo longè dissitus est, cujus Eustath. ad Dionys. v. 837. aliique passim meminêre, de hoc silentes. At pluribus urbibus unum et idem sæpè inditum est nomen. Quidni ergò *Caystri Campum* in Phrygiâ superiore posueris?

Celænæ, Urbs quæ Caput olim Phrygiæ magnæ fuit, ab Incolis Opibusque felix, tum Persici Regis, tum Cyri Regiâ nobilis.

Centrites Armeniam à Carduchorum Agro separans fl. cujus nomen à נתרי, *Gethere*, vel *Getere*, (de quo Gen. x. 23.) duci suspicatus est *Bochart*. [Hujus fl. cursum, qui, juxtà Delisle, ad Orientem est, Forsterus ad Occidentem esse contendit; nec Argumentis probabilibus caret, quæ eundem esse Lyci Brachium suadeant.]

Ceramorum Forum. Κεράμου quidem, Cariæ oppidi, mentio est satis crebra, quod Doridi tribuit Ptol. At situs iste loci cum Itineris Cyri ratione minùs convenit. Rectiùs autem in illam Mysiæ partem quadrat *Ceranæ*, Phrygiæ vulgò adscriptum Oppidum, de quo Plinius, memoratis ibidem Celænis et Colossis, mentionem facit. Dici autem videtur *Ceramorum Forum*, perinde atque apud Romanos, *Forum Clodii*, *Julii*, *Appii Forum* &c.

Cerasûs, Arriani tempore Pharnacæa dicta, Urbs Græca, propè Pontum Euxinum sita, quæ Xenophontis Ævo Colchidi, posteà verò Ponto tributa est. Nomen autem (juxta Eustath. ad Dionys. v. 437.) accepit ἀπὸ τῶν φυτῶν τῶν Κεράσων, quibus etiam nunc abundat. Ad *Urbis* Annum DCLXXX. Lucullus *primùm Cerasos vexit è Ponto: Annisque* CXX *post* scil. (à Xto nato XLVII) *trans Oceanum in Britanniam usque pervenêre*. *Plin.* Nat. Hist. l. 15.

Cersus, fl. qui verisimiliter crebris iis adnumerandus est Rivis, Planiciem Ciliciæ, quà vergit ad Mare, distinguentibus, quorum meminit *Q. Curt.*

Certonium, Civitas Mysiæ, quæ Herodoto Καρίνη esse videtur. Ipse enim et *Plinius* Carenem juxtà Atarneam posuerunt; qui situs satis convenit cum Xenophonteâ Narratione. Cæterùm *Steph.* ex Theopompo adfert urbem nomine Κυτώνιον, μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας; quam, cùm ejus Scriptura minùs à Xenophontéo Κερτωνίῳ discedat, forsan hìc aliquis libentiùs intellexerit.

Chalcedon, antiqua Urbs Bithyniæ, ad Bosphorum, in orâ Ponti sita, ex adverso Byzantii, condita est à Megarensibus, inquit *Strabo*. Synodus Œcumen, 4ta illic contra Eutychianos habita est, Anno 451.

Chalus. Hujusce fl. Nomen haud alibi reperies. Cl. Delisle, Conjecturâ ex ipso Cyri Itinere factâ, eum fuisse suspicatur cui hodie nomen est *Alep*. Conjecturæ præsidium petit ex voce *Alep*, seu *Chalib*, quâ prioris loco utuntur Arabes. Nam *Chalib*, inquit ille, à *Chalo* Xenophontéo derivari videtur.

Chalybes, p. 272. Eos Diodorus Sic. Chalcidenses vocat; apud quem tamen pro Χαλκιδίων legendum videtur Χαλδαίων. *Chaldæi* autem Strabone teste, *Chalybes* antiquitùs vocabantur. Pag. verò 323. mentio fit alterius Gentis, ab hâc longo satis intervallo distantis, cui idem contigit nomen. Solebant utique Barbari isti passim per inculta loca vagari; Nomenque adeo suum communicare diversis Locis, in quibus aliquamdiu commorati erant. Chalybum etiam intra Halyn sitorum meminerunt Herodot. et Ephorus. Chalybes etiam Mosynœcis vicinos et subjectos agnoscit Eustath. ad Dionys. v. 467. *Habitant verò* [Tibareni scil.] inquit, *ut et Chaldæi*, *usque ad Armeniam minorem*; — *post quos sunt Chalybes*; — *hosce Chalybes*, *alii Chalbios vocant*. *Est autem Gens Pontica*, *juxta Thermodontem* &c. Hos quoque *Strabo* Chaldæorum nomine designâsse videtur.

Charadra, propriè *Alveus* seu *Vallis*, quem Torrens rapido suo impetu Ἐχάραξε. Item ipse Torrens. Hanc Plinii *Zerbim* esse putavit Bochart. nomen deducens à verbo זרב *Zerab* vel *Zarab*, (propriè, *effluere more Torrentis) quo non solùm Chaldæi*, inquit, *sed et Hebræi utuntur*, *et Arabes*.

Chersonesus Thraciæ, Peninsula est, inter Hellespontum ad Ortum, et Melanem sinum ad Occidentem, in Mare Ægeum excurrens. Urbes præcipuæ fuerunt, Cardia, Callipolis (nunc Gallipoli) Sestus, Elæus &c. Isthmus ejus 37. Stadia longus erat.

Chrysopolis, Oppidum ultra Chalcedo-

na, septentrionem versùs, è regione Byzantii, in Bithyniâ. *Vocata fuit*, inquit Steph. Χρυσόπολις, *ut quidem aliqui dicunt, tempore Imperii Persarum illic colligentium Aurum proveniens ex Civitatibus.* Plures autem ἀπὸ Χρυσοῦ, *vel* Χρύσης, *Chryseidis et Agamemnonis Prole*, nomen deducunt.

Cœti vel Cœtæ, Gens Pontica, juxta, vel inter Mosynœcos et Tibarenos, in Thermodontis fl. viciniâ.

Colchi, Gens Euxini Ponti orientale Litus occupans; cujus non iidem apud omnes Termini. Colchi autem proprii à Phaside ad Dioscuriadem in Septentriones habitârunt. Regio nunc Mengrelia vocatur, à *Manralis*, qui inter Gentes illam incolentes à Ptol. nominantur.

Colchorum Montes; Ii fuisse videntur Moschici Montes, qui Armeniam majorem ab Iberiâ et Colchide separabant in Septentrione. Teste Strabone, Armeniæ Montes, *Moschici*, Scœdises, et Paryadres; *hi omnes Tauri Montis, Austrinum Armeniæ latus conficientis, partes sunt, Septentrionem versùs ab eo quodammodo abruptæ, et prolapsæ usque ad Caucasum, oramque Euxini Maris, quæ à Colchide ad Themiscyram porrigitur.* Geogr. l. 11.

Colossæ, Urbs Phrygiæ magnæ haud exigua, prope exitum Lyci in Mœandrum sita; quam maximè nobilitavit Epist. D. Pauli ad Incolas ejus scripta.

Comania; Hic locus vix apud Geographos reperiatur, scil. viciniâ Pergami. Proculdubio fuit Castellum aliquod, non procul à Caïco fl.

Corsotes, Urbs, quæ vix apud quenquam, excepto Xenophonte, occurrit. Quod autem dicitur ἐρήμη, id ostendit voce ἔρημος non semper significari locum planè asperum, in quo nihil præter Sabulum, Saxa, Ferasque, reperias; cùm Græci triduum ibi manserint, cibaria suppeditante Agro.

Cotyora, eadem videtur esse urbs, quæ Melæ *Cotyros*. Arriani tempore jam fuit tantùm *Vicus; isque non magnus.* Apud Steph. dicitur esse *Vicus ad Pontum.*

Cydnus, *inclytus Amnis, Tarsum mediam interfluens; non spatio aquarum, sed liquore memorabilis &c. Q. Curt. Oritur autem in illâ Tauri parte, quâ suprà Tarsum est*, inquit *Strabo*, *et Ostia habet post Anchialem, juxta locum qui Rhegma vocatur.*

Cyzicus, inclyta Mysiæ minoris Urbs, ad Propontidem et Æsepi fl. ostium, in Insulâ eodem Nomine, Continenti duobus Pontibus junctâ.

D

Dana; forsan legendum Ἀδάνα, quæ ejus locum apud alios Scriptores obtinere solet, hodiè *Adena* dicta. Et Ciliciæ quidem urbs ab iisdem dicitur: eam verò Xenophon quàm proximè Ciliciam, in Cappadociâ tamen, collocàsse videtur.

Daradax, fl. aliis Scriptoribus ignotus. Hic forsan est, qui *Marsyas* vocatur à *Plinio*, non ille qui in Orontem, sed qui in Euphratem labitur, et à Ptol. dicitur *Singas* sed hæc Hypothesis magnis laborat incommodis.

Dardanum, Urbs Troadis, Abydo finitima, ad Promontorium Dardanium, quæ eo fere situ fuisse videtur, quo hodie Arx *Dardanello;* cui in Thraciæ litore objacet Castellum aliud ejusdem Nominis.

Delta aliis *Delcon*, hodiè Gyllio est *Dercon*, inquit *Brutius;* Locus Thraciæ, suprà Byzantium, cui (ut et pluribus aliis locis) id nominis inditum fuisse verisimile est, à *Similitudine Figuræ*, inquit Steph. Sic Euxinus Arcui assimilatur; Alexandria Chlamydi militari; Italia Hederæ; Iberia Pelli bovinæ; Naxus Ramo vineæ; Peloponnesus Folio; Sardinia vestigio hominis; et Lybia Trapezio. Plura vide passim apud Eustath. ad Dionys.

Drilæ, Gens Pontica, quos Arrianus *Sannos* fuisse putat.

E

Elisarne, Ἀλίσαρνα apud Steph. et Ἀλισαρνία apud Strab. Oppidum Mysiæ majoris.

Ephesus, hodie *Efeso*, Urbs Ioniæ, ad Mare Ægeum, propè Ostia Caystri fl. ab Amazonibus, ut fertur, anno 40 post captam Trojam, condita; celeberrima *Dianæ* νεώκορος, sive Æditua (Act. xix. 35.) Olim magnum Emporium, et Conventus juridicus Ioniæ ac Lydiæ; nunc Vicus. Magnificentissimum illius Templum, inter Portum et Urbem situm, eâdem nocte quâ natus est Alexander, M. ab Herostrato quodam, ut nomen memoriâ sceleris extenderet, exustum est; mox verò aliud, priori præstantius, ædificârunt Asiatici.

Euphrates, fl. notissimus. *Oritur autem*, inquit *Plinius*, *in Præfecturâ Armeniæ majoris Caranitide* &c. In Septentrionalibus Tauri partibus Fontes ejus posuit Strabo; quos à Tigridis fontibus, ad meridiem illius Montis sitis, circiter 2500 Stadia distare putat. Xenophon verò, p. 214. Καὶ τοῦ Εὐφράτου τε τὰς πηγὰς

ἐλέγετο ὁ πρόσω τῦ Τίγρητος εἶναι; ubi non de visis, sed de auditis loquitur, indeterminaté. Nisi fortè ille fontes designat, quà Orientem spectat Amnis; hic de brachio quodam occidentali loquitur. A Mose vocatur (Gen. ii. 14.) פרת *Phrath*, Εὐφράτης, vertentibus 70 Intt. *Mesopotamia* (quasi *Interamnis*, seu *Medamnis*) sic dicta est, quòd inter hunc fl. et Tigrim jacebat; de quâ *Dionys.* v. 993. Sic,

> *Τήνδε περιωτίους μέσσην ποταμῶν ἐπί-πτεσιν.*

G

Ganus, oppidum in orâ Propontidis; cujus nomen, inter alia Thraciæ oppida, recensent *Scylax* et *Plinius*, in Corpillicâ Regione.

Gymnias; Eadem Diodoro dicitur Gymnasia; nec facilè plura de illâ apud alios Scriptores invenies. Juxta australem partem montium Colchidis, non procul à Thechi, sita fuisse videtur. Quod autem dicitur fuisse Urbs ampla opulentaque incolis frequens, indè conjiciatur Emporium fuisse ad fl. aliquem, forsan Phasin, situm.

H

Halys, nunc *Otmagiuth* sive *Aly*, fl. est, qui Oram Ponti seu Paphlagoniæ legentibus sese offert. *Hic fl. olim Regni Crœsi, et* [mox] *Persarum terminus fuit; — Fluit autem, non (ut Herodotus inquit) à Meridie, sed ab ortu Solis: ubi autem se exsolvit in mare, Sinopensium et Amisenorum rura agrosque separat; Arr. Peripl.* Haly nomen est ἀπὸ τῶν ἁλῶν, *à Salibus quos præterlabitur. Fontes habet in Cappadociâ, propè Ponticam, apud Cambysenam* &c. inquit Strabo.

Harmene, Civitas vel Vicus Sinopensium, cum portu. Paphlagoniam, teste Melâ, finit; sed ultra eam Regionis illius limites extendit Xenophon.

Harpasus. Apud Auctores recentiores, qui Itinera sua scriptis mandarunt, hunc fl. Harpason nomine venire testatur Cl. Delisle; Tournefort *Arpagi* vocat.

Heraclea, *Ptol.* et in nummis dicitur Πόντῳ Ἡράκλεια, ut ab aliis ejusdem nominis distingueretur. *A Lyco* (inquit Arr.) *ad Heracleam, urbem Græcam, Doricam, Megarensium Coloniam, 20 Stadia; ubi portus navium. Strabo* illam fuisse dicit Μιλησίων (legunt *Casaubon.* et *Palmer.* Μεγαρέων) Κτίσμα. In maris Euxini litore posita, eo fuisse putatur in loco, ubi hodie *Penderachi*.

Hesperitæ; vide Armenia &c.

Hyrcanii; Hyrcanius Campus fuit in Lydiâ, circa Thyatira. *Hunc*, inquit Strabo, *sic nominaverunt Persæ à Colonis ex Hyrcaniâ eò adductis.* In eo fuit Oppidum Hyrcania. Vide Cellar. Geogr. Ant. Utrum ex parvo illo Tractu, an ex amplâ Regione in superiore Asiâ oriundi fuerint equites illi Hyrcanii Xenophontis, judicet Lector.

I

Jasonium litus. Ptol. et Arrian. mentionem faciunt Jasonii Promontorii, hodiè *Capo di S. Thomaso* (Plinius etiam fluminis) in Cappadociâ, inter Polemonium et Cotyora, à Polemonio 130 Stadia distantis, teste Arriano. Hìc probabile est Jasonium litus intelligi. Cùm autem dicuntur Græci (pag 375.) postquam Armena solvissent, hoc litus et Ostia Thermodontis et Halyos prætervecti (quæ tamen jam illis à tergo erant) referendum est potiùs ad Navigationem à Cotyoris ad Armenen, et supponendum videtur, quòd Xenophon, hos Commentarios longo post tempore scribens, memoriâ lapsus est, ut notat solertissi. *Forster*.

Ida, Mons Trojæ (Mysiæ etiam, ex mente Melæ, Æolidisve) *Judicio Paridis memoratus; orientem Solem, aliter quàm in aliis terris solet conspici, ostentat.— Primò autem parvis urbibus adspersus est; — gremio interiore Campus* Thebe *nomine;* Adramyttion, *Astyram*, *Chrysam*, *oppida, eodem quo dictu sunt ordine adjacentia, continet; in altero latere* Antandrum. *Mela.* Ejus cacumen vocabatur *Gargarus*.

Iconium, hodiè *Cogni*, urbs, Lycaoniæ vulgò attributa, ad Tauri terminos; cujus mentio fit *Act.* xiv. Etiamnum ampla est et probè munita. Distat 100 circiter Milliaribus ab orâ Maris Pamphilii, ad Boream.

Iris, hodiè *L'Irio* vel *Casalmach;* De hoc sic Strabo; *Alius autem* (scil. fl.) *æqualibus ferè ab eo* (i. e. Thermodonte) *spatiis semper distans, Iris nomine, per Phanaræam fluit, eandem perlabens Planitiem. Oritur in ipsâ Ponticâ Regione* (ex Argæo monte) *ac postquam Comana, Ponti urbem, pertransiit &c.* apud *Strab. legenda.*

Issos nunc *L' Ajazzo;* De eo sic *Mela: At in Recessu,* inquit, *intimo* [Issici nempe Sinûs] *locus est magni aliquando dis-*

criminis, fusorum ab Alexandro Persarum fugientisque Darii spectator ac testis. Nunc nè minimâ quidem, tunc ingenti urbe celebris Issos fuit. Stadia circiter 15 distabat ab oppositâ Orâ.

L

Lampsacus Urbs Mysiæ minoris, cum portu commodo, Phocæensium Colonia, ad Hellespontum, ubi exit è Propontide, sita, inter Parium et Abydum, è regione Callipolis; idcirco Themistocli à Persarum Rege donata, ut inde Vinum, quo abundabat, sumeret.

Larissa. Nulla reperitur Urbs sic vocata, in regione de quâ Xenophon hìc agit. Quare Bocharto videtur accedendum, qui suspicatur hanc *Larissam* esse *Resen* (de quâ Moses, Gen. x. 12.) tum propter convenientiam Sitûs et Descriptionis utriusque; tum quia Civitates quæ *Larissæ* vocatæ sunt, Græcæ fuerunt; cum tamen nullæ in Assyriâ ante Alexandrum M. extiterint Urbes Græcæ. Et verisimile est, Græcis rogantibus cujus Urbis essent Rudera, Assyrios respondisse לרסן *Laresen*, addito *le*, Genitivi notâ; atque illud *Leresen* mutatum esse in Λάρισσαν, forsan ut ad Græcam Elegantiam accommodaretur.

Lycus, fl. Paphlagoniæ, per Mariandynos in Pontum Euxinum fluens; 20 Stadiis ab Heracleâ distans, teste *Arriano*.

Lydiæ Mare. *Strabo* asserit quòd *Lydi incoluerunt Thebes Campum*, qui fuit propè Trojam. *Scylax* quoque Lydiæ meminit circa Astyram et Adramyttium. Hinc illud Xenophontis Mare Lydiæ esse videtur. In quibusdam locis, *Phrygiæ, Lydiæ, Cariæ, Mysiæque partes, inter se concurrentes, difficulter discernuntur*, inquit *Strabo*. l. 13. Regiones autem illæ omnes Crœso Lydiæ Regi, et mox Persis, Lydiâ cum Metropoli, Sardibus, devictâ, paruerunt.

M

Macrones, *Gens* in extremitate Cappadociæ, in Colchidis et Armeniæ confinio, *ad Pontum pertinens, Becheribus australior. Hos nunc Sannos, sed vulgatiùs, Tzanos vocamus*, inquit *Eustath. ad Dionys.* v. 766.

Mæander, vulgò *Madre*, flexuosus Amnis, Lydiam recursibus perfundens. Oritur autem è Lacu in Monte Aulocrone, plurimisque adfunditur Oppidis, et augetur fluminibus crebris, ita sinuosis flexibus fluens, ut sæpè credatur reverti. Inter Prienen et Pyrrham Mare subit Myrtoum.

Mariandyni, Populi Bithyniæ vel Paphlagoniæ, in confinio, in orâ Maris Euxini, inter Heracleam ad Occasum Cytorum ad Austrum.

Maronea, hodiè *Marogna*, Thraciæ urbs, in Ciconum Agro, ad Ismari fl. Ostia, medio inter Nestum fl. et Ænon Urbem Itinere. Ibi *priùs habitasse ferunt Ciconas, qui ad Ismarum erant. Hæc verò posteà Chiorum Colonia facta est.* Marciani Heracleotæ Periegesis. Atque equidem Thraciæ Litoris pars maxima Græcis referta erat Colonis. Hinc Heraclides Maronites, *Græcus* audit, pag. 480. vide et Herodoti l. 7.

Marsyas, fl. media Celœnarum Mœnia interfluens, fabulosis Græcorum Carminibus inclytus; juxta *Q. Curt. A Mæandro*, juxta Apamiam, quam circumfluit, recipitur.

Masca, fl. fontes habens propè Nisibim, et totam ferè Mesopotamiam dividens. Hunc à *Ptol. Saocoram* appellatum fuisse censuit doctiss. Bochart. Cellario verò Ptolemæi *Saocoras* idem esse videtur ac Xenophontis Araxes, propter Distantiam ab illo assignatam. Vide *Araxes.*

Melandeptæ; MSS. Eton. et reg. Paris. exhibent Μιλανδῖται. Est autem, teste Steph. Μιλανδία Χώρα Σιθωνίας (non Σικυωνίας) *Regio Sithoniæ*. At Herodot. Sithoniam supra Sinum Toronaicum ponit; quod hùc minimè convenit. Plinius verò et Solinus alios memorant Sithonios circa Ponti Euxini Litora habitantes; Horum Pars esse potuerant *Melanditæ*. Fuit et Melantias, Thraciæ vicus, ad Athyram fl. 102. Stadiis *Byzantio* distans. Situs cum Xenophontis narratione conciliari possit; Nomen verò minùs discrepare videtur. Quid si vox Μιλανδῖται ducta sit ἀπὸ τοῦ Μίλανος, fluvio Thraciæ, non valdè procul à Bysanthe; et supponantur Melanditæ ad ejus ripam Orientalem habitâsse? Docti judicent. Vide *Thranipsæ Bisanthe.*

Melinophagi, Populi Thraciæ, suprà Byzantium, sic dicti, quòd μελίνῃ, i. e. Panico, vescerentur.

Mespila; Hanc *Stephanus* Mispilam vocat, quam Medorum Urbem esse dicit, Xenophontis Ἀνάβασιν citans.

Miletus, hodie vulgò *Melasso*, urbs in Cariâ, præcipua, et inter antiquissimas Ionicarum, haud longè à Mæandri ostiis jacens; Thaletis et Anaximandri patria;

Lanâ et stragulis pretiosis nobilitata. *Multa quidem*, inquit Strabo, *hujus Civitatis præclara opera: nullum autem illustrius, quàm multitudo Coloniarum. Nam et Euxinum Pontum Coloniis omnem implevit, et Propontidem, et multa alia loca.*

Mosynœci, Populi Cappadociæ ad Pontum Euxinum, inter Cytorum et Cerasuntem longo tractu incolentes, Tibarenis finitimi. *Quidam* [Septempaganorum] inquit Strabo, *etiam in Arboribus aut Turriculis habitant; quæ cùm Mosyni dicantur, ipsis Mosynæcorum appellatio* indè obtigit.

Myriandrus. Strabo hanc urbem in Orâ Sinûs Issici collocat; quippe quòd Sinus iste in Syriam etiam pertingeret. Sita autem erat ad Montis Amani radices, in Ciliciæ confinio, intra Promontorium Rhossicum, juxta Alexandriam penes Issum, nunc *Scandarûn* dictam.

N

Novum Castellum, sive Murus, Νέον Τεῖχος; apud Plin. *Novum Tichos*; est locus Thraciæ, cujus etiam meminit Scylax. Utrùm autem vocem Τεῖχος verteris *Castellum*, an *Murum*, haud multùm interest; cùm et *Murus* denotet *Arcem, propugnaculum*. Cæterùm plura Τείχεα hìc loci extitisse, scribit etiam Herodot.

O

Odryssæ, Populi Thraciæ circa Hebrum fl. teste *Solino*. Horum Imperium, quà pertingebat ad mare, collocavit Thucydides inter Abderam et Istrum; mediterranea verò ejus statuit à Byzantio ad Læos et Strymonem, regnante Sitalce l. 2do.

Olympia, urbs Elidis, in Agro Pisæo sita; ubi erat Fanum Jovis Olympii, et Lucus Oleastris consitus. Hùc confluebat universa Græcia, ad celebrandum Gymnica Certamina Sacra, *κατὰ πενταετηρίδα, vel ut planiùs dicam*, inquit *Tzetzes*, *κατὰ μῆνας πεντήκοντα. Schol.* in *Lycophr. Cassandr.* v. 41. *Gymnasia, sanè pulchra*, erant extra Urbem, teste Xenoph. in Hellen. l. 3. c. 19.

Ophrynium, Oppidum Troadis, prope Dardanum. *Ibi Hectoris Lucus in loco conspicuo*, inquit Strabo.

Opis, *Pagus* est, inquit Strabo, *circumstantium locorum Emporium*. At *Herodoto* πόλις dicitur: Similiter *Arriano*, *πόλις ad Tigrim sita*. *Bagdad* eundem, vel penè eundem, situm hodie obtinere putatur.

P

Paphlagonia, Regio Asiæ, inter Pontum Euxinum ad Boream, et Galatiam ad Meridiem, litoralem Oram versùs à Parthenio fl. ad Halyn, vel etiam Irim, extensa.

Parium, Civitas Mysiæ minoris, cum Portu, ad Propontidem, inter Cyzicum ad Septemtr. et Lampsacum ad Merid. sita. *Parium*, inquit Strabo, *condiderunt Milesii, Erythræi et Parii*, viz. Insulares, à quibus procul dubio nomen duxit.

Parthenium, *Plinio* est Oppidum Mysiæ, ad Troadem.

Parthenius, hodie *Parteni*, alias *Dolap*, fl. Bithyniæ, in Paphlagoniæ confinio, inter Tium et Amastrim urbes in mare exiens. Quidam autem illum sic dictum putant, quia per loca florida fertur; alii quod ejus Fluentum esset quietum et Παρθενώδες,

> *Ὡς ἁπαλὰ προρέων, ὡς ἁβρὴ Παρθένος εἶσι. Steph. Byz.*
>
> *Sic quietè profluens, sicut mollis Virgo incedit.*

Peltæ, Urbs Phrygiæ magnæ. Populi *Pelteni, Plinio et Ptol.* sed in Lycaoniâ.

Pergæ, hodie *Pirgi*, Urbs Pamphyliæ, inter Cestrum et Cataractem fluvios, 60 Stadiis à mari remota, teste *Strabone*.

Pergamus, Urbs Mysiæ majoris, ad Caïcum amnem, quæ Attalorum Regia, et Galeni Patria fuit. *Alexandriæ et Pergami Reges*, inquit Plin. *Bibliothecas magno certamine instituere cœperunt*. Regia Bibliotheca illìc, teste Galeno, 200,000 Librorum constitit. *Charta Pergamena*, ibidem inventa, à loco nomen duxit.

Perinthus, quæ et *Heraclea*, Urbs Thraciæ cum Portu, in orâ Propontidis sita, Samiorum Colonia.

Phasiani, Gens ad ripas Phasidis fl. (quisquis tandem ille fuerit) habitans, Armeniæ parti occidentali contermina, ejusque Satrapiæ adjuncta.

Phasis forsan est *Phasis* ille Constantini Porphyrogeniti, cuique nomen *Eras* etiam inditum erat. Ità sentit Clariss. Delisle. Vide *Araxes*. *Forster*. ipsum Colchicum Phasim esse, Græcorum Carminibus celebratum, suspicatur, qui, juxta Strabonem et Dionys. ex Armeniæ Montibus oritur. Imò quidem illum fluere volunt à Montibus, quos Ptol. Caucasios vocat, in Moschorum Agro, quà vergit ad Occasum, haud procul ab ipsis Euphratis fontibus. Ex Phaside Phasiani, Aves.

Pholoe, bodiè *Xiria*, *Mons Arcadicus*, inquit *Strabo* [cum Oppido] *proximè super Olympiam jacet, cujus imi procursus in Pisaâ sunt Regione.* Est sylvosus, nivosus, excelsus. Hujus meminit *Ovid. Fast.* l. 2.

> *Testis erit Pholoe, testes Stymphalides undæ.*

Physcus, *Straboni* et *Ptol.* Κάπρος, *Arriano* Βούμηλος, *Curtio Bumello*, *Plinio Absitris*, *Ammiano Adjava*, teste Bocharto. Gaugamela rigabat, vicum Alexandri victoriâ nobilitatum, 600, vel 500 (ut qui minimum tradidêre) Stadiis ab Arbelis distantem, in Aturiâ, hoc est, inter Tygrim et Lycum in Assyriâ situm. Addit Strabo Gaugamelis nomen esse à Darii *Hystaspis* Camelo quodam (qui cùm ejus Commeatum in periculosâ Expeditione adversùs Scythas portasset, hunc locum in Alimentum accepit) et interpretatur *Domum*, Bochartus *Censum* vel *Tributa*, *Cameli.*

Pisidæ, Gens barbara, *quorum alii sunt planè montani; alii utrinque usque ad radices montium pertinent;* Steph. *Pamphyliam versùs et Myliadem* siti sunt, *finitimi Phrygibus, Lydis et Caribus*, inquit Strabo. [Lycaonia licet ultrà Pisidiam est, in partibus tamen cis Taurum à Romanis fuit censa; unde et ipsa ad partem Asiæ quæ intra Taurum est, referri debet. Fuit quidem ad Taurum, fuit in Tauro; at non ultrà eum fuit. Cellar.]

Portæ Ciliciæ Syriæque. Ex duabus angustis in Syriam Ciliciamque viis, geminisque Pylis sive Portis, *Amanicæ*, paulò superiores et reductiores à mari, in mediterraneis sunt, in *Amano* monte, qui à Tauro proveniens in illas desinit. Per has Darius intravit Ciliciam. Ast aliæ, quæ dicuntur *Ciliciæ* sive *Syræ Pylæ* (per quas Cyrus minor, et post illum Alexander, in Syriam penetrârunt) propiores mari, nec verò disjunctæ longiùs, sed vicinæ *Amanicis*. Hæ Pylæ, communis Ciliciæ Syriæque Terminus, post Issum sunt. Nec verò statim ab illâ urbe incipiunt, sed (si propriè illas, et ubi angustissimæ sunt, intelligas,) interjecto spatio viæ non modico, sed vel 5 circiter parasangarum. Eas Xenophon brevissimas facit; et ubi Portarum speciem angusto transitu habent, tantummodò *Pylarum* nomine dignas censet; secus ac Alii, qui illas propiùs Issum, ubi angustioris viæ initium est, incipiunt nominare. Xenophon dicit utrimque Pylis, sic verè angustis, munimentum cum præsidio adpositum fuisse, Cilicum illìc, hìc Syrorum; Tunc autem Syennesis (licèt sub Persarum Rege, ipse tamen) Rex Ciliciam tenebat; vide *Cellar.*

Pylæ, in finibus extant Mesopotamiæ sive *Arabiæ* desertæ, quà Babyloniam attingit, juxta Euphratem, et procul dubio in Chaldæorum Montibus, si ultra borealem istius fluminis Ripam extendebantur. Nominis (aliis quoque sat multis locis inditi) rationem exponunt Geographi, quòd angustus ibi, inter Montes, quasi per *Portas*, transitus sit. vide *Eustath. ad Dionys.* v. 457. vide et *Charmande.*

Pyramus, Leucosyrus priùs dictus, fl. Ciliciæ, in Cataoniâ ex Tauro Monte oriens, marique infra Mallum urbem exceptum.

S

Salmydessus, quæ et *Halmydessus*, Oppidum Thraciæ, in Orâ Ponti Euxini, inter Byzantium et Apolloniam. Urbis, inquit doctiss. *Cellarius*, et Litoris et Sinûs commune nomen fuit: Urbe excisâ, Litoris et Sinûs nomen apud Scriptores posterioris Ævi mansit.

Sardis, Urbs magna, in latere Tmoli montis, ad auriferum Pactolum, Lydiæ Metropolis, in quâ fuit Ager ille Cyri minoris, conseptus et diligenter consitus, de quo *Xenophon in Œcon.* et *Cicero*, l. *de Senectute.*

Sarus, fl. qui oritur in Cappadociâ, paulò suprà Comanam urbem, quam alluit, deinde per Ciliciam fluens, in mare Cilicium cadit, inter Ostia fl. Pyrami ad Ortum, et Cydni ad Occasum.

Scilûs, *urbs Triphyliaca*, inquit Steph. non procul ab *Elide* urbe; *propè Olympiam*, inquit Strabo. Cùm Scilluntii ab Eleis ad Pissæos, tunc eorum *Hostes*, defecissent, victi ac deleti sunt. Sed posteà Lacedæmonii hoc Oppidum, Eleis ereptum, Xenophonti jam exuli dederunt; Ubi Hellenica sua, teste Plutarcho, et verisimiliter Ἀνάβασιν, conscripsit. Tandem verò Elei, Sciluntem adorti, nimiùm cunctantibus Lacedæmoniis, Prædium diripuerunt, et Xenophontem cum familiâ fugere coëgerunt.

Scythini; alii legunt Ταοχινοὺς; Steph. Byz. Σκυθηνοί; Cappadociæ populi, qui forsan Barbaris illis Ἑπτὰ Κωμήταις, quorum meminit *Strabo*, adnumerandi sunt. De Scythis memorat Diodor. Sic l. 2. quòd *initio ad Araxem fl. perpauci admodùm, et propter Ignobilitatem contempti, habitabant;* Posteà verò Imperium valdè dilatârunt. Scytheni, forsan istorum Reliquiæ fuerunt, qui ab illâ viciniâ non mi-

grârunt. Et quemadmodum pro Πάρθοι legitur aliquando Παρθύηνοι (Gens olim Scythica) cur non etiam ponatur Σκυθηνοὶ pro Σκύθαι?

Selymbria, *Ptol.* Σηλυβρία, hodie *Selivrée*, Urbs Thraciæ ad Propontidem, inter Byzantium et Perinthum.

Sinope hodie *Sinopi*, Urbs Ponti celeberrima, Diogenis Cynici Patria, et posteà Mithridatis Regia. Fuit antiqua quidem; sed, antè deductam eò Milesiorum Coloniam, minùs firma, minúsque clara. *Naturæ providentiâ benè comparata est* [hæc Urbs,] inquit Strabo; *incumbit enim Cervici cujusdam Peninsulæ; à cujus Isthmi* (duobus tantùm Stadiis patentis) *utrâque parte, Portus sunt et Navalia, ac Pelamydum capturæ mirabiles.*

Sitace; *Psittace, Urbs*, inquit Steph. *ad Tigrim sita;* à quâ Babyloniæ pars Susidi proxima *Sitacene* appellabatur, posteà Appolloniatis dicta, teste Strabone. Græci ad illam ducti, à recto itinere multùm aberrârunt; transierunt enim juxta Babylonem, tanquam Susa tendentes, ad quæ Iter erat per Sitacen, ad Eurum Babylonis (à quâ 500 Stadiis distabat) sitam.

Soli, hodiè *Palesoli*, maritima Ciliciæ urbs, inter Lamum fl. et Tarsum, olim à Rhodiis Argivisque possessa; posteà verò à Pompeio Instauratore Pompeiopolis dicta. *A Crœso*, inquit Diogen. Laërt. in Solone, *in Ciliciam profectus* [Solon] *urbem condidit, atque ex suo nomine Solos vocavit; in quâ Athenienses aliquot Colonos statuit, qui tractu temporis τὴν φωνὴν ἀποξενωθέντες, cùm patriam vocem corrupissent, σολοικίζειν, Solæcissare, dicti sunt.* vide et Eustath. ad Dionys. v. 875.

Syria. Hanc Xenophon ultrà Euphratem protulit. Similiter etiam Scriptores sacri Syros in Mesopotamiâ collocârunt, 2 *Sam.* x. 16. et *Gen.* xxviii. 6. 7. De hâc Plinius; *Juxtà Syria litus occupat, quondam terrarum maxima, et pluribus distincta nominibus. Namque Palæstina vocabatur, quà contingit Arabas, et Judæa, et Cœle, dein Phœnice: et qua recedit intùs, Damascena: ac magis etiamnum meridiana*, Babylonia. *Et eadem Mesopotamia, inter Euphraten et Tigrim:* &c. Idem, Xenophontis narrationi congruenter, Regionem hanc *vicatim dispersam* fuisse scribit.

T

Taochi, *Populus interiùs in Pontum*, inquit Steph. *Hos aliqui* Τάους *vocant;* Ibi hodiè Taochir in Tabulâ *Georgiæ*, ponitur, teste Clariss. Delisle.

Tarsus, Ciliciæ Caput; multorum insignium Virorum Patria; Ortu B. Pauli imprimìs illustrata. Strabo, post multas alias Opiniones, hanc verisimiliorem, sed fabulis quoque admixtam, habet. *Tarsus*, inquit, *sita est in Campo, et Colonia Argivorum, qui Ius quærendæ causâ cum Triptolemo vagati sunt.*

Teleboas; Pulchellus hic fl. Euphratis esse Brachium videtur, quà Orientem maximè spectat.

Teuthrania, Oppidum Mysiæ majoris, cum Regione cognomine, ampliùs 70 Stadiis distans à Pitanâ et Elæâ, Pergamum versùs, ut notavit Strabo; à Teuthrante, Telephi patre, qui ibi regnavit olim, sic dicta. Hujus Præfecturam, cum Elisarne, ab Avis acceptam, possidebat Procles à Demarato oriundus, qui Regno Spartano depulsus, ad Darium *Hystaspis* transierat, à *quo*, inquit Herodotus, *magnificè exceptus est*, territorioque et urbibus donatus. *Posteros ejus longo tempore in Asiâ permansisse ferunt*, inquit *Pausan. in Lacon.* cum quo confer Xenoph. *Hellen.* l. 3. sect. 4.

Thapsacus, Urbs ætate Plinii *Amphipolis* dicta. Eam Ptol. juxta Euphratem quidem, at in Arabiâ desertâ posuit; scil. in Deserto Arabiæ adjacente fuit, sed intra Syriæ fines, ut testantur *Plin.* et *Steph.* Zeugma habuit ad occasum 2000, et Tigrim ad Ortum 2400 Stadiis distantes, teste Strabone. Nobilis evasit Transitu Euphratis. Ad hujus Pontem transiit Alex. M. Thapsakh autem *Transitum*, vel forsan hìc *Vadum* significat. Certè Incolas adulatos esse, quando Cyro dixerunt flumen illìc vado transiri non posse, patet ex Ptolemæo et ex recentioribus Itinerariis. Hæc Urbs Israelitici Regni Limes fuisse videtur, Davidis et Solomonis tempore; 1 Reg. iv. 24.

Thebes Campus, in Mysiâ majore, juxtà Adramyttium, nomen duxit ab antiquo Oppido, *Thebe*, ab Achille everso, quod memoravit *Homerus*, Iliad. β'. 691.

Λύρνησσον διαπορθήσας, καὶ τείχεα Θήβης.

Hujus Rex fuit Eetion, Andromaches Pater. Hæc est quarta Thebe Stephani, sita *in Ciliciâ Hypoplaciâ, propè Trojam.* Cilices enim *(à Cilicibus extra Taurum sitis longè distantes*, inquit Strabo) et Leleges Homerus in illo tractu posuit, Mysorum portiones, quibus posteà Æolii successerunt. Hæc Cilicia, si ex nomine conjicere licet, sita fuit *sub*, vel *infrà* Πλάκιον, urbem ad Rhyndacum fl. (teste Scylace) quam Steph. Πλάκιον vocat, et

urbem Hellespontiam esse dicit; nisi fortè *subjecta* fuerit alicui Monti in viciniâ, Πλακίῳ dicto; quod vox magis propriè significat.

Theche, Mons sacer, qui apud Diodor. Sic. hìc vocatur Χήνιον: in MSS. quibusdam legitur Ἦχης. Arrianus Ἱερὸν Ὄρος inter Cerasuntem et Trapezuntem collocat, 90 Stadiis à Cerasunte; ad quem esse Urbem et Portum dicit. Eundem hunc Montem intellexisse videtur *Apollonius Rhodius* (Ἀργοναυτ. β'. v. 1017.) quem Ἱερὸν Ὄρος vocat; ubi Scholiastes, *Mons*, inquit, *sic dictus, qui ad Pontum Euxinum pertingit;* addit etiam, quòd *Agatho dicit illum distare* 100 *Stadiis à Trapezunte.*

